Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVI
F
10
NAPOLI

FRANCESCO
ARMANO

SACRA RITUUM

CONGREGATIONE

Celſitudine Regia Emã D. Card. Duce

EBORACEN.

Poſnanien.

CANONIZATIONIS

B. LADISLAI

DE GIELNIOVU

Ordinis Minorum Obſervantium

Sancti Franciſci.

POSITIO

SUPER DUBIO

An Sententia per Reverendiſſimum Vicarium Generalem Varſavien. Iudicem à S. Rituum Congregatione Delegatum lata ſuper Cultu publico ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, ſive ſuper Caſu excepto à Decretis Sa: Me: Urbani Papæ VIII. ſit confirmanda in caſu, & ad effectum &c.

ROMÆ, MDCCXLIX.

Ex Typographia Rev. Cam eræ Apoſtolicæ.

POSNANIEN
CANONIZATIONIS
B. LADISLAI
DE GIELNIOVV
Ordinis Minorum Obſervantium
Sancti Franciſci.
INFORMATIO
SUPER DUBIO
An Sententia per Reverendiſſimum Vicarium Generalem Varſavien Judicem à S. Rituum Congregatione Delegatum lata ſuper Cultu publico ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, ſive ſuper caſu excepto à Decretis ſan. mem. Urbani Papæ VIII. ſit confirmanda in caſu, & ad effectum &c.

Eme, & Rme Dne.

1 JAM aliàs de anno 1629. poſt maturè diſcuſſum in hac Sacra Congregatione Proceſſum, auctoritate ordinaria anno 1627. conſtructum ſuper fama Sanctitatis, & Cultu Beato Ladislao Ordinis Minorum Obſervantium S. Franciſci præſtito, ſignata fuit manu ſan. mem. Urbani Papæ VIII. Commiſſio introductionis Cauſæ, cujus vigore expeditis ſubinde Literis Remiſſorialibus, & Compulſorialibus confecti fuerunt ab anno 1632. uſque ad annum 1637. Proceſſus auctoritate Apoſtolica ſuper Sanctitate vitæ ejuſdem Beati, Virtutibus, & Miraculis in ſpecie, illiſque in Sacra Congregatione exhibitis cauſa ſiluit uſque ad annum 1730.

2 Hoc itaque anno actum fuit in eadem Sacra Congregatione de reaſſumenda prædicta Cauſa Canonizationis; & accedente unanimi EE. PP. favorabili ſuffragio, ſan. mem. Clemens XII. Commiſſionem Reaſſumptionis in ſtatu, & terminis propriâ manu ſignavit, cujus tenor integrè proſtat *in Summ. num.* 1. §. 1. Cum verò antequam ad ulteriora procederetur pro obtinenda ſolemni Canonizatione noſtri Beati, juxta diſpoſitionem dictorum Decretorum docendum eſſet de paritione eorumdem, ſeu de caſu ab iiſdem excepto, ideò uſque tunc ſupplicatum fuit pro conceſſione Literarum Remiſſorialium, & Compulſorialium ad effectum conſtruendi Proceſſum Apoſtolicum ſuper cultu publico, ab immemorabili tempore prælaudato Beato exhibito: quæ quidem benigniter expeditæ cum termino triennii, ob diuturnam Reverendiſſimi tunc temporis Epiſcopi Poſnanienſis, cui erant directæ, infirmitatem, & obitum, debitæ executioni demandari non potuerunt, quinimmò fuerunt deperditæ. Relaxatum ſubinde fuit *die ſeptima Decembris anni* 1737. duplicatum earundem Literarum cum conceſſione termini ſexennii, quo tamen expirato, quin præfatus Proceſſus ob noviſſimas calamitates in Poloniæ Regnum invectas, compleri valuerit, conceſſus iterum fuit *die* 23. *Januarii anni* 1745. in altero duplicato novus terminus ſexennii ad complendum. In hoc itaque termino compilatus fuit à Reverendiſſimo Vicario Generali Varſavienſi Judice per hanc Sacram Congregationem delegato dictus Proceſſus, ac latâ ſententiâ declaratum fuit = *conſtare de cultu publico eidem Beato Ladiſlao de Gielniovv à centum, & ultra annis ante promulgationem dictorum Decretorum ſan. mem. Urbani VIII. exhibito = Summ. num.* 5. *pag.* 18. *ſub* §. 3.

3 Ad hujuſce ſententiæ confirmationem obtinendam diſcutiendum modò proponimus in hac Sacra Congregatione præinſertum dubium, quod *affirmativè* reſolvendum fore confidimus, & enixè ſupplicamus; concurrunt ſiquidem neceſſaria ad hanc gratiam conſequendam requiſita, Validitas nimirum, & Juſtitia ſeu Relevantia ejuſdem Sententiæ, prout modò ſingillatim demonſtrabimus.

CAPUT PRIMUM.

De Validitate Sententiæ.

4 Validam eſſe Sententiam latam à Reverendiſſimo Domino Vicario Generali Varſavienſe Judice Apoſtolico delegato manifeſtè apparet ex diſtincta actorum, in enunciato Proceſſu confectorum, ſerie, quam hìc ſincerè, & fideliter Eminentiſſimorum Patrum oculis reverenter ſubiicimus.

5 Obtento, ut jam ſupra innuimus, ab hac Sacra Congregatione *ſub die* 23. *Januarii anni* 1745. altero duplicato Literarum Remiſſorialium, & Compulſorialium cum termino ſexennii ad complendum Proceſſum, directarum Reverendiſſimo Domino Vicario Generali Varſavien, iiſque ad Partes tranſmiſſis, Procurator in Cauſa conſtitutus, *ſub die* 25. *menſis Januarii* 1747. comparens coram præfato Vicario Generali, & docens de legitimo Procuræ mandato

to in ejus Perſonam facto, de quo *præſenti Summ. num.2. pag.12.*, præſentavit eidem decretum, ſeu Reſcriptum dictæ Sacræ Congregationis ſuper prorogatione termini ad aliud ſexennium, nec non duplicatum Literarum Remiſſorialium, & Compulſorialium clauſum, & ſigillatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, inſtititque illas aperiri, admitti, atque executioni demandari. Viſis autem per Dominum Reverendiſſimum Iudicem delegatum præfatis Literis, iiſque reverenter receptis, mandavit citari Dominum Promotorem Fiſcalem Curiæ Varſavienſis ad videndum die, & horà certis recognoſci priùs ab extra plicum dictarum Literarum, ſubindeque illum aperiri, atque Literas in eo contentas perlegi, & ad illarum formam per Dominationem Suam Reverendiſſimam juriſdictionem acceptari; inſuper ad recipiendum plicum aliarum Literarum R. P. D. Fidei Promotoris, necnon ad videndum deputari Notarium Actuarium, & Curſores, dieſque, horas, & loca deſtinari.

6 Expeditâ hujuſmodi citatione, eàque in actis, ſervatis ſervandis, reproductâ, ad novam ſupradicti Procuratoris inſtantiam idem Reverendiſſimus Dominus Vicarius Generalis recognovit priùs plicum Literarum Sacræ Congregationis, ſibi denuo productum, cumque, cùm nulla in parte vitiatum compererit, aperiri, atque à Notario perlegi mandavit. Subindè percepto tenore Apoſtolicarum Literarum, ſe promptum, ac paratum obtulit ad illarum executionem; ac proindè juriſdictionem ſibi delegatam ſolemniter acceptavit, ac juramentum præſtitit tum de fideliter proprio munere implendo, tum de ſecreto ſervando. Conſimile juramentum detulit quoque non ſolùm Promotori Fiſcali ſuæ Curiæ Varſavienſis in Sub-Promotorem Fidei deputato à R. P. D. Fidei Promotore in ſuis Literis ab Urbe tranſmiſſis, quæ pari modo priùs fuerunt recognitæ, apertæ, atque perlectæ, verùm etiam alteri Sub-Promotori, ab ipſomet Reverendiſſimo Judice Delegato nominato vigore facultatis eidem tributæ in enunciatis R. P. D. Promotoris Fidei literis; eiſdemque conſignari mandavit involucrum Interrogatoriorum, quod pariter clauſum in plico Literarum Sacræ Congregationis aſſervatum erat, ſub obligatione, quod eodem modo clauſum, & ſigillatum illud penes ſe cuſtodire tenerentur uſque ad inchoationem examinis Teſtium.

7 Succeſſivè inſtante eodem Cauſæ Procuratore deputavit Reverendiſſimus Vicarius Generalis Notarium Actuarium, qui acta Proceſſus conſcriberet, eidemque mandavit, ut exhibito Privilegio ſui Notariatus Apoſtolici, ſacroſancti jurisjurandi religione ſe obſtringeret ad injunctum munus fideliter exequendum, & ſecretum ſervandum, prout hic ſtatim coram eodem Reverendiſſimo Domino Judice emiſit. Poſt hæc edito decreto pro conſignatione omnium actorum uſque tunc completorum eidem Notario Actuario, ut modò deputato, facienda per Notarium, qui de illis ſe rogaverat, deputavit idem Reverendiſſimus Vicarius Generalis duos Curſores, qui citationes, intimationes, & monitoria quælibet neceſſaria exequerentur, eiſdemque poſt exhibitas ſui officii Literas patentes juramentum pariter de fideliter tali munere exercendo detulit. Deſtinavit item dies, & horas, atque etiam loca, & loca locorum, tam pro Audientiis, & Actis publicis gerendis, quàm pro Juramen-

mentis, & examinibus quorumcumque Teſtium etiam Infirmorum, & Monialium recipiendis. Et demum citationem contra ambos Sub-Promotores ad dicendum contra jura, & articulos relaxari decrevit per dictum Actuarium deputatum poſt conſignationem ſibi faciendam actorum præcedenter completorum, prout hæc fideliter eidem conſignata fuerunt. De præmiſſis omnibus conſtat *ex Proc. à fol.8. ad 88. ter.*

8 In termino hujuſce citationis, quam priùs Curſor Deputatus perſonaliter executus fuerat, atque in actis reproduxerat unà cum relatione legitimæ illius executionis, repetiit Procurator omnia acta, jam præcedenter geſta, deindeque produxit notulam Teſtium examinandorum, ac etiam licentias Teſtibus Religioſis per eorum reſpectivè Superiores conceſſas ad ſe juramento, & examini ſubiiciendum, necnon articulos in Literis Remiſſorialibus incluſos, ſpecificavitque materias, ſuper quibus iidem Teſtes erant examinandi, ac inſtitit pro horum omnium admiſſione, & progreſſu ad ulteriora in Cauſa. Proteſtante verò altero ex dd. Fidei Sub-Promotoribus, qui præſens aderat, de obſervantia omnium ſervandorum tam juxta diſpoſitionem Juris communis, & Decretorum generalium, ac noviſſimorum, quàm juxta formam præſcriptam in dictis Literis Sacræ Congregationis, necnon de præſtando priùs per Procuratorem juramento calumniæ, Reverendiſſimus Dominus Judex delegatus jura quidem, & articulos productos, ac reſpectivè producta admiſit cum clauſula *ſi & in quantum &c.*; & eidem Procuratori dictum calumniæ juramentum detulit. Hinc ad iteratam ejuſdem inſtantiam binas citationes, alteram contra Teſtes inductos ad præſtandum juramentum, ſeque examini ſubjiciendum, & alteram contra Sub-Promotores ad intereſſendum juramentis, & examinibus dictorum Teſtium relaxari mandavit, ut patet *ex eodem Proc. fol.89. ad 95. ter.*

9 Executis ejuſmodi citationibus, atque in actis de more reproductis, intra illarum terminum, inſtante Cauſæ Procuratore, Teſtes inducti in manibus Reverendiſſimi Domini Judicis Delegati juramentum præſtiterunt ad Sancta Dei Evangelia de veritate dicenda, & ſecretum ſervando; deinde intimatà Sub-Promotoribus die, & horà examinis, reproductàque de more ejuſmodi intimatione, inchoatum fuit, præſentibus Fidei Sub-Promotoribus, examen primi Teſtis, qui reiterato juramento, aliàs ab ipſo in actis emiſſo, interrogatus priùs fuit ſuper omnibus Interrogatoriis ab Urbe tranſmiſſis, & tunc à dictis Sub-Promotoribus præſentibus exhibitis clauſis, & obſignatis, & per Reverendiſſimum Dominum Judicem Delegatum in actu examinis apertis, deinde ſuper Articulis in Literis Remiſſorialibus incluſis; & quia prædicti Teſtis examen unicà ſeſſione abſolvi non potuit, in aliis ſequentibus continuatum, atque abſolutum fuit. In dictis autem ſeſſionibus, juxta præſcriptum in ipſis Literis Remiſſorialibus, nunquam fuit neglecta, aut prætermiſſa aperitio, & clauſura Interrogatoriorum, ac reſpectivè depoſitionis, à præfato Teſte emiſſa, & multò minùs ſubſcriptio Teſtis, Reverendiſſimi Domini Judicis Delegati, Sub-Promotorum, qui examini adſtiterant, vel alterius ex ipſis reſpectivè, & Notarii Actuarii, qui de omnibus ſe rogavit; ſicuti etiam in fine ultimæ ſeſſionis, antequam Teſtis de loco examinis diſcederet,

omiſſa

non fuit lectura totius depoſitionis, illiuſque ratificatio, uti pariter injungitur in iiſdem Literis, ut conſtat *ex Proc. fol.* 98. *ad* 171. *ter.*

10 Eędem formalitates, & cautelæ ſervatæ pariter adamuſſim fuerunt in ſucceſſivo examine aliorum novem Teſtium, qui fuerant à ſupradicto Procuratore inducti, prout conſtat ex accurata perluſtratione *Proceſſus à fol.* 171. *ter. ad* 427. Et quia poſtmodum idem Procurator declaravit, ſe nolle alios Teſtes inducere, & examini ſubiicere, Reverendiſſimus idem Dominus Judex Delegatus in adimplementum legis ſibi præſcriptæ in iiſdem Literis Remiſſorialibus, alios duos Teſtes ex officio aſſumpſit, illorumque examen non minori cum ſolemnitate, & diligentia recepit, ſervatis omnibus, quæ ſervanda erant, ut manifeſtè colligitur ex dicto *Proceſſu fol.* 427. *ad fol.* 461., & evidenter depromitur etiam ex Tabella Teſtium exhibita in *præſenti Summario num.* 3. *pag.* 13., *& ſeqq.*

11 Poſt hæc cùm jam completum fuiſſet cunctorum Teſtium examen, tàm ex parte Procuratoris comparentis inductorum, quàm ex officio ab ipſomet Reverendiſſimo Domino Judice Delegato aſſumptorum, fuit in Proceſſu regiſtratus totus tenor Interrogatoriorum, ſuper quibus Teſtes fuerant examinati. Inſtante poſtmodum dicto Cauſæ Procuratore decreta fuit citatio contra Sub-Promotores ad videndum fieri acceſſum ad Eccleſiam Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli ſitam in Oppido de Gielniovv, ubi extat Altare Beati, ad effectum deſcribendi, & recognoſcendi illud unà cum ſuis adjacentibus, aliiſque ad Cauſam facientibus. Dictâ autem citatione expeditâ, executâ, atque de more reproductâ, in illius termino petiit antedictus Procurator fieri præfatum acceſſum. Quà petitione audita Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus deſtinavit diem, & horam pro faciendo petito acceſſu, citationem relaxavit tam contra Sub-Promotores ad intereſſendum ſupradictæ deſcriptioni, & recognitioni, quàm contra Peritos Artifices per Procuratorem nominatos ad comparendum in dicta Eccleſia pro recognoſcenda antiquitate Altaris, Imaginum, picturarum, aliorumque donariorum, ac præſtando juramento de fideliter exercendo officio ſibi committendo.

12 Adveniente itaque die in ejuſmodi citationibus deſignatâ, iiſque in actis reproductis, delatoque priùs juramento Peritis electis, factus fuit præfatus acceſſus Reverendiſſimi Judicis Delegati, unà cum altero ex dictis Sub-Promotoribus, Cauſæ Procuratore, dictis Peritis, Actuario, & Teſtibus ad actum vocatis, ad ſupradictam Eccleſiam, ubi memoratus Reverendiſſimus Judex Delegatus mandavit per dictum Actuarium deſcribi Altare Beati, ejuſque ſtatum, materiam, & alias circumſtantias, Imagines quoque Servum Dei repræſentantes, Tabellas argenteas, & ſimilia circa dictum Altare exiſtentia. Huic mandato promptè obtemperando Notarius Actuarius præfatum Altare, aliaque modò recenſita diligentiſſimè deſcripſit: completâque ejuſmodi deſcriptione, formali examini ſuppoſiti fuerunt omnes, & ſinguli Periti, qui exactam recognitionem emiſerunt de ſupradictis Altari, Imaginibus, & Tabellis, aliiſque donariis, ut conſtat ex *Proceſſu fol.* 461. *ad* 502.

13 Completâ hujuſmodi judiciali viſitatione, deſcriptione, & recognitione in Eccleſia Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli in

oppidò Gielnovii, factus ſubinde eſt alter acceſſus ad Eccleſiam Sanctæ Annæ Patrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia in Civitate Varſaviæ ad effectum viſitandi, deſcribendi, & recognoſcendi Cappellam, & Altare in illa erectum (in quo extat Sepulchrum Beati), necnon Imagines, Tabellas, aliaque adjacentia; quæ omnia peracta ſunt cum iiſdem omninò formalitatibus, & cautelis, quæ in primo acceſſu, viſitatione, deſcriptione, & recognitione reſpectivè ſervata fuerant, ut recognoſci poteſt ex *Proceſſu fol.*502. *ter. ad* 537.

14 Cum verò ad magis magiſque ſuam intentionem fundandam intenderet ulteriùs Cauſæ Procurator quamplura jura producere, ex quibus antiquitas cultus erga dictum Beatum evidenter eruebatur, exhibuit proinde coram Reverendiſſimo Domino Judice Delegato notulam, in qua omnia, & ſingula jura, & documenta ad Cauſam facientia ſpecificaverat, ac inſtitit pro eorumdem Jurium, & documentorum compulſatione; atque ad hunc effectum petiit relaxari citationes tam contra Sub-Promotores ad videndum talia Jura produci, recognoſci, & compulſari, & dicendum contra eadem, quàm contra quaſcunque Perſonas, ſeu Archiviſtas, apud quos Jura compulſanda quomodolibet reperiebantur, ad ea preſentanda, & exhibenda, nec non etiam contra Teſtes ad hæc adhiberi quomodolibet neceſſarios. Huic inſtantiæ annuens dictus Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus Jura in dicta notula ſpecificata admiſit, eaque produci, recognoſci, & compulſari mandavit certà die deſtinatà pro illorum productione, & ad hunc effectum opportunas relaxavit citationes. Quibus executis, atque in actis reproductis, exhibita fuerunt Documenta omnia, & Libri tam manuſcripti, quàm Typis excuſi, & in actis per Procuratorem Cauſæ producti; ac per Peritos Scriptores formiter examinatos recognita eſt legalitas, & antiquitas manuſcriptorum, ut patet ex *Proceſſu fol.*573. *t.*

15 Hujuſmodi recognitione peractà, Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus deſtinavit diem, & horam pro exhibendis dictis Libris, & Juribus ad effectum ex iis documenta ſeu particulas extrahendi; inſtante poſteà Cauſæ Procuratore, ex iiſdem libris, & juribus attentè priùs, & accuratè perluſtratis, nullaque in parte vitiatis aut ſuſpectis repertis, documenta, ſeu excerpta, ac particulas ad Proceſſum & Cauſam ſpectantes extrahi mandavit juxta indicationem factam ab eodem Cauſæ Procuratore in ſua notula, prout incontinentì ad formam dicti Decreti ex libris tam manuſcriptis, quàm Typo mandatis particulæ, & documenta ad Cauſam facientia extracta fuere, ut videre eſt in *Proc. fol.*573. *ter. ad* 674. *ter.* Hiſque expletis, cùm abſoluta in totum remanſiſſet Jurium, & Documentorum compulſatio, ad inſtantiam dicti Cauſæ Procuratoris, præmiſsàque opportuna citatione contra alterum ex dictis Sub-Promotoribus ad videndum deputari alium publicum Notarium pro collatione dictorum jurium compulſatorum facienda cum Actuario, Reverendiſſimus idem Dominus Judex Delegatus dictum Notarium deputavit, qui juramentum præſtitit de fideliter adimplendo ſuo munere; & ad petitam collationem deveniri mandavit, prout incontinentì peracta fuit collatio, & auſcultatio Tranſumpti ſive Exempli omnium dictorum Jurium, & Documen-

torum in Proceſſu compulſatorum cum eorum autographis, ac poſteà factà atteſtatione per dictos Actuarium, & Notarium adjunctum, quod prædicta collatio, & auſcultatio fuerat ritè, & rectè peracta, Reverendiſſimus idem Dominus Judex Delegatus ſuam deſuper auctoritatem, & decretum interpoſuit, declarando, eorum jura, & documenta compulſata in omnibus, & per omnia cum originalibus concordare, eiſque propterea integram adhibendam eſſe fidem, ut legitur in *Proceſſu fol. 674. tergo ad 693. ter.*

16 Denique inſtitit Cauſæ Procurator pro expeditione citationis contra Sub-Promotorem ad terminos ſubſtantiales; eàque relaxatà, executà, atque reproductà, in ipſius termino Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus admiſit ad reiterationem omnium terminorum ſubſtantialium præfatum Cauſæ Procuratorem, declaravitque fuiſſe illos ritè, & rectè ſervatos; & ſucceſſivè aliam decrevit citationem contra eumdem Sub-Promotorem ad Sententiam: quà pariter executa, atque in actis de more reproducta, intra illius terminum ſuam definitivam tulit Sententiam, in qua pronunciavit conſtare de publico cultu Venerabili Servo Dei Ladiſlao exhibito per centum & ultra annos ante Urbani VIII. Decreta, ſeu caſu ab illis excepto, cujus Sententiæ tenor tranſcriptus eſt in *Summario num. 5. pag. 7., & ſeq. §. 3.* Publicatà verò dicta Sententia, cùm jam Proceſſus integrè completus remanſiſſet, ad petitionem ejuſdem Cauſæ Procuratoris fuit ille publicatus; ac ſucceſſivè citato priùs Domino Fidei Sub-Promotore, deputati, & electi fuerunt Amanuenſes, qui illum tranſcriberent, atque exemplarent, ipſiſque delato juramento de fidelitèr, & exactè ſuo exercendo munere, conſignata iiſdem fuerunt omnia acta originalia ad effectum exemplandi, ut patet *ex d. Proc. fol. 693. ter. ad 715.*

17 Abſoluto autem ejuſmodi Tranſumpto, eoque cum actis originalibus per Amanuenſes reportato, ad Procuratoris Cauſæ inſtantiam, ac prævià opportunà citatione contra Sub-Promotorem executa, deputatus fuit à Reverendiſſimo Domino Judice Delegato Notarius adjunctus, qui unà ſimul cum Actuario dictum Tranſumptum collationaret, illique delatum eſt juramentum fidelitatis circa proprii muneris adimplementum; quibus omnibus expletis, immediatè inchoata fuit præfati Tranſumpti collatio, & auſcultatio cum actis, & Proceſſu originali, quæ poſteà in pluribus aliis ſeſſionibus continuata eſt uſque ad totale illius complementum, eàque abſoluta, emiſſaque ab utroque Notario, Actuario ſcilicet, & Adjuncto atteſtatione, quod ipſa collatio, & auſcultatio fuerat fidelitèr, & legitimè facta, quòdque Exemplum, ſeu Tranſumptum Proceſſus cum ejus autographo in omnibus, & per omnia concordabat, id quod etiam ſuo judiciali decreto declaravit ipſemet Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus, ad novam dicti Procuratoris Cauſæ inſtantiam, citatoque pariter ad hunc effectum altero ex Sub-Promotoribus Fidei, electus fuit Portitor ad effectum Romam aſportandi dictum Tranſumptum, eique delatum eſt juramentum de fideliter, & exactè tali munere exercendo. Denique inſtante eodem Cauſæ Procuratore, in præſentia alterius ex Fidei Sub-Promotoribus jam præcedenter citatis,

tis, idem Tranſumptum ſubſcriptum fuit, proprioque ſigillo ab intra, & extra obſignatum à Domino Reverendiſſimo Judice Delegato, mandando etiam, ut Acta Proceſſus originalis ad Archivium Epiſcopale aſportarentur, ibidem ad perpetuam rei memoriam aſſervanda, & cuſtodienda: ac ita clauſum, & ſigillatum, debitiſque legalitatibus munitum, traditum fuit dicto Portitori unà cum literis reſponſivis præfati Domini Reverendiſſimi Judicis Delegati: ſuper qua etiam clauſura, & conſignatione publicum Inſtrumentum ſeparatim confectum fuit, prout depromitur ex *dicto Proceſſu fol. 712. tergo ad finem, & fol. primo ad 5.*

18 Hæc eſt diſtincta Actorum ſeries, ex qua manifeſtiſſimè conjicitur, quàm cautè, & accuratè ſe geſſerit Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus in hujuſmodi Proceſſus compilatione, ſive attendatur juridica actorum conſtructio, ſive rituale Teſtium examen, ſive demum legitima Jurium compulſatio, itaut nihil ſubſtantiale ab ipſo prætermiſſum fuiſſe detegatur ex iis, quæ ſervanda præſcribebantur tum per Jus commune, & per Decreta generalia, ac noviſſima Sacræ hujus Congregationis, tum præſertim per ſupradictas Literas Remiſſoriales, prout etiam de hiſce omnibus amplum perhibet teſtimonium ipſemet Reverendiſſimus Dominus Judex Delegatus in ſua Epiſtola reſponſiva ad eamdem Sacram Congregationem, quæ per extenſum datur in *præſenti Summario numer. 4. pag. 15., & ſequen.*; Quare cum ex uſque modò expoſitis manifeſtè appareat Sententiam omni ex parte validam eſſe, ambigi non poteſt, quin ipſa ex hoc capite omninò veniat confirmanda.

CAPUT SECUNDUM:

De Juſtitia, ſeu Relevantia ejuſdem Sententiæ.

19 CUM ex hactenus deductis manifeſtè conſtet de Sententiæ validitate, conſequens eſt ut oſtendamus ejuſdem Juſtitiam, ſeu Relevantiam, quod eſt alterum, imò præcipuum neceſſarium requiſitum ad obtinendam favorabilem præinſerti dubii reſolutionem. Quoniam verò ejuſmodi Juſtitia, ſeu Relevantia tota pendet à publica veneratione, & Eccleſiaſtico cultu à tempore immemorabili, ſive à centum annis ante Decreta Urbani VIII. Beato Ladislao exhibito, ideò neceſſe eſt, omnes, & ſingulas ejuſdem cultus ſpecies ſub oculis Eminentiſſimorum Patrum exponere, ut ita facilior ſternatur via approbationi, & confirmationi Sententiæ, quam humiliter efflagitamus.

20 Antequam verò ſingulas præfati publici cultus ſpecies expendendas aſſumamus, operæ pretium eſſe ducimus hìc aliqua recenſere tum de vita, ac ſanctiſſimis glorioſiſque geſtis Beati Ladislai, tum de eximia ſanctitatis, & miraculorum fama poſt obitum. His enim veluti duplici ſoldiſſimo fundamento innixa eſt publica veneratio, & cul-

& cultus Eccleſiaſticus, à Fidelibus per plurium ſæculorum ſpatium inceſſanter eidem exhibitus. Licèt verò de illis fusè actum ſit in præcedenti Poſitione ſuper introductione Cauſæ; attamen cum nonnulli ex Eminentiſſimis Patribus noviter ſint in hac Sacram Congregationem adſciti, juvat hìc eadem breviter innuere, ad hoc, ut iiſdem innoteſcat, quali vitæ ſanctitate, & miraculis refulſerit Beatus Vir, qualiſque, & quàm eximia ac univerſalis de ejuſdem ſanctitate, & miraculorum fuerit fama.

§. I.

Synopſis Vitæ Beati Ladislai.

21 ANno à Virginis partu 1440. Beatus Ladislaus ex catholicis, honeſtiſque ac piis Parentibus legitimo copulatis Matrimonio progenitus natale ſolum ſortitus eſt in OppidoGielniovv Palatinatus Sindomirienſis in Diſtrictu Opocinenſi Regni Poloniæ Archidiœceſis Gneſnenſis. In ejuſdem Oppidi Eccleſia ſacro Baptiſmatis Fonte ablutus eſt, *Joannis* nomine ſibi impoſito. Ab ipſa infantia timere Deum edoctus, ac optimè educatus, pueritiam ſanctiſſimè in Patria tranſegit, manifeſta futuræ ſuæ ſanctitatis indicia præbens. A' puerilibus namque ludis, aliiſque inanibus nugis perpetuò abſtinens, addiſcendis literis diligenter invigilabat, ſcholas libenter adibat, Divinis Officiis, & ſacro Miſſæ Sacrificio frequenter aderat, ac miniſtrabat, Hymnos, & Pſalmos recitabat, atque memoriæ mandabat. Adoleſcentior factus, ad altioribus ſtudiis vacandum Cracoviam, ubi celebris tunc temporis ſcientiarum Academia florebat, ſe contulit; brevìque non minùs pietate, quàm doctrinà omnibus antecelluit. Divinà deinde aſpirante gratia religioſum habitum Fratrum Minorum Obſervantium Sancti Franciſci ſuſcepit kalendis Auguſti in Conventu Varſavienſi; ac anno elapſo profeſſionem emiſit, *Ladislaus* appellatus.

22 Sacerdotio initiatus cùm cæteros Religioſos ſanctitate, zelo, doctrina longè ſuperaret, ſtatim ad regimen aſſumptus eſt: multoties Cuſtodis, & Guardiani officium adminiſtravit tum in Conventu Varſaviæ, tum in aliis per Poloniæ Regnum Conventibus; Vicarium, ſeu, ut nunc moris eſt appellare, Miniſtrum Provincialem in toto Regno Poloniæ quinquies egit: in Italiam ad celebranda totius Ordinis Generalia Comitia in Diſcretum Provinciæ pluries electus, longum iter unico Socio contentus, pedeſter ſemper arripuit. Novas Conſtitutiones condidit eà prudentia, ac pietate refertas, ut univerſo Fratrum Minorum de Obſervantia Ordini placuerint, & ab omnibus obſervandæ receptæ ſint.

23 Quales verò, quàm eximiæ, atque heroicæ fuerint virtutes Servi Dei tam Theologales, quàm Cardinales, earumque annexæ, ex eo perſpicuè patet, quòd licèt tunc temporis cùm eſſet recens in Poloniam introducta, & ſuſcitata Regularis Obſervantia Fratrum Minorum, omnes virtutibus certare ſtuderent, ac plurimi

ſanctitate conſpicui eſſent; inter omnes tamen noſter Beatus, velut Sol inter Stellas, emicuerit, *ac perfectiſſimorum quorumcumque* (verba ſunt cujuſdam antiquiſſimi Hiſtorici infra citandi) *ſanctiſſimus, & ſanctiſſimorum quorumcumque perfectiſſimus omnium evaſerit*. Diu noctuque orationi, & contemplationi vacabat: quidquid temporis à publicis officiis, vel ad ſalutem Animarum ſpectantibus exercitiis ſupererat, orationi dabat; cui dum vacaret, frequenter patiebatur extaſes, & raptus. Ardentiſſimo amoris igne ferebatur erga Deum: Singularis verò devotio erat erga Dominicam Paſſionem, cujus tanto interiùs abripiebatur doloris ſenſu, ut in ubertimas lacrymas diffluerat: in omnibus ſuis concionibus, quas frequenter ad Populum uſque ad ultimum vitæ ſuæ ſpiritum habebat, ſive eſſent de Tempore, ſive de Sanctis, perpetuò hoc utebatur themate = *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum* = Summo quoque devotionis affectu proſequebatur Beatiſſimam Virginem. In innocentia vitæ & morum fuit admirabilis; Regulæ, Regulariumque Votorum Zelator extitit integerrimus. Totus prætereà erat æternæ proximorum ſaluti procurandæ intentus, ſive in audiendis confeſſionibus, ſive in plublicis concionibus, ſive in privatis colloquiis. Ut verò magis ad pietatem & devotionem accederentur Fideles, edidit complures Hymnos, Pſalteria, Coronas Beatæ Virginis, aliaſque cantilenas, & carmina concentu rhythmico concluſa, Chriſti Domini, & Beatæ Mariæ Virginis laudes continentia, quæ in Eccleſiis vulgò decantantur. Corpori proprio perpetuum bellum indixit: cilicio aſperrimo, flagris acerrimis, vigiliis, ac jejuniis continuis, aliiſque mortificationis inſtrumentis carnem domabat; unam dumtaxat horam ſomno dabat, idque vel ſuper ſaccum ſtramineum, vel ſuper tabulam nudam. Viliſſima quæque Cœnobii munia ex humilitate obibat: Vaſa culinaria mundabat, pedes, & veſtes Fratrum abluebat: infirmorum neceſſitatibus vel ſordidioribus ſerviebat etim tum, cum Cuardianum, vel Vicarium Provincialem ageret.

25 Quamvis verò in omnibus virtutibus perfectè ſe geſſerit, ac excellenter ſe exercuerit Beatus Ladislaus, in obedientia tamen, & abnegatione ſuæ voluntatis ſublimiùs emicuit, cujus ſingulare præ cæteris ſpecimen dedit in ultima ſenectute, cùm enim ſenio jam confectus in Capitulo, quod Cracoviæ anno 1504. celebrabatur, exiſteret; Patres Capitulares, habità ratione dignitatis, ſenectutis, ac etiam ſanctitatis Venerabilis Dei Famuli, decreverunt ipſi indulgere, ne quibuſcunque in Ordine gravaretur officiis, utque eligeret locum ſibi commodum ubi vellet morari, indignum arbitrati, quod tantus Pater quinquies electus Provincialis, Vicarii officio functus, in extrema ſenecta conſtitutus, ſuà privaretur quiete & ſolatio. Mittunt itaque ad illum graves quoſdam de Diffinitoribus Patres, ac præſertim Patrem Stanislaum Slupa, qui hæc proponeret, nimirum ut locum ubicunque vellet morari ſibi placitum eligeret, gratumque qui à ſuis eſſet obſequiis, Socium adjungeret. Ad hæc Beatus humiliter reſpondit: *Pater Stanislae, amore Dei quid dicitis? Ego promiſi obedientiam uſque ad mortem. Quare ergo deſideratis à me, ut faciam voluntatem meam, officium, & locum mihi deligendo? volo in obedientia mori,*

ri. = Faciant de me Patres quidquid volunt ; paratus ſum omnia exequi; quia modò ſentio vires in me, & poſſum omnia in eo, qui me confortat. = Nempe fidelis Dei Famulus & Miniſter ſe perfectè conformavit Chriſto Domino, qui, ut ait Apoſtolus, *fuit obediens uſque ad mortem*.

25 His, aliiſque id genus innumeris heroicarum virtutum actibus, toto vitæ ſuæ tempore exercitis, anno tandem 1505. Sacro Paraſceves die de Dominica Paſſione ad Populum concionem habens, cùm Myſterium Flagellationis Chriſti Domini Redemptoris noſtri repræſentaret, expanſo coram omnibus Vexillo, in quo Filius Dei duris funibus columnæ ligatus oſtendebatur, & elevatis manu flagellis, altâ, & flebili voce exclamavit ter ingeminando = *o Jeſu* = & ſimul præ vehementi, & compaſſivi doloris affectu viribus defecit, ac dolore oppreſſus concionem proſequi ampliùs non potuit; vi interim ignis Divini amoris intus in ſuo corde ſuccenſi ſupra ſuggeſtum elevatus eſt, & coram univerſo Populo clariſſimè ſpectante pendulus in aere per aliquod temporis ſpatium apparuit, nullo humano adminiculo ſubnixus, in exſtaſim raptus, ac totus in Deum immerſus; mox languore correptus, ac per menſem in lectulo decumbens plenus meritis, ac omnibus Eccleſiæ Sacramentis ſumma cum devotione ſuſceptis, puriſſimam animam glorioſiſſimè efflavit quarto nonas Maji in Conventu Varſavienſi.

26 Statim ac ſancti Viri obitus per Civitatem innotuit, frequentiſſima hominum cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis multitudo ad Conventum confluxit; mortui veſtimenta certatim omnes tangebant, & deoſculabantur. Si qui verò propiùs accedere præ magno Populi concurſu non poſſent, ſaltem à longe exanime corpus intueri contendebant, ut Sacrarum Reliquiarum aſpectu fruerentur. Cùm ergo pietati, & devotioni concurrentis Populi, Beati Viri patrocinium implorantis, per aliquod tempus ſatisfactum eſſet, Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditum eſt ſacrum Corpus in communi Fratrum Cœmeterio exiſtenti in Eccleſia Sanctæ Annæ dictæ Civitatis Varſaviæ, nullo præ aliis celſiori monumento honorare Fratribus decernentibus magiſtrum humilitatis profundæ. Silentio prætereundum hìc non eſt, quod cùm in die obitus Servi Dei quædam illuſtris Virgo Palatinides Mazoviæ Ordinis tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, aliquoties pro anima Defuncti recitare = *Pater noſter* = niteretur, nunquam ullo modo progredi potuit, ſemper lingua faucibus hærebat. Cùm ergo ſtupore defixa, cogitaretque quid rei eſſet, ſuggeſſit memoria menti illius, Virum Sanctum non egere humano ſubſidio, qui in Patria cœleſti jam perfruatur æterno gaudio. Tunc Virgo exclamans in hæc verba prorupit = *Agnoſco Pater Sancte te fortè peccatricis non indigere orationibus, ſed te jam frui æternæ Beatitudinis felicitate. At ego tuis precibus opus habeo, & ideò tuæ ſanctitati me commendo* =; quæ verba cum eloqueretur, tantam ſpiritus dulcedinem, ac refrigerium ſenſit, rapta in meditationem Dominicæ Paſſionis, ſibi ex improviſo occurrentibus in memoriam verbis illis, quibus ſæpiſſimè Beatus utebatur = *Jeſus Nazarenus Rex Judæorum* =, ut nec ante aliàs, nec poſt talem unquam experta fuerit conſolationem.

 27 Ser-

27 Servi ſui Sanctitatem ſtatim poſt felicem obitum innumeris ac præſtantibus miraculis teſtatam voluit Deus, quæ continuò ad hæc uſque tempora ad interceſſionem Beati Viri patrantur. Prætermittimus hìc illa recenſere brevitatis ſtudio; cæterùm videri poſſunt in *Summario*, ubi paſſim proſtant, & inter alia habentur plures mortuorum reſuſcitationes.

28 Vita hæc, & glorioſa relata geſta, felicis obitus circumſtantiæ, ac innumera miracula poſt obitum à Venerabili Servo Dei patrata deſumuntur, & probantur tum ex Teſtibus recèns in Proceſſu Apoſtolico ſuper non cultu examinatis, tum etiam ex pluribus, & celeberrimis Hiſtoricis, & Chronicis coævis, & contemporaneis, inter quos præcipuè numerantur Andreas Kritius, Joannes Komorrovus, Anonymus quidam Religioſus Senex, antiqua Chronica Provinciæ Poloniæ, aliique graviſſimi Hiſtorici, *Summario num.6. pag.* 19. *& ſeqq.* §. 1. 2. 4. 7. 8. 16. 12. 13. 15., *num.* 24. *pag.* 90. *& ſeqq.* §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 21. *ad* 39., *& pag.* 109. *& ſeqq.* §. 61. 62.; & demum *num.* 25. *pag.* 115. *& ſeq.* §. 1. 2. *&* 3.. Quibus accedit Vincentius Moravvski in vita Beati conſcripta, & compilata ex antiquiſſimis Hiſtoricis, monumentis, aliiſque publicis documentis, & ex Proceſſibus auctoritate ordinaria factis, quam exhibuimus in manibus Celſiſſimi ac Eminentiſſimi Cardinalis Ponentis. Cæterùm de hiſce omnibus, ac ſingulis Beati Viri Virtutibus fuſiùs agemus, cùm juxta Sanctæ Sedis Apoſtolicæ diſciplinam de illis agendum erit poſt cultum ritè, ut moris eſt, approbatum.

§. II.

Fama Santitatis, & Miraculorum, ejuſque percrebeſcentia poſt obitum.

29 JAm tum, cùm in humanis ageret Beatus Ladiſlaus ſingularis Sanctitatis famam aſſecutus eſt ob eximias, & heroicas Virtutes, quibus in vita emicuit. Hæc autem Fama magis poſt obitum aucta eſt ob innumera modò indicata miracula, per interceſſionem Beati à Deo ſublimem ipſius Sanctimoniam hominibus conteſtante ad hæc uſque tempora patrata. Porrò ejuſmodi Sanctitatis, & miraculorum Fama viguit, & viget, non ſolùm penes plebejos homines, verùm etiam apud Viros doctrinâ, ac probitate præſtantes, Nobiles, Magnates, Eccleſiaſticos tum Seculares, tum Regulares, ac etiam penes Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Reges, itaut ab omnibus univerſali acclamatione *Beatus*, *& Sanctus* proclamatus fuerit, ac utì tali Eccleſiaſtici publici cultus actus fuerint uſque adhuc exhibiti. *Summario num.*6. *pag.*20. *& ſeqq.* §. 5. 9., *& num.*7. *pag.*23. *& ſeqq.* §. 1. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19., *&* 20. *ad* 31.

30 Nec

30 Nec verò hæc Sanctitatis Fama viguit tantùm, & viget in Civitate Varſaviæ, ubi Sacrum Corpus requieſcit, aut in Oppido Gielniovii, ubi natus eſt, verùm etiam longè latèque per alia quamplura loca diffuſa totum brevi quà latè patet Poloniæ Regnum, ac etiam Magnum Ducatum Lithuaniæ pervaſit. Cùmque hæc univerſalis Sanctitatis Fama firmiſſimo heroicarum Virtutum, & miraculorum fundamento niteretur, nullam unquam diminutionem, interruptionem, aut contradictionem paſſa eſt, ſed ſemper conſtans perſeveravit, & adhuc perſeverat, quinimmò magis percrebuit, & in dies percrebeſcit ob continua miracula, quæ à Deo impetrant Devoti ad Beati interceſſionem. *Dicto Summario num.6.pag.20.& ſeqq.* §.3. 6. 9.11. 12. 14. 16., *& num.7. pag.23. & ſeqq.* §. 8. 11. 17. 18. 24.27.

§. III.

Multiplices publici cultus ſpecies Beato Ladiſlao exhibiti ab ejus obitu uſque ad præſens.

31 INter complures publici Eccleſiaſtici cultùs ſpecies ab immemorabili tempore Beato Ladislao præſtiti, *principem locum* obtinet denominatio, & titulus *Beati*, ac *Sancti*, quo abſolutè, & ſupra perſonam ſimpliciter cadente à tempore obitus uſque ad præſens tum in voce, tum in ſcriptis, ab omnibus publicè, & palam Venerabilis Vir Dei condecoratus fuit, necnon in Epitaphiis, & Inſcriptionibus Sepulchro ipſius appoſitis, ac ſubtus Imagines, & in Tabellis, aliiſque id genus monumentis. Probatio de hac inſigni nomenclatura, & titulo concludentiſſima habetur ſive ſpectetur tempus præcedens centenarium annorum numerum ante Decreta Urbani VIII., ſive tempus decurrens in ipſo centenario numero, ſive demum ſpectetur tempus poſt dicta Decreta uſque in præſens.

32 Et quidem quod attinet ad tempus præcedens centenarium annorum numerum ante Conſtitutionem Urbanam, luculentiſſimum teſtimonium perhibent quatuor coætanei, & graviſſimi Hiſtorici. Prior eſt Andreas Critius, qui primùm fuit Cancellarius Regni Poloniæ, deinde Epiſcopus Præmislienſis, ac demum Archiepiſcopus Gneſnenſis, quique convixit Beato Ladislao annis 22.. Claſſicus itaque iſte Auctor in libro, cui titulus = *Compendium Vitæ Beati* = enarrans ipſius heroica geſta, Virtutes, & præſtantia miracula, appellat Servum Dei ſemper, & inviolabiliter cum titulo *Beati*; ut videre eſt *in Summario num.24. pag.90. & ſeq.* §. 1. 3. *&* 4., ubi præfatum Compendium exſcriptum eſt. Quod autem graviſſimus iſte Auctor fuerit coætaneus Beati, probatur tum ex teſtimonio Lucæ Wadingi Chronologi totius Ordinis Seraphici,

qui

qui in Annalibus Minorum hæc habet *dicto num.24.pag.101.§.43.* = *Andreas Kritius Vir celeberrimus, primùm Cancellarius Regni [potius Reginæ] Poloniæ, deinde Epiſcopus Præmislienſis, demum Archiepiſcopus Gneſnenſis, mortuus anno 1537., talem reliquit de Ladislao, quem cognoverat, narrationem &c.* =; tum potiſſimùm ex ejuſdem Epitaphio, quod legitur Cracoviæ in Eccleſia Cathedrali marmori inciſum, ut teſtatur Simon Starovolſki Auctore Claſſico in libro, cui titulus = *Hecatombæ, ſeu Centum Illuſtrium Poloniæ Scriptorum Elogia, & Vitæ* =, in quo illud per extenſum deſcriptum habetur, videlicet = *Reverendiſſimo in Chriſto Patri D. Andreæ Kritio Archiepiſcopo Gneſnenſi incomparabili Viro, de Religione, atque Republica benemerito, multiſque naturæ, & ingenii dotibus inſigniter prædito, poſthumum hoc pietatis munus ab amicis charam illius memoriam retinentibus poſitum. Moritur anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, ætatis verò ſuæ anno quinquageſimo quarto* =. Cùm ergo conſtet, quod Andreas Kritius digniſſimus Præſul, & Primas Regni Poloniæ, mortuus ſit anno 1537., annum ſuæ ætatis agens quinquageſimum quartum, conſequens ſit, quod Beato Ladislaö, qui, ut ſupra viſum eſt, obiit anno 1505., convixerit annis viginti duobus; poſt felicem verò ejuſdem obitum vixerit annis triginta duobus. Præfatum verò librum, ſeu Compendium conſcripſit iſte Auctor ſaltem ante annum 1521., ut patet ex eo, quod illud confecit eo tempore quo Reginalis, ſeu Reginæ Barbaræ Cancellarii munus exercebat, ut conſtat ex ejuſdem ſubſcriptione appoſita in eodem Compedio. At aſſumptus eſt anno 1521. ad Epiſcopatum Præmislienſem, deinde anno 1531 ad Plocenſem, ac tandem anno 1535. ad Archiepiſcopatum Gneſnenſem, prout evidenter demonſtratur per Reverendum Patrem HaramovvsKi Societatis Jeſu in libro, cui titulus = *Facies rerum Sarmaticarum* = *fol.55.* Si ergo præfatus Auctor anno 1521. ad Epiſcopatum aſſum tus eſt, & aliunde dictum Compendium conſcripſit munere Reginalis Cancellarii fungens, manifeſtum eſt illud ante annum 1521. fuiſſe exaratum.

33 Alter coætaneus graviſſimus Hiſtoricus eſt Pater Joannes de Komorrovvo Ordinis Minorum de Obſervantia, qui octavo, vel nono anno poſt mortem Beati fuit Cuſtos, & Guardianus Conventus Varſavienſis, quique fuit bis Miniſter Provincialis Provinciæ Poloniæ, ac pro Religione, præſertim in Capitulis Generalibus Romæ, Aſſiſii, & Lugduni præclaras res geſſit. Hic in libro manuſcripto, cui titulus = *Incipit breve memoriale &c.* = paulò fuſiùs deſcribit Vitam, & Miracula Venerabilis Servi Dei, & paſſim ſumma cum veneratione appellat *Beatum*, ut legere eſt in particulis dicti libri exſcriptis in *Summario num.24. pag.91. & ſeqq.* §. 5. 7. 10. 11. 12. 13. 14. Quod autem iſte etiam Auctor fuerit ſynchronus, & coætaneus Beati Ladislai, clariſſimè patet tum ex eodem libro, in quo hæc de ſe ſcribit *dicto num.24. pag.94.* §.15., ibi = *Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo Pater Lucas Capitulum Provinciale celebrat Poſnaniæ, ubi, & reelegitur. Et omnes Commiſſarii Jubilæi erant convocati, & per vim eorum ex mandato Patris Vicarii per Fratrem Joannem de Komorrovvo facta eſt declaratio Bullæ Jubilæi* =; Et item ſub anno 1513. quo celebratum

tum eſt Capitulum in Lublin, hæc alia de ſe ſcribit *citato num.24. pag.94. eodem §. 15.*, ibi = *Et ante ſecundo anno locus Varſavien. per Patrem Antonium de Biecz tunc ibi primitiatum Guardianum cœpit ædificari in muro impenſis Domini Balcer Civis Varſavienſis &c.*, *& Frater Joannes de Komorrovvo poſt eum Guardianus exiſtens ex præfato Capitulo Lublinenſi ædificavit Domum ab Eccleſia uſque ad Canapum* =; tum ex eo quod poſt egregia munia in Religione exercita plenus annorum mortuus eſt anno 1536., ut patet ex eodem libro, in quo ſuccedens laudato Komorrovvio alius Auctor diverſo jam charactere, facta mentione de morte cujuſdam Patris Pauli de Wegrovice ſub anno 1536., hæc adjecit *dicto num.24. citata pag.94. §. 15.*, ibi = *Octavo die eundem ſecutus eſt Reverendus Pater Joannes de Komorrovvo, qui pro Religion, & Provincia, domi, & foris, præſertim in Capitulis Generalibus Romæ, Aſſiſii, & Lugduni præclara fecit monumenta; interfuit diviſioni Obſervantium à Conventualibus ſub Leone X. Commiſſarium Provinciæ agens. Interfuit in Capitulo Lugduni Orator munitus Sacræ Regiæ Majeſtatis Literis Sigiſmundi Primi Regis Poloniæ, & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Regni quatenus Loca, & Conventus Pruſſiæ in Dominio Regis Poloniæ Fratres Poloni inhabitarent ſub electione Reverendiſſimi Patris Franciſci Licheti Miniſtri Generalis. Idem digniſſimus Pater Vitas Beatorum Patrum noſtrorum Simonis Lipnicen., & Joannis Duklani, & Chronicon hocce conſcripſit. Commiſſarius pro erectione Provinciæ Lithuaniæ à Clemente VIII. deſignatus eſt inſtante Sereniſſimo Sigiſmundo primo Rege Poloniæ. Exordium naſcentis Obſervantiæ per Beatum Patrem Joannem à Capiſtrano introducta eleganter deſcripſit, meritò dicendus primus Hiſtoriographus Obſervantiæ noſtræ* =; tum demum ex catalogo mortuorum conſcripto ab anno 1531. uſque ad 1573., ut mox videbimus; in illo autem hæc ad annum 1536. de eodem Patre adnotantur *ibidem pagina 95. ante §. 16.*, ibi = *Item ibidem* (nempe Cracoviæ) *Venerabilis Pater Joannes Komorrovvski, qui fuit bis Miniſter Provinciæ, optimus Declarator Regulæ Sanctæ, memorativus, bonis affabilis, dyſcolis rigidus, ſemper Cuſtos, aut Guardianus* =. Concordant pro authenticitate, & antiquitate præfati libri Periti Scriptores, qui formiter examinati cum juramento depoſuerunt conſcriptum illum eſſe à laudato Patre Joanne de Komorrovvo, & finitum anno 1535. *ibidem cit. pag. 95. & ſeq. §.16. ad 19.*

34 Tertius coætaneus Hiſtoricus eſt Pater Franciſcus à Leopoli, qui vulgò *Corvus* dictus eſt. Hic Auctor conſcripſit Catalogum Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci in Provincia Polona ſua ætate mortuorum ab anno 1531. uſque ad annum 1573. relatum in quodam alio libro eundem titulum præſeferente, conſcripto de anno 1604. Ad annum itaque 1531. præfatus Auctor recenſet mortuum Poſnaniæ quemdam Fratrem nomine Florianum, ipſique habitum Religioſum dediſſe teſtatur Servum Dei, quem *Beatum* appellat, ut conſtat ex particula dicti Catalogi regiſtrata *in dicto num.24. pag.96. §.20.*

35 Quartus Hiſtoricus coævus eſt Anonymus quidam Religioſus ſenex, qui librum conſcripſit de ſanctitate vitæ, heroicis virtutibus, ac

mira-

miraculis Beati; & in enarratione virtutum, & miraculorum ejuſdem, in qua ferè in omnibus concordat cum ſupralaudato Patre Joanne Komorrovvo, paſſim Servum Dei appellat, & condecorat titulo modò *Beati*, modò *Sancti*. *Summ. num.* 24. *pag.* 96. *& ſeqq.* §. 21. *ad* 31. Librum hunc conſcriptum eſſe tempore antecedenti centenarium annorum numerum ante Decreta Urbani VIII. facilè conſtare poteſt ex ejuſdem antiquitate, cùm in pergameno vetuſto exaratus habeatur, *ibidem dicta pag.* 96. *in fin.*

36 Hiſce Hiſtoricis accedunt antiquiſſima Chronica Provinciæ Poloniæ, quæ eodem tempore centenarium annorum numerum ut ſupra antecedenti conſcripta eſſe evidenter evincitur. Ea enim omnia, quæ in hiſce Chronicis poſterorum memoriæ conſignantur, non referuntur tamquam præterita, ſed tamquam præſentia, & ſub oculis poſita, ut cuique manifeſtum ſit ex lectura particularum eorumdem Chronicorum exſcriptarum *in dicto Summ. num.* 25. *pag.* 115. *& ſeq.*; Ex quo proinde loquendi modo concludendum eſt, quod per Auctores ſubinde contemporaneos conſcripta fuerint. Accedit pro illorum comprobanda antiquitate, quod poſteriores omnes graviſſimi Hiſtorici ad illa ſe referunt, tamquam antiquiſſima, & ferè prima authentica monumenta Provinciæ Poloniæ. In his porrò Chronicis inter alia deſcribuntur geſta, dignitates in Religione obtentæ, virtutes, ac miracula Venerabilis Servi Dei; in ſingulis verò periodis ſemper ac ipſe Dei Famulus nominatur, non alio, quàm *Beati* titulo inviolabiliter condecoratur, ut legere eſt *ibidem cit. pag.* 115. *& ſeq.*

37 Illud hìc ſedulà adnotatione dignum eſt, quod nimirum licèt in iiſdem Chronicis unà ſimul cum Beato Ladiſlao quamplurimi memorentur Graduati Patres Ordinis de Obſervantia, qui vel in æquali, vel in majori quoque dignitate conſtituti eſſent; nunquam tamen ipſis communicatur, & tribuitur titulus *Beati*, niſi dumtaxat noſtro Servo Dei, & Beato Angelo de Clavaſio, cujus cultus immemorabilis jam eſt per hanc Sacram Congregationem approbatus. Hinc datur intelligi, quod ideò Dei Famulus præ cæteris aliis Graduatis Patribus *Beati* titulo condecoratur, quia cum opinione ſanctitatis defunctus publico à Fidelibus cultu, & veneratione celebratur, ſecùs verò ipſi; ac proinde nil mirum, ſi cùm iidem eſſent præ dignitate vel æquè, vel magis ſpectabiles, numquam *Beati* titulo condecorati fuerint, prout inviolabiliter ſemper condecoratus fuit noſter Ven. Servus Dei.

38 Ex Hiſtoricis itaque modò indicatis monumentis per Auctores graviſſimos, & coætaneos Servi Dei, adeòque per centum, & ultra annos ante Decreta Urbani VIII. conſcriptis conſtat, quod Venerabilis Vir Dei inſigni nomenclatura, & titulo *Beati* potiebatur per tempus præcedens centenarium annorum numerum ante dicta Decreta.

39 Quod verò ſpectat ad tempus decurrens in ipſo centenario annorum numero, eadem *Beati* denominatio oſtenditur.

40 Primò ex quodam carmine rhythmico exarato à Patre Fabiano Orzeskovvski Ordinis Minorum, qui fuit vicinus Beati Ladiſlai temporibus, ac proindè contemporaneus etiam exiſtimandus eſt. Hic Auctor recenſet virtutes, & miracula Servi Dei, appellando, & condecorando eumdem *Sancti* titulo. Quòd ipſe fuerit vicinus

Beati Viri temporibus, fidem indubiam præſtat ſupralaudatus Vincentius Moravvski in Vita Beati conſcripta ex antiquiſſimis authenticis monumentis, & exhibita, ut paulò ſuperiùs innuimus, in manibus Celſiſſimi, ac Eminentiſſimi Cardinalis Ponentis, in qua hæc habet *pag.* 138. *circa medium*, ibi = *occurrit Divini verbi Præco ferventiſſimus Reverendus Pater Fabianus Orzeszkovvski &c. vicinus Beati Ladislai temporibus; qui cum multa à Fratribus, qui unà cum Beato Viro in Ordine vixerint, de ipſius ſanctitate certa argumenta cognoviſſet &c., eo verò carmine rhythmico comprehenſa poſteritati tranſmiſit* =; ibidemque per extenſum præfatum carmen exſcribit. De hoc eodem Patre Fabiano meminit, ac primos ejuſdem carminis verſus recitat Teſtis II. *Summ. num.* 14. *pag.* 47. ibi = *Item* (legi) *aliud Epitaphium, ſeu Rhythmum, compoſitum à Patre Fabiano Orzeszkovvski Ordinis Seraphici Patris noſtri Franciſci, qui immediatè vixit poſt mortem Servi Dei Ladislai ejus tenoris &c.* =

41 Secundò ex duobus Epitaphiis, ſive Inſcriptionibus appoſitis anno 1572. in lapide ſepulchrali Ven. Viri Dei occaſione ſublevationis Sacri ipſius Corporis, in quibus legitur titulus *Beati*. *Summ. num.* 25. *pag.* 118. *in principio*. De hujuſmodi Epitaphiorum authenticitate; & appoſitione ad Sepulchrum facta anno 1572 conſtat reſpectivè ex Inſtrumento ſublevationis Oſſium Beati confecto, & edito anno 1597., ac noviſſimè ex Archivo Conventus Stradomienſis exhibito, & recognito à Reverendiſſimo Vicario Generali Cracovienſe; necnon ex Annalibus Minorum Auctore Vvadingo *dicto Summ. num.* 24. *pag.* 101. §. 42., & concordat Teſtis VI. *ibidem num.* 14. *pag.* 48. §. 4.

42 Tertiò ex Diplomate, ſive Bulla Sixti Quinti incipiente = *Ex incumbenti nobis deſuper* = ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno 1586., in quo hæc habet Summus Pontifex, *Summ. num.* 25. *pag.* 118. *circa finem*, ibi = *Venerandumque Corpus BEATI LADISLAI in Eccleſia Domus ejuſdem S. Annæ ipſius Oppidi dicti Ordinis reconditum eſt* =. Hoc autem Diploma editum eſſe anno 1586. patet tum ex appoſitione dicti anni in eodem expreſſi, tum ex depoſitione Peritorum, qui formiter illud recognoverunt *eodem num.* 25. *pag.* 119. §. 8., & deponunt etiam Teſtes *num.* 16. *per totum*.

43 Quartò ex Imagine exiſtente in Eccleſia Gielnioviensi depicta ab annis 150., vel 160. juxta recognitionem Peritorum; ſub illa autem inſcriptum legitur = *Beatus Ladislaus* = ut infra exponemus in examine ſeptimæ cultus ſpeciei.

44 Quintò ex duabus Atteſtationibus authenticis exaratis anno 1603. per Reverendiſſimum Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Joannis Varſavienſis, & per Magiſtratum ſimiliter Varſavienſem, in quibus amplum perhibetur Teſtimonium de miraculis Servi Dei cum denominatione *Beati*, ut videre eſt *in cit. Summ. num.* 25. *pag.* 119. *& ſeq.* §. 9. & 10. Iſtas Atteſtationes conſcriptas eſſe anno 1603. probat tum expreſſio dicti anni in iiſdem, tum Periti judicialiter examinati *ibidem pag.* 121. §. 11., & 12.

45 Sextò ex Atteſtatione cujuſdam Notarii conſcripta anno 1609., in qua deſcribitur quoddam miraculum per interceſſionem Ven. Servi Dei patratum, & ſemper appellatur *Beatus*. Hæc Atteſtatio pro-

ſtat in Annalibus Eccleſiaſticis à Bzovio conſcriptis, *Summ. num. 24. pag.* 100. §. 37.

46 Septimò ex libro Annalium Eccleſiaſticorum à dicto Bzovio conſcripto, & edito anno 1630., in quo enarrantur virtutes, & miracula Servi Dei cum appellatione *Beati*, *Summ. num. 24. pag.* 99. *& ſeq.* §. 32. 39. *&* 40.

47 Demum ex Synodo Provinciali celebrata Gracoviæ anno 1634., & per ſan. mem. Urbanum VIII. anno 1635. approbata. In hac Patres Conciliares eumdem *Beati* titulum, quem tribuunt Stanislao Koſthæ Societatis Jeſu, & Cunegundæ, unà ſimul aſſignant, & adſcribunt Venerabili Ladislao, *Summ. num. 25. pag.* 105. §. 20.

Relatè tandem ad tempus ſubſequens dicta Decreta uſque nunc eamdem *Beati* denominationem Ven. Servo Dei tributam præſeferunt tum Orationes in honorem Servi Dei recitari ſolitæ, quarum prima conſcripta eſt à centum, & ultra annis, altera ab annis nonaginta circiter, tertia demum anno 1676., prout judicialiter depoſuerunt Periti Scriptores, *dicto Summ. num. 25. pag.* 121., *& ſeqq. à* §. 13. *uſque ad* 20.; tum complures Tabellæ, Vota, & Imagines, in quibus paſſim habetur inſcriptus titulus *Beati*, vel *Sancti*, ut conſtat ex Teſtibus *ibidem num. 12. pag.* 42., *& ſeqq.* §§. 3. 6. 7. 11., & ex earumdem judicialibus deſcriptionibus, & recognitionibus *ibidem num. 23. pag.* 72. *& ſeqq.* §. 12. 14. 21. 25. 26. 27. 28. 29. 30., *& pag.* 81. *& ſeqq.* §. 7.; tum graviſſimi Hiſtorici, qui poſt dicta Decreta variis ſubinde temporibus ſcriptis mandarunt virtutes, & miracula Servi Dei, & ſemper denominarunt, & appellarunt titulo *Beati*, vel *Sancti*. Horum Catalogum hic adjungimus, ſunt nimirum

Lucas Vvading, in Opere, cui titulus = *Annales Minorum* = edito anno 1654. *Summ. num. 25. pag.* 101. *& ſeq.* §. 44.

Auctores Literarum, quæ datæ fuerunt anno 1657. ad Palatinum Poſnanienſem, *ibidem pag.* 105. §. 52.

Franciſcus Aroldus Hibernus in Libro, cui titulus = *Epitome Annalium Ordinis Minorum* = Romæ typis dato anno 1662. *ibidem pag.* 108. *& ſeq.* §. 57. *&* 61.

Hyacinthus Pruſzez in Libro, cui titulus = *Propugnaculum ſpirituale Regni Poloniæ* = edito Cracoviæ anno 1642. *ibidem pag.* 109. §. 61.

Auctor Libri, cui titulus = *Sanctorum Lexicon ex Actis Sanctorum collectum* = impreſſi Coloniæ, & Francofurti anno 1719. *ibidem pag.* 109. *& ſeq.* §. 62.

Auctor Libri inſcripti = *Chronici, ſeu Annales trium Ordinum Inſtitutorum à Patr: Seraphico S. Franciſco* = impreſſi Varſaviæ anno 1722. *ibidem pag.* 110. §. 13.

Pater Arturus ex Monaſterio Rotomagenſi, in Libro, cui titulus = *Martyrologium Franciſcanum* = impreſſo Venetiis anno 1723. *dicta pag.* 110. §. 64.

Joannes Kamienski in Libro inſcripto = *Regia Alma Provincia Majoris Poloniæ Fratrum Minorum &c.* = & edito anno 1720. *ibidem pag.* 111. *& ſeqq.* §. 66. 68. 69. *&* 70.

Ludovicus Miskic in Triplici Speculo Perfectionis, Poſnaniæ impreſſo anno 1736. *ibidem pag.* 114. §. 71.

Ula-

Uladiſlaus Lubinski in Libro, cui titulus = *Mundus in omnibus ſuis partibus* = impreſſo Uratislaviæ anno 1740. *ibidem pag.* 114. §672. ...

48 Quibus omnibus accedunt Continuatores Operis Bollandiani, qui inter alios Sanctos, & Beatos recenſent cum ſingulari elogio Beatum Ladislaum, cujus virtutes, & miracula referunt, paſſim denominando, & decorando *Beati* titulo, *tom.* 1. *menſis Maji ad diem quartam edition. Antuerpiæ à pag.* 560. *ad* 616.

49 Iſtorum Hiſtoricorum Catalogum, & Seriem coronat, ac perficit Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS XIV. in egregio ſuo Opere *de Servorum Dei Beatificatione &c. lib.* 4. *par.* 2. *cap.* 14. *num.* 3., ubi non ſolùm denominat Servum Dei *Beatum*, verùm etiam teſtatur illum fuiſſe electum *Patronum* à Civitate Varſaviæ ante Decretum Urbani VIII. ſuper Electione Patronorum editum anno 1630. = *Ante Decretum*, inquit *Summi Pontificis Urbani VIII.*, *infra referendum*, *non modò Sancti*; *ſed etiam Beati paſſim ſeu Beatificatione formali*, *ſeu Beatificatione æquipollenti beatificati in Patronos eligebantur*, *à Carnotenſibus etenim Beatus Hugolinus &c.* *A' CIVITATE VARSAVIÆ BEATUS LADISLAUS &c IN PATRONOS ELECTI SUNT* =.

50 Ex hac Chronologica annorum ab obitu Beati uſque ad præſens decurſorum ſerie manifeſtè patet, quod tam per tempus præcedens centenarium annorum numerum ante Decreta Urbani VIII., quàm per tempus decurrens in ipſo centenario numero, ac ipſum ſubſequens uſque ad hæc noſtra tempora, Ven. Vir Dei *Beati*, & *Sancti* titulo ſtatim poſt obitum condecoratus, ac denominatus ſemper fuerit, itaut invenire non ſit vel Hiſtorias, vel alias ſcripturas, ſivè documenta, aut monumenta, quæ loquendo de noſtro Beato, non appellent *Beati*, vel *Sancti* titulo. Inſuper hæc eadem *Beati*, & *Sancti* denominatio, ac titulus, quem noſtro Ven. Servo Dei tributum eſſe ſtatim ab ipſius obitu uſque ad hæc noſtra tempora per Hiſtorica monumenta, aliaque authentica modò relata documenta oſtendimus, comprobatur etiam ex duodecim Teſtibus judicialiter in Proceſſu Apoſtolico examinatis, qui cum juramento, & cum omnibus requiſitis Gloſs. *in cap. Epiſcopum in verb. memoria de præſcript. in ſexto* depoſuerunt, quod non ſolùm in antiquiſſimis Epitaphiis tam ad novum tempore elevationis, quàm ad vetus Sepulchrum immediatè poſt obitum appoſitis, ac etiam in Chronicis, & variis innumeris Hiſtoriis, quas recenſent, inſigni hoc titulo condecoratus fuerit Vir Dei, verùm etiam quod viva voce ſtatim poſt obitum uſque adhuc ſemper ab omnibus ſive Secularibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive doctis, ſive indoctis, ac etiam ab ipſis Locorum Ordinariis, in toto ferè Poloniæ Regno, palàm, & publicè nuncupatus, atque invocatus ſemper fuerit cum titulo *Sancti*, vel *Beati*, *Summ. num.* 14. 15., *&* 18. *per tot.*; Univerſalis ſanè hæc Populorum aſſertio ſcriptura viva dici poteſt juxta ſenſum Apoſtoli 2. *ad Corinth.* 3. ibi = *Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus* =: & vox Dei meritò appellatur, juxta commune dictum = *vox Populi*, *vox Dei* =.

51 Q'od autem denominatio, & titulus *Beati*, & *Sanĉti* publicum cultum importet, latè tradunt, & firmant Bellarm. *de Sanĉtor. Beatitud. lib.*1. *cap.*7. *verſ. Primum enim*, Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *controverſ. inter Epiſcopos*, *&* *Regulares quæſt.* 13. *ſub num.*1223. *verſ. Si enim*, Caſtellin. *de certitud. Glor. Sanĉtor. conſiderat.*2. *ad cap.*1. *Elucidarii num.*18., *&* *ſeqq.*, Molpheſ. *Conſ.* 45. *num.*22., 23., *&* 51., Contelor. *de Canonizat. Sanĉtor. cap.*22 *num.*2., Pignatell. *conſultat. Canonic. tom.*1. *conſultat.* 242. *numer.*13.. Ratio potiſſima eſt, quia denominatio *Beati*, & *Sanĉti*, quæ non cadat ſuper vitam, & mores alicujus Servi Dei, ſed ſuper illius Perſonam, non poteſt referri niſi ad titulum honoris, qui ſolis convenit Beatis, & Sanctis, itaut proinde tali denominatione non Beatificatos, vel Canonizatos nefas ſit appellare, ut cum Tullench., & Bonacin. ſolidè advertit Piſtacch. *de Superſtit. cap.*6 *num.*11., hæc habens, ibi = *Non poſſe eis* (Dei Servis) *tribui nomen Sanĉti*, *vel Beati denominativè*, *ſeu appellativè*, *ſicut dicimus Sanĉtus Petrus*, *Sanĉtus Paulus*, *non ſolùm in concionibus*, *ſed nec etiàm in privatis colloquiis*, *quia hujuſmodi nomen*, *quando non adducitur ad ſignificandum qualitatem*, *&* *Sanĉtitatem Servi Dei*, *ſed ut titulus honoris*, *non poteſt alicui convenire*, *niſi publica auĉtoritate Sedis Apoſtolicæ ſit data*, *ne videamur eos divulgare tamquam Canonizatos*, *vel Beatificatos*, *qui tales aĉtu non ſunt*. Hinc eſt, quod in Decretis ſa. me. Urbani VIII. inter alias publici cultus ſpecies expreſsè prohibetur, ne ejuſmodi tituli tribuantur illis, qui nondum fuerunt per S. Sedem in Beatorum, vel Sanctorum albo relati, ut habetur in libello eorumdem Decretorum *pag.*18., ibi = *Non admittantur elogia Sanĉti*, *&* *Beati abſolutè*, *&* *quæ cadunt ſuper Perſonam* =.

53 Cùm ergo conſtet, quod in libris Synchronicorum, aliorumque probatiſſimorum Hiſtoricorum tam manuſcriptis, quàm impreſſis, in pluribus authenticis & legalibus Scripturis antiquis, in plurimis Epitaphiis, & inſcriptionibus affixis ad Aram, & Tumulum, & ſubtus Imagines pictas, atq; in aliis hujus generis monumentis omni ęvo editis, ac etiam ab omnibus viva voce, non ſolùm *Beatus*, verùm etiam *Sanĉtus* abſolutè, & perpetuò appellatus ſit, dubitari non poteſt de publico cultu ab immemorabili tempore eidem exhibito, ac proinde probatus ac verificatus apparet caſus exceptus à Decretis Urbani VIII.; prout firmat laudatus Sanctiſſimus Doctor *cit. Opere lib.*2. *cap.*23. *num.*1. *circa med.*

54 *ALTERA CKLTUS PUBLICI SPECIES* promanat ex frequentiſſimo piorum Fidelium concurſu tum ad antiquum Sepulchrum Beati, tum ad aliud, in quod Sacra ipſius oſſa translata fuerunt, necnon ad Cappellam, & Altare in ejuſdem honorem erecta, undique ex toto Poloniæ Regno, ac Magno Ducatu Lithuaniæ confluente Populo cujuſvis ſexus, & conditionis, etiam Sereniſſimo Rege, ac Regina, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Magnatibus, aliiſque Regni Proceribus, qui in ſignum obſequii, ac devotionis, quà erga Beatum feruntur, ad Altare ejuſdem genuflexi orant, Sacram communionem ſuſcipiunt, eandelas offerunt, eleemoſynas erogant pro celebratione Miſſæ, atque alios publici cultus & venerationis actus exhibent, qui Beatis, & Sanctis jam canonizatis præſtari ſolent

lent

lent cum tolerantia, & ſcientia, imò approbatione loci loci Ordinariorum, qui hujuſmodi venerationem ſuo publico exemplo promovere ſtuduerunt; tam enim ipſi, quàm Vicarii Generales Cappellam Beati viſitantes, ante illius Reliquias in orationibus perſeverant, & in ejuſdem honorem Miſſæ Sacrificium celebrant. Hic autem concurſus immediatè poſt obitum Beati incæpit, ſucceſſivis temporibus perennavit, nullam unquam paſſus interruptionem; atque etiam noſtris hiſce temporibus mirificè cum incremento perſeverat, & in dies continuatur, præſertim in die anniverſaria obitus, tempore Generalium Comitiorum Varſaviæ peragi ſolitorum, ac denique in publicis Regni calamitatibus, patrocinium ipſius Beati certatim omnibus implorantibus, ac præſentiſſimam opem, & gratiam experientibus, ut de his omnibus deponunt Teſtes dati in *Summario toto num.* 8., qui teſtati ſunt, ſe dictum concurſum cum ſupradictis circumſtantiis vidiſſe toto tempore eorum recordationis, per ſexaginta, & ampliùs annos, & à ſuis Majoribus audiviſſe, quod ille ſemper perſeveravit tempore vitæ ſuæ, ac ſuorum Seniorum, & Antiquiorum, à quibus id per privatam, & publicam traditionem acceperant; ac etiam legiſſe in libris Hiſtoricorum antiquiorum, graviſſimorum ac fide dignorum. De ejuſmodi viſitatione, & concurſu ad Sepulchrum Beati conſtat etiam exHiſtoricis monumentis conſcriptis per Auctores ipſi coævos. *Soror præfata* (inquit ſupralaudatus Komorrovius *Summar. num.*24. *pag.*92. *& ſeq.* §§. 8. 10. 11. 13.), *Margareta Palatinides maximis, & importunis afficiebatur tentationibus*, VOTO *&c.* VISITARE EJUS SEPULCRUM FACTO, ET EXPLETO *liberata eſt ab eis &c.*. *Si hic Puer revixerit meritis Beati Patris*, SEPULCHRUM EJUS *&c.* VISITARE PROMITTIMUS *&c.*: *Voto ſatisfacientes ſuo*, BEATI PATRIS SEPULCRUM ADIERANT *&c.*. *Eodem anno* 1514. *&c. Dominus Joannes Pſarski &c. Beato Patri Ladiſlao vovens* SEPULCHRUM EJUS VISITARE *&c.*, *& tandem ſatisfaciens voto ſuo*, VENIT CUM UXORE, AC FILIO *&c.*. Eadem hæc referuntur in alio compendio conſcripto per ſupradictum Anonymum quemdam Religioſum Senem, ac in memoratis antiquis Chronicis Provinciæ Poloniæ, ut indicatur *in dicto Summario cit. num.*24. *pag.*99. §.31., *& num.*25. *pag.*116. *ſub* §.3.

55 Sanè concurſus iſte cujuſcumque generis Perſonarum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Procerum, Senatorum, ac Regum Poloniæ, qui poſt felicem Beati Ladiſlai obitum incæpit, ſemperque poſteà continuavit, & adhuc conſtanter perdurat cum ſpecialibus publicæ venerationis actibus aliis Sanctis exhiberi ſolitis, ſcientibus, & approbantibus, ac etiam ſuo exemplo allicientibus Loci Ordinariis, publicum, & antiquiſſimum cultum concludentiſſimè ſubminiſtrat, ut ſtatuit Textus *in cap. Quando Epiſcopus, & in can. ut patet diſtinct.*24., & firmant Bellarmin. *de Sanctor. Beatificat. cap.*10., Panuin. *in Relatione S. Bonaventuræ part. prima art.*9., & ſæpè Auditores Rotæ in *Relationibus Cauſarum Sanctorum Caroli Borromæi, Ignatii Loyolæ, Franciſci Xaverii, Andreæ Corſini, & Avellini, Cajetani Thienæi, Felicis à Cantalicio, & Aloyſii Gonzagæ tit. de concurſu ad Sepulchrum* ...

56 Nec

56 Nec relevat, quod poſt edita ſæpiùs laudata Urbani VIII. Decreta conſimilis concurſus publicum cultum non inducit, ſed dumtaxat privatum, cùm etiam permittatur Servis Dei non Beatificatis, neque Canonizatis; nam ſecus aſſerendum eſt relatè ad tempus ante editionem eorundem Decretorum, quo tempore cùm cultus publicus non eſſet ab Apoſtolica Sede prohibitus, concurſus Fidelium ad Sepulchrum alicujus Servi Dei ob eximiam Sanctitatis opinionem, quam de eo fovebant, & inſignia miracula, quæ impetrabant, cenſendus eſt non tamquam privatum, ſed tamquam publicum cultum utpote non prohibitum inducens, & præſeferens; actus enim omnes cenſentur de jure facti ad eum utiliorem finem, quem Agens poteſt intendere, quoties vel actus, vel finis à Jure vetitus, & prohibitus nondum exiſtit, ut probat Textus *in Leg. Non omnis ff. ſi cert. petat, Leg. Quoties ff. de reb. dub.*.

57 Et revera ex magno Populi concurſu ad Corpus Sancti Joannis Nepomuceni, erga quem viventem idem Populus inſignem fovebat Sanctitatis opinionem, initium, & principium cultus deſumptum fuit, ut probant Continuatores Operis Bollandiani in Vita ejuſdem Sancti, ibi = *At inferius in Sanctæ Crucis Eccleſia innumera hominum vis ad Sanctum Corpus videndum affluxit, primuſque ille cultus Beati Martyris à Populo fuit* =. Similiter ex eodem Populi concurſu ad Corpus Sancti Malachiæ Epiſcopi initium cultus erga ipſum deſumpſit Sanctus Bernardus in ejus Vita. Ac demum ex conſimili Populi concurſu ad Corpus Sancti Hermenegildi Martyris ſigna devotionis erga illud exhibentis cultum deprompſit Sanctus Gregorius *in Dialog. lib. 3. cap. 31.*, ibi = *unde factum eſt, quatenus Corpus illius, ut videlicet Martyris jure à cunctis Fidelibus venerari debuiſſet* =, prout legitur etiam *in lect. 6. Divini Officii ejuſdem Sancti Hermenegildi ad diem 13. Aprilis*.

58 TERTIA PUBLICI CULTUS SPECIES reſidet in ſolemni Sacri Corporis ex humili in ſublimiorem, & honorificentiorem locum elevatione. Anno ſiquidem 1572. tempore generalium Regni Poloniæ Comitiorum, quæ Varſaviæ celebrabantur, auctoritate, & juſſu Franciſci Commendoni Cardinalis Legati à Latere S. Pii V., & Vincentii Portici Apoſtolicæ Sedis Nuntii apud Sigiſmundum Auguſtum Poloniæ Regem, Stanislaus Karnkovvski tunc temporis Epiſcopus Uladislavienſis, & Pomeraniæ, poſteà Archiepiſcopus Gneſnenſis, Dominicâ in Albis poſt peractum ſolemniter Sacrum, præſentibus præfato Sereniſſimo Rege, multiſque utriuſque Ordinis Principibus, & Regni Proceribus, ac diverſi Status hominibus tam Polonis, quàm Exteris, qui tunc Varſaviam convenerant ad Regni Comitia; Sacrum Beati Ladislai Corpus ex humili, in quo priùs delituit loco, ſolemni pompâ ſublevavit, & in altum decentiorem locum transferendo, in pariete ante majus Altare ad cornu Epiſtolæ collocavit, ubi etiam num ſummâ colitur religione.

59 De hac Elevatione cum ſuis omnibus circumſtantiis evidentiſſimè conſtat ex Inſtrumento, ſeu monumento publico confecto atque edito anno 1597., adhuc in vivis agente præfato Epiſcopo, qui Sacra Lipſana ſublevavit, & tunc temporis Eccleſiam Gneſnenſem

admi-

adminiſtrante : quod quidem monumentum publicè aſſervatur in Archivo Conventus Stradomienſis ad Cracoviam ſiti, & noviſſimè anno 1748. coram Reverendiſſimo Vicario Generali Cracovienſi exhibitum eſt, ab eodem formiter reviſum, nullâ in parte vitiatum, aut ſuſpectum deprehenſum ac recognitum eſt, ut videre eſt in *citato Summario num.* 25. *pag.* 116. *& ſeqq.* §. 4. 5. 6., Concordant etiam plures graviſſimi poſteriores Hiſtorici; Bzovius nimirum in Annalibus Eccleſiaſticis, Vvadingus in Annalibus Minorum; Aroldus in Epitome Annalium Ordinis Minorum, quorum particulæ exſcriptæ ſunt *in eodem Summario num.* 24. *pag.* 100. §.36., *pag.* 101. §.42., *& pag.* 109. §.59. . Quibus etiam accedunt Teſtes judicialiter examinati in Proceſſu Apoſtolico, qui ex conſtanti Majorum traditione, & publica Fama deponunt, *dicto Summario num.* 9. *pag.* 33. *& ſeqq.* §§.1. 2. 4. 5. 9., in quibus quinque Teſtium depoſitiones regiſtrantur; cæteri verò indicantur tantùm *ibidem pag.* 30. Porrò ex hac elevatione publicum cultum deſumi, in confeſſo eſt apud omnes, & latè tradunt Caſtell. *de certit. glor. Sanct. tit. de dili. antiq. ſerv.* §.1. *num.*41., Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.*22. *num.*2. *in princip.*, Pignatellus *conſultat.*244. *tom.*1., Matta *de Canonizat. Sanctor. part.*1. *cap.*3. *num.* 11., ac ſolidè pro more ſuo firmat laudatus Sanctiſſimus Pater *cit. lib.*2. *cap.*20. *num.*9., & præſertim *cap.*23. *num.*9., ubi inter actus publici cultus, in quorum ſequelam ſperari poteſt approbatio caſus excepti ex cultu immemorabili, recenſet corporis elevationem factam auctoritate Epiſcopali.

60 Quamvis verò memoratam Sacri Corporis elevationem factam eſſe conſtet anno 1572., ac proindè non excedat metam centum annorum ante Conſtitutionem Urbani VIII.; aſſerendum tamen firmiter eſt, quod exinde probatus etiam remaneat centenarius requiſitus annorum numerus; tum quia cauſa, & ratio, ob quam *Legati* Sedis Apoſtolicæ Cardinalis Commendonus, & Vincentius Portici Sacri corporis elevationem ex humili in decentiorem locum faciendam eſſe decreverunt, & ob quam de facto præfatus Epiſcopus Uladiſlavienſis illud ſublevavit, ea potiſſima fuit, quod ſcilicet univerſus Populus publico cultu Beatum Ladiſlaum proſequebatur, ſingularique devotione ad ipſius Sepulchrum confluebat, ut enunciatur in ſupradicto Inſtrumento, & refertur à memoratis Hiſtoricis, *Summario num.*24. *pag.*100. §.36., ibi = *Clariſſimus Franciſcus Commendonus Cardinalis Legatus, & Vincentius Porticus Apoſtolicæ Sedis Nuntius &c., VISA EX IIS ERGA LADISLAUM POPULI DEVOTIONE, anno Domini* 1572. *&c. cadaver illius exhumare, & marmoreo ſup r Terram Sepulchro, imagine illius inſigni ſeponi juſſerunt* =. *Et pag.*101. §.42., ibi = *Auctoritate Cardinalis Commendoni &c. Staniſlaus Karnkovius tunc Epiſcopus Uladiſlavienſis &c. DEVOTIONE CONFLUENTIS POPULI, ET MIRACULORUM MULTITUDINE COMMOTUS, Oſſa Sancti Viri è terra ſublevavit &c.*, *Et numer.* 25. *pag.*117. §.6., ibi = *Anno Domini* 1572. *&c. Staniſlaus Karnkovvski &c. tum Divinæ Majeſtatis inſpiratione, tum POPULARI AD SEPULCHRUM BEATI PATRIS LADISLAI DEVOTIONE SÆPENUMERO CONFLATI, ET MIRACULORUM CORUSCATIONE MOTUS, accedente ad id ſpeciali conſenſu &c.*

quo-

duorum Legatorum &c., *Reliquias*, *ſive Oſſa ſupramemorati Beati Patris Ladiſlai levavit*, *& in alium locum aptiorem*, *ſeu decentiorem &c. tranſtulit* =; Tum etiam quia cùm dicta Elevatio non privatâ, ſed publicâ auctoritate duorum Sanctæ Sedis Legatorum, & Loci Ordinarii ſolemni pompâ peracta fuerit, non publicum dumtaxat cultum, & venerationem, ſed formalem Beatificationem, & Canonizationem de ſe juxta diſciplinam, & praxim illorum temporum importat. Antiquitus enim Beatificationes, & Canonizationes non alio modo fiebant ab Epiſcopis, quàm per Elevationem Corporis Beatificandi, ſive Canonizandi, de loco humili, & ignobili ſubtus humum, ad ſublimiorem, & digniorem ſupra terram, prout ex recepta Scriptorum ſententia tradit Caſtellin *de certitud. Glor. Sanctor. cap. 2. punct. 39. num. 45.*, ibi = *Hunc antiquum ritum ſepeliendi Corpora Famulorum Dei apertè demonſtrant illa, quæ tradunt communitèr Scriptores Eccleſiaſtici in Vitis Sanctorum &c.*, *referentes Epiſcoporum antiquas Beatificationes, ſive Canonizationes, ut plurimum factas per Elevationem Corporum canonizandorum de loco humili ad ſublimiorem, ſive digniorem* =; & confirmant Continuatores Operis Bollandiani *tom. 2. menſis Julii ad diem 6. in comment. præv. de S. Godoleva §.6. num. 57.*, ibi = *Plena ſunt acta innumeris Sanctis benè, & legitimè cultis, de quorum canonizatione, prout ea hodie accipi ſolet, nunquam cogitatus fuit. Priorum iſtorum ſeculorum ea erat canonizationum ratio, ut elevato à terra per legitimam auctoritatem Sancto Corpore, auguſtiori loco reponi, & à Fidelibus honorari permitteretur* =. Si ergo ſolemnis hæc corporis Beati Ladislai Eleuatio de ſe formalem Beatificationem, ſiue Canonizationem importat, prout oſtenſum eſt, de præcedenti publico cultu dubitari non poteſt; agebatur ſiquidem de ſolemniſſimo, ac ſummo Religionis actu, qualis erat Beatificatio ſiue Canonizatio, quæ proinde antecedentem publicum Populi cultum ſupponere debebat; Et reuerà huiuſmodi cultus in noſtro caſu præceſſit, cum, vt modò vidimus, iſte cauſam dederit præfatæ Eleuationi. Cum itaque hæc eleuatio ſuppoſuerit, & ſubſecuta fuerit publicum cultum, negari non poteſt quin ex illa probatus etiam remaneat centenarius annorum numerus.

61 QVARTA CVLTVS PVBLICI SPECIES eruitur ex Altaribus noſtro Beato dicatis tàm in Eccleſia Parochiali Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli Oppidi Gielniovv, quàm in Eccleſia Sanctæ Annæ Ciuitatis Varſauienſis, in qua prætereà in honorem eiuſdem Serui Dei erecta eſt Cappella cum Imagine Beati Viri, & hac Inſcriptione = *Beato Ladislao Patrono tuo* =, & pendet in medio dictæ Cappellæ lampas argentea continuò ardens, vt deponunt Teſtes *Summario num. 9. pag. 34.*, *& ſeq. §. 3. 6. 7.*, *& 8.*, & euidenter patet ex binis iudicialibus viſitationibus, quarum occaſione Periti arcularij formiter examinati iudicarunt Altare exiſtens in dicto Oppido Gielniovv conſtructum eſſe ab annis centum octoginta, vel ſaltem ab annis centum ſexaginta, aliud verò exiſtens in Eccleſia Sanctæ Annæ Varſauienſis ab annis ſexaginta ſex circiter; Præfatam demum Cappellam ab annis centum viginti extructam eſſe *d. Summario num. 23. litt. A. pag. 71.*, *& ſeqq. §. 8. 9. 10. 15. 16. 17.*, *& litt. B. pag. 76.*, *& ſeqq. §. 1. 3. 4. 8. 9. 31.*

9. 31. 32. 33. 36. 37. ; De alio quoque Altari Beati exiſtenti in Oppido SKepæ mentionem faciunt Teſtes *ibidem cit. num. 9. pag. 34. §. 3.*, *& 6.* Huiuſmodi autem Altarium, & Cappellæ erectiones concludens publici cultus argumentum præſtant iuxta ea quæ notant Baron. *In præfat. ad Martyrolog. cap. 4. poſt med.*, Zipæus *conſultat. canonic. 2. de Relig.*, *& venerat. Sanctor. lib. 3. num. 18.*, Contelor. *in cit. tract. cap. 22. num. 14. verſ. Poſſunt.*, *& num. 20.*, Bellarmin. *in relato opere lib. 1. cap. 10.*, Caſtropal. *oper. moral. tract. 10. cap. 4.*, Caſtellin. *de dilat. Canonizat. pag. 131.*, Gauant. *In Rubric. Breuiarii ſect. 3. cap. 12.*; & ratio eſt, quia Altarium erectio alteram conſtituit ex magis conſpicuis prærogatiuis, ab Apoſtolica Sede indultis Seruis Dei inter Sanctos, vel Beatos iam relatis, vt ponderant idem Baron. *dicto cap. 4. poſt med.*, Altaſſer. in *Decretal. lib. 3. tit. 45. cap. 2.*, Zipæus in *cit. tract. lib. 3. num. 18.*, Molfeſ. *conſ. 46. num. 9.*, & Contelor. *cit. num. 14.*

62 QVINTAM CVLTVS SPECIEM ſubminiſtrant votiuæ Tabellæ argenteæ, atque aureæ, Cerei, aliaque Anathemata, & donaria, quæ Fideles ſtatim ab obitu Beati vſque ad hodiernum diem, ſcientibus, & approbantibus loci ordinariis deferre, & appendere conſueuerunt, tam in veteri priori Sepulchro, quàm in poſteriori, ac etiam in Cappella, & Altaribus eiuſdem, in perpetuum monumentum, & gratiarum actionem de beneficiis à Deo ipſis per interceſſionem Beati collatis. Hæc porrò Anathemata, & Tabellas luculentum publici, & Eccleſiaſtici cultus ac venerationis argumentum eſſe tradit Theodoretus in *lib. de curat. Græcar. aff. ham. 8.*, & firmant Hoſtienſis in *cap. Audiuimus col. 3. verſic. Illud tamen*, ibique Abbas *num. 3.*, Card. Zabarell. *de Reliq. & venerat. Sanctor. num. 7.*, Paſqualig. *ad Lauret. de Franc. controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quæſt. 13. num. 1231.*, Pignatell. *conſult. 208. per tot. tom. 1.*, & Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap. 22. num. 2. & 6.*. Et conſtito de illorum antiquitate per centum annos ante Decreta Vrbani VIII., concludens ex inde argumentum conficitur ad probandum caſum exceptum ab iiſdem Decretis, vt in præciſis terminis docet Matta *de Canonizat. Sanctor. part. 4. cap. 23. num. 13.*, & latiùs expendit laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter *in cit. lib. 2. cap. 23. num. 9*, *& 12.*

63 Probatio eiuſmodi oblationis, retentionis, & appenſionis votiuarum Tabellarum, Cereorum, aliorumque anathematum ſtatim ab obitu Beati deſumitur ex Teſtibus Proceſſus Apoſtolici, *Summario num. 10. per tot.*, & ex binis Iudicialibus Viſitationibus per extenſum datis *in eodem Summario num. 23. litt. A. pag. 72.*, *& ſeqq. §. 12. 26. 27. 28. 29. 30.*, *& litt. B. pag. 81.*, *& ſeqq. §. 7.*, vbi proſtat iudicialis deſcriptio Tabellarum, & votorum in Altaribus, & reſpectiuè Cappella Beati appenſorum.

64 Eiuſmodi quoque Tabellarum, & votorum oblatio, & retentio ſtatim ab obitu eiuſdem Serui Dei in veteri Sepulchro probatur per hiſtorica ſupramemorata monumenta, conſcripta, vt latè ſuperiùs oſtendimus, per centum, & vltra annos ante Conſtitutionem Vrbani VIII.. Hæc enim habent Andreas Critius, *Summ. num. 24. pag. 91. §. 3.*, ibi = *Puella in flumen delapſa, & vix poſt quatuor*

 horas

horas exanimis inuenta, VOTO AD TVMVLVM HVNC (Beati Ladislai) ALLATO, *vitam recepit* = ;& Ioannes Komorrouius *dicto num. 24. pag. 92.* §. 8., ibi = *Soror præfata Margbareta Palatinides maximis, & importunis afficiebatur tentationibus*, VOTO CVM QVINQVE CANDELIS *viſitare eius Sepulchrum deuotè* FACTO, ET EXPLETO, *liberata eſt ab eis*, *& pag. 93.* §. 10., ibi = *Si hic Puer reuixerit meritis Beati Patris, Sepulchrum eius vnà* CVM OFFERTORIO *viſitare promittimus : illicò cor Pueri trepidare cœpit &c.*, & *eadem pag.* §. 13., ibi = *Eodem anno 1514. &c. Dominus Ioannes Pſarski &c. recognauit, quia Sabato Magno Stanislaus Filius ſuus &c. interfectus eſt, quem cum fletu Beato Patri Ladislao voueus, Sepulchrum eius viſitare &c. illicò Puer &c. ſanus reuixit, & tandem ſatisfaciens voto ſuo, venit cum Vxore, ac filio* CERAM *pro inſigniis baiulantes* = Concordant Compendium vitæ Beati exaratum à ſupralaudato Anonymo quodam Religioſo Sene, & Chronica antiqua Prouinciæ Poloniæ, in quibus recenſentur hæc eadem, quæ refert Pater Komorrouius, vt indicatum eſt in *dicto Summ. cit. num. 24. pag. 99.* §. 31., & *pag. 116. ſub* §. 3.

65 Quamuis autem quamplurima vota, & Tabellæ ſtatim ab obitu Beati, & per ſubſequentia tempora oblata, & retenta fuerint in Sepulchro eiuſdem, vt modò demonſtrauimus; infelici tamen noſtro fato nullum ex ipſis antiquiſſimis ſupereſt præter recentiora, inter quæ antiquius votum confectum eſt ab annis 109., vt recognouerunt Periti *Summario num. 23. litt. A. pag. 75., & ſeq.* §. 27., & 29.. Ne id autem Poſtulatorum vitio vertant Eminentiſſimi Patres, precamur dignentur aduertere ad varias ſubinde ingruentes cauſas, ex quibus illa prorſus deperierunt.

66 In primis ſiquidem prædictæ Tabellæ, & vota vnà ſimul cum vaſis, ac ſuppellectili argentea Eccleſiæ Conuentus Varſauienſis, præuià Sedis Apoſtolicæ facultate erogatæ fuerunt anno 1656. pro publicis Regni Poloniæ neceſſitatibus, vt conſtat ex publica Atteſtatione Ordinarij tunc temporis Poſnanienſis, compulſata per Patrem Ioannem Kamienski in libro, cui titulus = *Regia Alma Prouincia maioris Poloniæ* = edito anno 1720., *Summario num. 24. pag. 111.* §. 65., ibi = *Albertus Tholibouuski &c. Epiſcopus Poſnanienſis, ſignificamus &c. quia nos vigore Breuis à Sancta Sede Apoſtolica &c. VASA, ET SVPPELLECTILEM in argento exiſtentem Eccleſiæ Conuentualis Varſauienſis &c. propriam &c. in valore centum marcarum ad manus noſtras pro neceſſitatibus Regni Poloniæ impenſas recepimus, & &c. atteſtationis noſtræ Literas deſuper damus manu noſtra ſubſcriptas &c. Datum in Conuentu Lezaycenſi &c. die 20. menſis Auguſti anno Domini 1656.*

67 Secundò deperierunt per conflagrationem, & combuſtionem Conuentus, & Eccleſiæ Varſauienſis, in qua requieſcit Corpus Beati Ladislai, hoſtiliter factam ſub tempus inuaſionis RaKocij Sueci, & Coſaccorum, anno nimirum 1657.. De hac exuſtione conſtat ex variis Literis datis dicto anno ad Sereniſſimos Regem, & Reginam Poloniæ, & ad Palatinum Poſnanienſem, relatis in quodam manuſcripto aſſeruato in Archiuo Prouinciæ Poloniæ, cui titulus = *Hierarchia concentrica* = conſcripto per Secretarios Iuratos eiuſ-

dem

dem Prouinciæ, & incœpto vſque ab anno 1655., prout adnotatur in eodem libro, & recognouerunt Periti iudicialiter examinati, *Summaria num.24. pag. 102., & ſeqq. à §.46. ad 50., & à §.53. ad 56.* Hæc autem inter alia habentur in dictis Litteris, *cit. n.24. pag.105. §.50. 51. 53., & 54.*, ibi = *Tempore nuper præterito, quo iam Ciuitas Varſauienſis ab obſidione hoſtium Hungarorum, & Valachorum, Moddauorum, & Coſacchorum ſoluta &c. in deditionem ſui hoſti inclinauerat &c., paxque, & induciæ ab vtrimque ſolemnes celebrabantur, nihilque hoſtile ex vtraque parte attentari ex mutuo fas erat, eo illo tempore, nempe Sabato poſt Feſtum Sancti Antonij, neſcitur quo prætextu &c. certæ Perſonæ &c. immiſſæ, & deſtinatæ ſuperuenientes &c. ex mutua præhabita conſpiratione &c. malitia duce &c. furioſi irruentes turmatim ad Ædificia, & Templum Dei cum facibus incenſis, & ardentibus inſtrumentis, Altaria, Scamna, Cathedras in Eccleſia incendebant, atque vt maiorem flammam excitarent, Imagines parietibus affixas manu impia abripiendo, foco imponebant, ac flammam ac ardorem augebant, itaut præ flagranti incendio omnia Altaria, Ornamenta, Epitaphia Virorum illuſtrium, Chori, Organa &c. flamma concepta eamdem quoque tegumento, & trabibus &c. porrexerint, quo factum eſt, vt concidentibus in fornicem Templi trabibus fornix ipſa concideret &c., debacchati ſunt, quouſque hæc omnia cum Vaſis Sacris, Pixidibus Mappis, Antependiis, Veſtimentis Sacerdotalibus, Ornatis Cappis albis, Humeralibus, ſuperpelliceis, & alia tota ſupellectili Eccleſiaſtica tunc in Eccleſia contenta non adurerentur &c. alii demum ſub hoc idem tempus Clauſtro exurendo, & ruinando malitioſè, & barbarè intenderunt &c. Imagines Sanctorum per Curritoria, & Cellas exiſtentes ligna, lectiſternia, ſtramina in rogos partim proiecta ſuccendebant, itaut muri, & fornices ardore ignis quaſſatæ, & dirutæ ſolo adæquarentur, in quo Clauſtro Bibliotheca &c. cuius valor triginta millia florenorum Polonorum excedebat, exuſta eſt &c. aliaque omnia quæcumque, tàm in Clauſtro, quàm Templo continebantur (quis enim hæc enumerare poſſet?) peſſundata, annihilata, & concremata ſunt* =

68 Tertiò reliquæ votiuæ Tabellæ argenteæ ad Sepulchrum Beati appenſæ, quæ à memorata exuſtione fuerunt immunes, venditæ poſtea, & erogatæ fuerunt anno 1663. pro fabricanda, & reſtauranda prædicta Eccleſia Varſauienſi, vt refert laudatus Pater Ioannes KamiensKi in ſupracitato libro ex antiquis manuſcriptis compilato *Summario dicto num.24. pag.111. §.66.*, ibi = *Primum locum tenet Illuſtriſſimus Dominus Ioannes Uvielopski &c. cui iure merito reſtaurata Eccleſiæ noſtræ Patronatus &c. tribuitur. Hic namque facta cum Superiore loci pro tunc Venerando Patre Sigiſmundo Ianovvski compoſitione de aſſenſu Patrum Diſcretorum acceperat ad manus ſuas de Conuentu argenti fracti ſex libras, ſeu Marcas centumtriginta octo, auri verò fracti in fruſtis centum ſexaginta octo aureos nummos valentis, idque* EX TABVLIS VOTIVIS AD SEPVLCRVM BEATI LADISLAI, *& ad alia Altaria de Fidelium deuotione quondam oblatis, & ante conflagrationem Eccleſiæ appenſis, ſed facta ruina conſeruatis, & pro reparatione*

pro hoc auro, & argento ſecundum taxam illorum temporum obligauerat idem Illuſtriſſimus Dominus Uvielopski exſoluere pro fabrica, & reſtauratione Eccleſiæ noſtræ Varſauienſis quinque millia florenos ac decem currentis monetæ Polonicæ, prout de facto exſoluit, & quidem de ſua Gratia plus impendit =.

69 Quartò quamplurimæ Tabellæ, ac vota non ſolùm recentioribus, verùm etiam antiquioribus temporibus deperierunt propter iteratam hoſtium incurſionem in Poloniæ Regnum à quibus illa ablata ſunt, vt ex maiorum traditione affirmat Teſtis II. *Summ. num.* 10. *pag.* 36. §. 3., ibi = *Ab Anteceſſoribus Patribus mei Ordinis audiui, quod adhuc in maiori copia, & multitudine ſolebant appendi dicta vota, & Tabellæ, quæ poſtea aliquoties calamitoſo tempore, & hoſtilitate, ac ſpoliis ablatæ ſunt* =.

70 Demum alia vota, & Tabellæ longè antiquiores (quod vnum ſupererat tot miſerrimis noſtris iacturis) non multis ab hinc annis adhibita fuerunt per quemdam Aurificem Peritum pro conficiendo habitu Beati Ladiſlai, vt fidem perhibet ipſemet, *Summ. num.* 23. *pag.* 87. §. 29., ibi = *Ego ipſomet perfeci medietatem habitus argentei Beato Ladiſlao, quæ fuerat furto ablata, & quidem ex Votis eidem Beato Ladiſlao oblatis ab hominibus deuotis ad ipſum, partim votis antiquis, partim recentioribus, partim etiam ex alio argento donato ab hominibus, & hoc conſideraui benè, quod* EA VOTA, *ex quibus perficiebam medietatem habitus*, LONGE ERANT ANTIQVIORA *ab his quæ nunc reperiuntur* =.

71 Iſtiuſmodi ſanè cauſæ quemadmodum omnem Poſtulatorum culpam, vel negligentiam excludunt in antiquiſſimarum Tabellarum, ac Votorum jactura, ita ſuadent, quod licèt iſtæ adhuc non extent, de iiſdem tamen habenda quoque ratio eſt in præinſerti dubii diſcuſſione; cùm enim conſtet per legitima modò allata documenta, fuiſſe illa, abſque ullà tamen Poſtulatorum culpa, deperdita, dubitari non poteſt de earundem antecedenti exiſtentia, & quidem ſtatim ab obitu, cùm immediatè poſt mortem Beati in monumentum gratiarum actionis oblata, & appenſa fuerint ad eiuſdem vetus Sepulchrum Vota, Tabellæ, & Cerei, prout deponunt præfati Teſtes *cit. num.* 10., & luculentum etiam perhibent teſtimonium graviſſimi ſupralaudati Hiſtorici coætanei Servi Dei, Andreas nempe Kritius, Ioannes Komorroviuus; Anonymus quidam Religioſus ſenex, & antiqua Chronica majoris Poloniæ.

72 SEXTA CULTUS SPECIES promanat ex retentione Lampadum accenſarum ante Tumulum, & Aram Beati, quæ perpetuò tota die ardent, ac etiam ex aliorum luminum accenſione, quæ ante Reliquias, & Aram eiuſdem fieri aſſolet, præſertim, & in majori quantitate, die eius anniverſaria, & aliis feſtivis diebus. Uſus hic retinendi Lampades accenſas, aliaque lumina incendendi ante Reliquias Beati, & Aram ei dicatam vetuſtiſſimus eſt; incœpit enim non à tempore Elevationis Sacri Corporis, ſed ſtatim poſt obitum; cùm adhuc eſſet in veteri Sepulchro, ut de his omnibus indubiam fidem faciunt Teſtes ſexagenarii, ſeptuagenarii, & octogenarii in Proceſſu Apoſtolico examinati cum requiſitis Gloſſæ *in Cap. Epiſcopum verb. memoria de Præſcriptionib. in* 6., affirmant nimirùm, toto tempore vitæ ſuæ vidiſſe accenſa præfata lumina,

à ſuis

à ſuis majoribus audiviſſe, & iſtos ab alijs ſuis majoribus, necnon legiſſe in Hiſtoriis, ita ſemper obſervatum fuiſſe ſtatim ab obitu Servi Dei, nec unquam quidquam in contrarium factum, dictum, ſeu auditum, ac inſuper adfuiſſe ſcientiam, conſenſum, & approbationem pro tempore loci Ordinariorum. *Summario num.* 11. *per tot.*, ubi præ cæteris hæc habet Teſtis VIII. annorum 80. *pag.*40. *& ſeq.* §. 10. *ad* 18., ibi = *Ante meam reſidentiam hic Varſaviæ audivi ab hominibus fide dignis, ſenioribus me, quod ſtatim poſt obitum eiuſdem Servi Dei Ladislai de Gielniovv immediatè accendebantur lampades, uti mihi referebant homines, & Auctores, teſtantur. Tempore autem reſidentiæ meæ hic, numero decem, quindecim, viginti, hæc Lampades erant impletæ ſevo &c., quas & ego ipſe nunc per ſexaginta annos obſervabam, & obſervo, cum hoc additamento, quod in die anniverſaria obitus eiuſdem Sancti longè plures lampades, & candelæ apponuntur &c. ſicuti à principio immediatè poſt mortem Beati Ladislai de Gielniovv cæperunt, uti ſcio ex relatione hominum ſeniorum me, & lectione librorum, ita & nunc meis oculis video; quod in dies fermè ardent, præcipuè diebus feſtivis, contrarii autem huic aliquid nihil unquam audivi, aut legi &c.* = Accenſio huiuſmodi luminum ſtatim poſt obitum ante ſepulchrum Beati confirmatur etiam ex Hiſtoricis monumentis Ioannis Komorrovij, Anonymi cuiuſdam Religioſi ſenis, & ex antiquis Chronicis Provinciæ Poloniæ, in quibus habetur, quod immediatè poſt obitum Servi Dei quædam Monialis tertiæ Regulæ Sancti Franciſci obtulit quinque candelas ad illius ſepulchrum, ante quod fuiſſe illas accenſas putandum eſt, aliter inutilis videretur fuiſſe oblatio Beato facta. Teſtimonium præfati Komorrovii exſcripſimus ſupra in examine quintæ cultus ſpeciei, ubi etiam indicavimus concordare cum ipſo præfatum Anonymum, & antiqua Chronica. Similem oblationem refert etiam Teſtis V. *d. num.* 11. *cit. pag.* 40. §. 7., ibi = *Legi in Hiſtoricis, quod ſtatim ab obitu Beati Ladislai de Gielniovv quædam Monialis de Ordine Sancti Franciſci Regulæ Sanctæ Claræ Conventus Varſavienſis obtulerat quinque cereos ad Sepulchrum eius, tribus, ni fallor, diebus poſt mortem* = Ex retentione porrò Lampadum accenſarum, aliorumque luminum, incenſione ante Tumulum, & ſacros Cineres Servorum Dei ſive ad Altaria in eorum honorem erecta publici atque Eccleſiaſtici cultus, ac externæ venerationis eiſdem à Populis attributæ certiſſimum eſſe teſtimonium docent Hoſtien. in *cap. audivimus col.* 3. *verſ. Illud tamen*, ibique Abbas *num.* 3. Card. Zabarell. *num.*7. *de Reliq.*, *& venerat. Sanctor.* Paſqualig. *dicta quæſt.* 13. *num.* 1231., Molan. *de Sacr. Imaginib. lib.*2. *cap.* 14., Contelor., *in præcitato tract. cap.* 12. *num.* 2., & pleniſſimè, ac ſolidè pro more ſuo firmat Sanctiſſimus Dominus Noſter in *cit. lib.* 2. *cap.* 23. *ſub num.* 9.

73 SEPTIMA CULTUS SPECIES deſumitur ex compluribus Beati Viri Imaginibus pictis, & ſculptis cum radiis, ſplendoribus, Diadematibus, aliiſque publicum cultum denotantibus ſignis, ac etiam cum titulo *Beati*, *& Sancti*; iſtæque ita depictæ Imagines tum publicæ venerationi expoſitæ proſtant in Altaribus, Eccleſiis, Clauſtris Religioſis, aliiſque locis Sacris, tum privatim à Fideli-

bus

bus retinentur in ſuis domibus ob devotionem erga eumdem Beatum. Ita referunt,& affirmant Teſtes dati in *Summario toto num. 12.* & conſtat ex judiciali illarum deſcriptione, & recognitione, cæteriſque documentis ad earundem exiſtentiam comprobandam deductis *dicto Summario num. 23. litt. A. pag. 71. & ſeqq.* §. 10. 13. 14. 19. 20. 21. 23. 24. 25., *litt. B. pag. 78.*, *& ſeqq.* §. 4. *c.* 14. *ad* 28., *& num. 24. pag. 100. & ſeqq.* §. 34. 42. 59.

74 Ex quamplurimis verò Beati Imaginibus adhuc exiſtentibus, quatuor ſeligimus, quas hìc breviter indicamus. Prima itaque vetuſtior Imago, quæ nobis ſupereſt, extat in Altari in honorem Beati erecto in Eccleſia Sanctæ Crucis Oppidi Gielnovij. Depicta eſt in Tabula lignea antiquiſſima, exprimens Beatum in habitu Religioſorum Ordinis Minorum de obſervantia genuflexum ante quoddam in eadem Imagine depictum Altariolum, in quo conſpicitur flagellatio Chriſti Domini. Circa caput verò Beati ſunt radii ex argento confecti, & circum circa eandem Imaginem flores ſunt ſculpti deaurati. Huiuſce Imaginis antiquitatem recognoſcentes Periti Pictores formiter depoſuerunt illam eſſe depictam ab annis 180. circiter, ut videre eſt in *cit. num. 23. litt. A. pag. 74.*, *& ſeq.* §. 19. *&* 23.

75 Altera Imago in eadem Eccleſia Gielnovienſi viſitur in carbaſo depicta, parieti affixa eſt à Cornu Evangelii majoris Altaris. Repræſentatur in hac Beatus ſimiliter ante Altariolum Chriſti Domini Flagellati genuflexus, & orans, radiis circa caput redimitus, ſub quo eſt hæc inſcriptio = *Beatus Ladislaus de Gielniovo Ordinis Minorum de Obſervantia Sancti Franciſci repoſitus Varſaviæ* = huiuſce Imaginis antiquitatem judicialiter requiſiti Periti, depictam eſſe affirmarunt ab annis 150., vel 160. circiter, *d. pag. 74. & ſeq.* §. 20. *&* 24.

76 Tertia Imago in papyro expreſſa viſitur in Conventu Fratrum Minorum Ordinis Sancti Franciſci de Obſervantia Civitatis Varſaviæ præ vetuſtate lacera. In huius ſuperiori parte repræſentatur Beatus Ladislaus cum circulo, ſeu Laureola circa caput, in nubibus genuflectens, & Chriſtum in Iride ſedentem placans, ac ante ſe dictam Civitatem, & ſub ſe Draconem habens: in inferiori verò parte exprimitur idem Beatus cum radiis circa caput, una manu diſciplinam, altera verò columnam cum Chriſto Domino eidem alligato tenens, ac in aerem inter concionandum elevatus. Hæc Imago præ vetuſtate lacera judicatur à Peritis judicialiter examinatis fuiſſe depicta ab annis 130., vel 150. circiter, eod. *num. 23. litt. B. pag. 85. & ſeq.* §. 21. *&* 28.

77 Quarta Imago cernitur in Refectorio eiuſdem Conventus Varſavienſis repræſentans Beatum cum radiis circa caput ſimiliter ſupra ambonam in extaſim raptum, hinc diſciplinam, illinc columnam cum Chriſto ad eam ligato tenentem. Hanc autem depictam eſſe judicarunt Periti ab annis 130., vel 140. *d. litt. B. pag. 85. & ſeq.* §. 16. *&* 24.

78 Antiquiores hiſce modo relatis Imagines non adducimus, cum ex variis cauſis ſupra expoſitis deperditæ fuerint, in quibus proinde locum habent ea rationum momenta, quæ in examine quintæ cultus ſpeciei attulimus. Ex hiſce porrò Imaginibus ita depictis, & in

in Altari, Eccleſiis, aliiſque locis ſacris retentis publicus cultus manifeſtiſſimè oſtenditur: uſus enim Imaginum ex antiquo Eccleſiæ inſtituto ſignum venerationis, & cultus erga Dei Amicos præſefert, ut demonſtrant Ioannes Molan. *de Hiſtor. Sacrar. Imagin. lib. 2. cap. 52. & lib. 4. cap. 26. prope fin.*, Card. Belarm. *de Imaginib. Sanctor. lib. 2. cap. 10. verſ. Reſpondeo*, Zypæus *conſult. canon. 2. num. 18. tit. de Reliq., & venerat. Sanctor. lib. 3.*, Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap. 22. num. 2.*, Scacch. *de Not. & ſign. Sanctit. ſect. 9. cap. 6. pag. 713.*, & Pignattell. *conſult. 227 num. 4., & ſeq. tom. primo*, ac proinde caſus exceptus à Decretis Urbani VIII. comprobatur, ut advertunt laudatus Scacch. d. *cap. 6. pag. 712.*, Paſqualig. *ad Lauret. de Franc. controv. inter Epiſcop. & Regular. tit. de Cultu erga non Canonizatos, quæſt. 4. num. 1223.*, & ſolidiſſimè probat laudatus Sanctiſſimus Pater *citato lib. 2. cap. 23. num. 9.*

79 OCTAVAM CULTUS SPECIEM exhibet celebratio Miſſarum in honorem Beati; ſtatim enim ab elevatione Sacri ipſius Corporis quotidie uſque ad præſens vel ex voto, vel ex devotione Miſſæ celebrantur in honorem Servi Dei aliæ ſolemnes, aliæ verò privatæ ad Altare, ubi Sacrum Corpus requieſcit. Huiuſmodi Miſſas celebrarunt, & celebrant cuiuſcumque Ordinis Sacerdotes, ſive Seculares, ſive Regulares, ſive Canonici, ſive Prælati, Epiſcopi, aliique in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, & quod potiſſimum eſt, etiam Epiſcopi Poſnanienſes loci Ordinarii, ut probant Teſtes *Summ. num. 13. per tot.*. Porrò ex Miſſarum celebratione ſummam erui venerationem, & cultum exploratum, & compertum planè eſt, & tradunt Bellarmin. *de Sanctor. Beatitud. tom. 2. lib. primo cap. 7.*. Molpheſ. *conſ. 56. num. 9.*, Contelor. *in ſæpius cit. oper. cap. 22. num. 2. & 3.*, & fusè Pignattell. *conſult. Canonic tom. primo conſult. 242. num. 8.*, Scacch. *de Not., & ſign. Sanctitat. ſect. 2. cap. 8.*, Miſſæ ſiquidem celebratio eſt maximus omnium cultus, qui præſtari poſſit, ut advertunt Caſtropal. *Oper. Moral. tom. 5. tract. 4. diſp. 1. punct. 5. §. 5. num. 7.*, Quart. in *Rubric. Miſſal. part. prima tit. 4. de Miſſa votiva rubric. 6. verſ. ex qua doctrina*.

80 NONA PUBLICI CULTUS SPECIES conſiſtit in Oratione propria cum denominatione *Beati*, quæ à tempore immemorabili compoſita eſt, & recitata à cuiuſcumque conditionis hominibus, ſive Eccleſiaſticis, & Regularibus, ſivè Laicis, & Secularibus, & uſque nunc recitatur in honorem Beati ad Altare eiuſdem cum ſcientia Ordinariorum. Ita deponunt Teſtes. *Summario num. 17. per tot.*, inter quos hæc præcipuè habet Teſtis I. *ibidem num. 13. pag. 45. §. 1. in fin.*, ibi = *An autem ſit aliquod officium de iſto Beato neſcio, præter orationem de ipſomet Beato Ladiſlao, quæ eſt typis impreſſa, pendens in Tabellis ad idem Altare, & recitatur à Populo devoto, & ego met ipſe recitare ſoleo* = & §. 3. & 4. ibi = *Oratio autem recitatur cum titulo Beati &c. Oratio autem de iſto Beato Ladiſlao jam recitari ſolebat tempore Peſtis Varſaviæ graſſantis, & ſuppono, quod eadem Oratio ab antiqua tempore dici ſolebat, quia eam vidi in Tabella vetuſtate attrita* =, & Teſtis VIII. *num. 8. pag. 32. §. 18. & 39.*, ibi = *Devotio autem in hac conſiſtebat, exempli gratia; Epiſcopi, & alii Sacerdotes Sacrifi-*

crificia Miſſæ ad Altare in Cappella ejuſdem Beati Ladislai celebrabant, alii autem homines Seculares genuflectebant, orationem ad eumdem Beatum Ladislaum, quæ eſt impreſſa, recitabant &c. Initium autem hujus devotionis fuit a morte Beati Ladislai, ut mihi referebant homines ſeniores me, & ex libellis informatus ſum &c. = Tres ferè ſimiles orationes proſtant in *Summario*, quarum prima in tabula laminea deſcripta eſt à centum & ultrà annos, altera ab annis nonaginta, tertia verò anno *1676.* conſcriptæ in papyro agglutinatæ tabulæ ligneæ in Eccleſia Gielnovienſi exiſtenti, ut judicialiter recognoverunt Periti Scriptores *ibidem num.25. pag* 124. *& ſeq.* §. 18. *ad* 20. . Ex recitatione verò Orationis in honorem alicuius Servi Dei publicum cultum deduci probant Bellarmin. *de Sanct. Beatit. lib.* 1. *cap.7.*, Pignattell. *conſultat.* 46. *tom.* 4., Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 97. *num.* 18., Contelor. *de Canoniz. Sanctor. cap.* 22. *num.* 2., Caſtropal. *Oper. Moral. tract.* 8. *diſput. prima punct.* 3. *num.* 8.

81 DECIMAM CULTUS SPECIEM præſtat feſtiva ſolemnitas, quæ ab immemorabili tempore ſingulis annis *die* 4. *Maji* anniverſariâ obitus Beati Ladislai ad ejuſdem honorem agitur tum in Oppido Gielniovii, & Skepæ, tum in aliis Poloniæ locis, ac potiſſimè Varſaviæ in Eccleſia Sanctæ Annæ, ubi Sacrum Corpus requieſcit, maxima cum pompa, & cum iis omnibus venerationis, & Cultus ſpeciebus, quæ aliis Beatis, & Sanctis exhiberi ſolent. In pervigilio ſiquidem Feſtivitatis decantantur primæ Veſperæ in Organis, & aliis Muſicis Inſtrumentis, exponitur Sanctiſſimum Sacramentum, & poſteà fit proceſſio cum delatione ejuſdem Auguſtiſſimi Sacramenti. Ipſo verò feſto die præter quam plurima Miſſæ Sacrificia, quæ in honorem Beati à confluentibus Sacerdotibus Deo offeruntur, duæ Solemnes Miſſæ, prior quidem in Cappella ante Altare, & Imaginem Beati votiva de Sanctiſſima Trinitate, altera verò in Altari Majori, cum muſico concentu celebrantur. Inter hujuſce poſterioris Miſſæ ſolemnia panegyrica concio ad Populum in laudem præfati Servi Dei habetur. Proceſſio ſimiliter peragitur, prout in primis Veſperis, ante tamen celebrationem poſterioris ſolemnis Miſſæ. In ſecundis verò Veſperis eadem peraguntur, quæ in primis, niſi quod additur etiam alia ſimilis panegyrica Oratio in ejuſdem Beati encomium. Indulgentia quoque plenaria ſingulis annis concedi ſolet viſitantibus præfatam Eccleſiam Varſaviæ eo die, quo Feſtum noſtri Beati celebratur. Frequentiſſimæ cujuſcumque conditionis Perſonæ accurrunt, etiam Magnates, non ſolùm è propinquioribus, ſed etiam ex longinquis locis, quæ oblationes Beato offerunt, aliaque publicæ venerationis ſigna exhibent. Hæc autem omnia ab immemorabili tempore uſque ad hodiernum diem inviolabiliter obſervata ſunt ſine ulla unquam contradictione, ſcientibus, & permittentibus locorum Ordinariis, quinimmò approbantibus, & ſuo exemplo Populum allicientibus, cùm ipſimet identidem ſolemnem Miſſam celebrarent, ac Proceſſioni intereſſent, ut fusè deponunt Teſtes *Summario num.* 19. *per tot.*, & de Indulgentia conſtat etiam ex Brevi regiſtrato *ibid. n.*25. *pag.*125. *& ſeq.* §.23.. Quod autem ſolemnis hæc feſtiva celebritas, quæ peragitur ſingulis annis in die obitus anniverſaria Beati Ladislai

diſlai, publicè cum omni pompa; ac iis omnibus venerationis acti-bus, qui Sanctis conveniunt; ad publicum cultum referendi ſit, neminem latet, & probant Caſtell. *de certitud. Glor. Sanctor. cap. 2 punct. 55. num. 10.*, Scacch. *de Not. & ſign. Sanctitat. ſect. 9. & 10. cap. 2. pag. 796.* Pignatell. *conſultat. canonic. tom. 2. conſult. 242. num. 10.*, Spondan. *in Epitom. Annal. Card. Baron. ad annum 254. num. 6.*, & Sanctiſſimus Dominus Noſter *in citat. lib. 2. cap. 23. num. 9. circa med.*, ac propterea caſum exceptum indubitanter conſtituit, prout advertit idem Sanctiſſimus Pater loco mox allegato. Ad hanc quoque publici cultus ſpeciem referri poteſt ſolemnis ſupplicatio & Proceſſio cum delatione Imaginis dicti Beati, quæ in publicis Regni Poloniæ ingruentibus calamitatibus peragi ſolet, prout invaleſcente peſte anno 1705., & 1708. ſolemnis Proceſſio cum dictæ Imaginis delatione, prævia expreſsâ licentiâ, & approbatione Reverendiſſimi Vicarii Generalis Varſavienſis ſolemni pompâ inſtituta, & peracta eſt ex Eccleſia Collegiata Sancti Joannis Baptiſtæ Civitatis Varſavienſis ad Eccleſiam, & Cappellam, in qua Beati Ladislai Oſſa quieſcunt, ut deponunt Teſtes *d. num. 19. pag. 57. & ſeq.* §. 6. & 11., & conſtat etiam ex Inſtrumentis, ſive Atteſtationibus Vicarii Generalis, qui conſenſum præſtitit, *d. Summ. num. 24. pag. 112. & ſeqq.* §. 67. 69. 70.. Ex qua ſolemni Proceſſione cum delatione Imaginis Beati maniſeſtiſſimè exurgere publicum cultum ponderat laudatus Sanctiſſimus Pater *cit. cap. 23. num. 9.*

82 *UNDECIMA CULTUS SPECIES* promanat ex honorifica aſſervatione, & publicæ venerationi expoſitione Reliquiarum Beati. Aſſervantur enim iſtæ incluſæ in quadam arca ad inſtar urnæ elaboratæ, & perpetuò proſtant inter Reliquias aliorum Sanctorum publicæ venerationi expoſitæ in Eccleſia S. Annæ Civitatis Varſaviæ in medio Altaris in honorem Servi Dei erecti ſub imagine ejuſdem, idque ab eo tempore, quo primitus elevato Sacro Corpore Capella & Altare exſtructa eſt. Velamina, quæ arcam Reliquiarum contegunt, ſubinde ad Miſſæ Sacrificium, & ad piam devoti populi petitionem ſubducuntur. Ante illas alii genuflectunt, alii expanſis manibus, ac humi proſtrati orant, alii cantilenas pias ab eodem Beato Ladislao compoſitas devotè decantant, atque alii alios publicæ venerationis, & eccleſiaſtici cultus actus exhibent, non ſolùm patientibus loci Ordinariis, verùm etiam approbantibus ſuo exemplo, qui ante eaſdem orant, Miſſæ Sacrificium celebrant, ac etiam Ordines Sacros conferunt; ut de hiſce omnibus deponunt Teſtes cum requiſitis ad probandam immemorabilem *in Summario num. 20. per tot.*; & deſumitur etiam ex Inſtrumento judicialis viſitationis, & deſcriptionis earumdem Reliquiarum *ibidem n. 23. pag. 79. ſub* §. 4.. Quod autem hujuſmodi religioſa Reliquiarum aſſervatio, & retentio in Altari, ipſiſque certatim à Fidelibus exhibita veneratio publicum cultum redoleat, notant Durand. *de Ritib. eccleſ. cath. lib. 3. cap. 24. num. 19. in fin.*, Caſal. *de veter. Eccleſ. Ritib. cap. 58. de cæreman. verſic. ex prædictis*, Bellarmin. *in ſupra ſæpius cit. tract. cap. 10.* Panvin. *in Relatione S. Bonaventuræ part. 1. art. 9.*, Scacch. *de Not. & ſign. Sanctitat. ſect. 10. cap. 1. verſic. Cultus*

83 Poſtremò, ut paucis omnia complectamur, quæcumque cultus & ve-

E

venerationis ſpecies, quæ aliis Sanctis ex Eccleſiæ inſtituto exhiberi ſolent, noſtro Beato exhibitæ ſemper fuerunt, & adhuc exhibentur, prout tàm in genere, quàm in ſpecie deponunt firmiter examinati, Teſtis VI. *Summario num.21. pag.62. & ſeq.* §.1., ibi = *Quantum obſervare potui, non alium diverſum cultum Beato Ladislao à devotis Chriſtifidelibus fieri vidi in ejus Sacello Eccleſiæ Varſavienſis ad Ædes Sanctæ Annæ, niſi talem, qualis Dei Sanctis & Amicis dari ſolet &c., ſpeciem autem cultus non aliam intelligo, niſi erectionem Altaris, collocationem Imaginis ſuper eo, accenſionem Candelarum, Miſſarum celebrationem, votorum, ſeu Tabellarum oblationem, divinorum celebrationem invocationem talis Beati per pia ſuſpiria, aſſumptionem in Patronum alicujus Regni, genuflexiones & alia his ſimilia, quæ omnia exhibentur Beato Ladislao* =; Teſtis VII. *ibidem pag.63.* §.2., ibi = *De alia ſpecie venerationis, & cultus recognoſcere non poſſum, niſi de tali, quæ aliis Sanctis, & Beatis exhibetur, ita etiam & dicto Servo Dei Ladislao ſimilis veneratio præſtatur* =; Teſtis VIII. *dicta pag.63.* §.3. ibi = *Scio benè, quod Beato Ladislao homines devoti eundem honorem, ac venerationem exhibent in ejus Capella, ſicuti & aliis Sanctis, orando ad ipſum, genuflectendo, invocando illum in adjutorium in ſuis neceſſitatibus, recitando ad illum orationem de ipſo compoſitam, vocando ipſum Sanctum, Beatum, & Patronum, offerendo ipſi varia vota, tabellulas argenteas, donando lampades, candelas ſupra illius Altare, & venerando Reliquias ejus, obſervando cum devotione Feſtum ipſius cum Confeſſionibus, & Sanctis Communionibus, & aliis piis operibus* =. Hæc eadem affirmant alii Teſtes in *dicto num.21.*, qui non ſolùm concordant cum ſupradictis Teſtibus, verùm etiam alias proferunt publici cultus ſpecies noſtro Beato exhibiti. Haſce verò omnes cultus ſpecies ſolis privativè Beatis ac Sanctis exhiberi poſſe, & ad publicum cultum referendas eſſe, patet ex iis, quæ paſſim ſupra deduximus in examine ſingularum Cultus ſpecierum, & latè tradit ſæpiùs laudatus Sanctiſſimus Doctor *lib.2. cap.23. num.9.*, ubi ſimul illas omnes enumerat tamquam aptas ad conſtituendum caſum exceptum.

84 Pro coronide diſcuſſionis publici cultus Beato Ladislao per plures ſupra latè deductas ſpecies exhibiti, duo hìc adnotare oportet. Alterum eſt, quod idem cultus perenniter per duorum & ultra ſæculorum ſpatium, ac per tempus longè excedens metam centum annorum ante Conſtitutionem Urbani VIII., obtinuit, ac ſine ulla interruptione aut diminutione continuavit, & etiam num obtinet, in dies magis magiſque auctus; ut probant duodecim Teſtes in Proceſſu Apoſtolico judicialiter examinati; quorum alii ſunt ſexagenarii, alii ſeptuagenarii, alii demum octogenarii, deponentes cum omnibus requiſitis cit. Gloſſ. *in cap. Epiſcopum in verb. memoria de Præſcriptionibus in ſexto*, ut videre eſt in *Summario num.22. per totum*. Unum, aut alterum hìc ſpeciminis loco exſcribimus. Teſtis III. annorum 84. hæc habet *dicto num.22. pag.64.* §.1., ibi = *A Patribus tamen mei Ordinis de iſta veneratione ab immemorabili tempore audivi, quod non tantùm in ante præſtabatur, ſed etiam ad præſens de tempore vitæ meæ quotidie*

ma-

magis augetur, *nec in contrarium aliquid audivi*, *aut legi* =: Teſtis VIII. annorum 80. *ibidem pag.66.* § 6., ibi = *Et hoc eſt verum*, *quod hic cultus*, *& veneratio*, *quæ nunc exhibetur ab hominibus Beato Ladiſlao*, *non ſolùm tempore vitæ meæ*, *uti recordari poſſum*, *ſed à duobus ſæculis*, *& ultra ſemper exhibebatur*; *nam ſic audivi ab Anteceſſoribus meis*, *qui pariter ab eorum Prædeceſſoribus ſciverunt*; *& nunc hic cultus*, *ac veneratio in dies augetur*, *& nunquam ceſſavit*, *neque ceſſat &c.*, *ut autem aliquid huic contrarii ſucceſſiſſet*, *nunquam audivi* =. Hoc ipſum probatur etiam ex compluribus Hiſtoricis monumentis, aliiſque authenticis documentis partim conſcriptis per centum, & ultra annos ante Conſtitutionem Urbani VIII., partim in ipſo centenario numero decurrente, & partim poſt ipſum jam completum uſque ad hæc noſtra tempora, & illorum particulas exhibuimus *in Summario num.24. & 25. per tot.*

85 Alterum eſt, quod præfatum publicum cultum ab immemorabili tempore loci Ordinari nunquam prohibuerunt, nec etiam de eo tempore, quo Decreta Generalia ab Urbano VIII. edita fuerunt; ſed ſemper permiſerunt ac tolerarunt; quininmò explicitè ſemper uſque ad præſens approbarunt alliciendo ſuo exemplo Fideles ad eumdem cultum Beato præſtandum. Modò enim Miſſas celebrabant in honorem Beati, modò aſſiſtebant feſtivæ Solemnitati, quæ quotannis peragitur; modò ante Imaginem & Altare Beati proſtrati orabant, modò alias id genus publici cultus ſpecies erga Beatum exhibebant, ut liquet *ex toto Summario*, & præſertim *num.13. pag.45. & ſeq.* §.6. 11., *num.19. pag.57. & ſeqq.* §.9. 10. 19, *& num.20. pag.60. & ſeq.* §.3. Quanti verò facienda ſit hæc Ordinariorum tolerantia, & approbatio, præſertim de tempore editionis dictorum Decretorum Generalium, quiſque facilè percipere poteſt; ſupponendum enim non eſt, quod ipſi contra omne fas peccare peſſimè voluerint in ſpecialem & ſeveriſſimã Sanctiſſimæ Inquiſitionis legem, prout eſt Conſtitutio Urbana; hinc eſt, quod cùm Ordinarii locorum non ſolùm non prohibuerint publicum cultum alicui Beato præſtitum, verùm etiam ipſimet præſtiterint, & ſuo exemplo promoverint, aſſerendum eſt, quod ipſis plenè conſtiterit de legitimitate ejuſdem cultus, ita ut proinde tutò ipſis adhærendum ſit, idque præſertim in noſtro caſu; concurrerunt ſiquidem cum Ordinario tum Vincentius Portici Nuntius Apoſtolicus, tum Cardinalis Franciſcus Commendonus Legatus à Latere S. Pii V., de cujus Cardinalis ſublimi ingenio, doctrina, ac zelo hæc habet Alphonſus Ciaconius *in vitis & rebus geſtis Pontificum Romanorum, & S.R.E. Cardinal. tom.3. cap.40.*, ibi = *Maximè aptum Commendonum ad Principes in Turcas commovendos Pius exiſtimabat*, *illique imprimis confidebat*; *ad eximium enim conſilium*, *ac præſtans & verſatile ingenium ad omnes res magnas tractandas aptum*, *ſingularis eloquentiæ*, *ac neutiquam vulgaris doctrinæ*, *virtutiſque animi*, *plurimus*, *ac diuturnus rerum Germanicarum uſus accedebant*. =

86 Ex his itaque uſque modò expoſitis manifeſtè patet, quod Beato Ladiſlao publicus & Eccleſiaſticus cultus ab immemorabili tempore exhibitus, & ad hæc uſque noſtra tempora continuatus ſit, prout luculenter, & multipliciter demonſtravimus, ex denominatione

nimirum & titulo *Beati*, & *Sancti*, ex concurſu Fidelium ad Sepulchrum, ex Elevatione Sacri Corporis de loco humili in honorificentiorem, ex erectione & retentione Tabellarum & votorum, nec non accenſione Lampadum ad Sepulchrum, ex Imaginibus depictis cum radiis & ſplendoribus, ex celebratione Miſſarum, ex oratione propria recitari ſolita, ex feſtiva Solemnitate quotannis celebrari conſueta, ex honorifica aſſervatione & expoſitione Sacrarum Reliquiarum, & demum ex iis omnibus cultus ſpeciebus noſtro Beato exhibitis, quæ aliis Beatis ac Sanctis exhiberi ſolent. Ex quibus proinde probatus remanet in hac Cauſa caſus exceptus à Decretis San. mem. Urbani VIII. vigore cultus immemorabilis.

87 Prætereà hiſce omnibus ſubjungimus, quod non ſolùm ex cultu immemorabili, ut modò oſtenſum eſt, verùm etiam ex Indultis Apoſtolicis reſultet in præſenti Cauſa caſus exceptus à dictis Decretis, & hoc evidentiſſimè demonſtratur tum ex ſupra memorata Elevatione Sacri Corporis, juſſu & auctoritate Commendoni Legati à Latere Pii V. facta, tum ex denominatione & titulo *Beati* Servo Dei à Summo Pontifice Sixto V. tributo in ſuo Diplomate ſupra relato, quæ non ſolùm in linea cultus immemorabilis, verùm etiam in linea Indultorum Apoſtolicorum ſumi debent. Et ſanè quod attinet ad dictam Elevationem, ponderandum eſt, quod Cardinalis Franciſcus Commendonus, cujus juſſu & auctoritate facta illa eſt, erat Legatus à Latere S. Pii V., cum facultate omnia *Sedis etiam Apoſtolicæ nomine* gerendi, ut intelligi datur ex iis, quæ refert, & teſtatur laudatus Ciaconius *cit. cap.*40. ibi = *In eadem tamen Provincia* (Poloniæ) *remanſit*, *& poſt annum à Pio V. ſucceſſore in eodem Legationis munere confirmatus*, *è Polonia Auguſtam Vindelicorum*, *ut Imperialibus à Maximiliano II. electo Romanorum Rege Comitiis pro Concilii Tridentini decretis*, *Fidei propagatione*, *hæreſumque extirpatione*, *SEDIS APOSTOLICÆ NOMINE intereſſet*, *dirigitur* =. Cum ergò conſtet de facultate Cardinali Commendono tributa, ut nimirum Sedis Apoſtolicæ nomine res gereret, aſſerendum eſt, quod in Elevatione Sacri Corporis juſſu & auctoritate ipſius peracta, intervenerit ejuſdem S. Sedis auctoritas; ac proinde dubitari non poteſt, quin prælata elevatio, quæ cultum publicum ex alibi notatis importat, caſum exceptum ex Indulto Pontificio conſtituat juxta ea, quæ notat laudatus Sanctiſſimus Pater *cit. lib.*2. *cap.*20. *num.*9. ibi = *Quod Summi Pontifices pro inducendo*, *vel augendo publico alicujus Dei Servi cultu*, *hujus corpus transferri mandent à loco humili in honorificentiorem*, *Indultum hoc quoque ad ſtabiliendum caſum exceptum accommodatum eſſe videtur* =.

88 Non minori evidentià convincitur idem caſus exceptus vigore Indulti Pontificii ex denominatione & titulo *Beati* Servo Dei à Sixto V. tributo. Juxta doctrinam ſiquidem ejuſdem Sanctiſſimi Patris tunc titulus *Beati* alicui Servo Dei à Summo Pontifice tributus caſum exceptum ex Indulto Pontificio inducit, quando in aliquo Brevi vel Diplomate non enunciativè tantùm, ſed aſſertivè *Beatus* appelletur, ut patet *ex cit. cap.*20. *num.*2., ibi = *Ad ipſa itaque à Romanis Pontificibus Indulta*, *quod attinet*, *ſi ſola ſpectentur tanquam fundamentum caſus excepti*, *ut nunc à nobis*

 ſpe-

ſpectantur, tria pro hujus argumenti intelligentia ſunt præmittenda. Primum eſt non ſufficere ad eam rem Scripturam privatam, in qua Summus Pontifex aliquem Beati titulo nominet, neque Breve Apoſtolicum, ſive Indultum ſufficere, in quo Summus Pontifex aliquem Dei Servum tantùm enunciativè appellet Beatum =. Jam verò, non merè enunciativè, ſed aſſertivè à Sixto V. Servum Dei *Beati* titulo condecoratum fuiſſe patet ex eo, quod Summus Pontifex non ſimpliciter, & velut per tranſennam *Beatum* denominat & appellat, ſed velùti ex profeſſo, cùm Civitatem Varſaviæ commendandam aſſumat à depoſito illic Beati Ladislai corpore; hæc enim habet in Diplomate *Summario num.25. pag.48.* §.7., ibi = *Cum oppidum Varſaviæ Poſnanienſis Diæceſis, in quo Generalia Comitia totius Regni Poloniæ haberi ſolent, VENERANDUMQUE CORPUS BEATI LADISLAI in Eccleſia Domus ejuſdem Sanctæ Annæ ipſius Oppidi dicti Ordinis reconditum eſt, celeberrimum ſit, & inſigne* =.

Concluſio Inſtantiæ.

89 EX hactenus deductis manifeſtiſſimè patet, ſententiam Reverendiſſimi Vicarii Generalis Varſavien. Judicis per hanc Sacram Congregationem delegati latam ſuper cultu publico ab immemorabili tempore Beato Ladislao præſtito, non ſolùm validam eſſe, ſed etiam juſtam. Quapropter concurrente in præſenti caſu duplici requiſito, *Validitate* nimirum, & *Juſtitia* ſententiæ, præinſerto Dubio = *Affirmativè* = reſponſuros eſſe Eminentiſſimos Patres tutò confidimus, prout iterum humiliter ſupplicamus.

Quare &c.

Liborius Marra Advoc.
Joſeph Luna.

REVISA.

Jo. Prunettus Sub-Promotor Fidei.

Poſnanien.

CANONIZATIONIS

B. LADISLAI
DE GIELNIOVV

Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci.

SUMMARIUM
SUPER DUBIO.

An Sententia per Reverendiſſimum Vicarium Generalem Varſavien., Judicem à Sacra Rituum Congregatione delegatum lata ſuper cultu publico ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, ſivè ſuper caſu excepto à Decretis ſanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavii ſit confirmanda in caſu, & ad effectum &c.

Num. 1.
Litteræ Remiſſoriales, & Compulſoriales à Sacra Rituum Congregatione relaxatæ ad conſtruendū particularem Proceſſum ſuper cultu ab immemorabili tempore noſtro Beato exhibito.

Proc. fol. 37. & ſeqq.

FRATER Joannes Antonius, Tituli Sancti Martini ad Montes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Guadagni, Sacræ Rituum Congregationis Præfectus Reverendiſſimo Moderno Epiſcopo Poſnanienſi, sivè Reverendiſſimo Epiſcopo ejus Suffraganeo, vel Reverendo Domino Vicario Generali Judicibus per dictam Sacram Rituum Congregationem, ac Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Picum à Mirandula, unum ex Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus ejuſdem Sacræ Congregationis infraſcriptæ Cauſæ Ponentem, ſeù Relatorem, ac etiam per nos electis, & deputatis ſalutem in Domino, & in commiſſis obedientiam, ac noſtris hujuſmodi, immò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.

Noverint Amplitudines Veſtræ Reverendiſſimi Domini moderne Epiſcope Poſnanienſis, ſivè Epiſcope illius Suffraganee, vel Tu Vicari Generalis noveris, quod aliàs, & ſub die duodecima

Decembris milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniovv Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, Beati nuncupati, fuerunt expeditæ Litteræ Remiſſoriales, & Compulſoriales à dicta Sacra Congregatione conceſſæ pro conſtruendo Proceſſu particulari in Civitate Varſaviæ dictæ Poſnanienſis Diæceſis ſuper cultu publico dicto Servo Dei præſtito, ſivè caſu excepto à Decretis ſanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non cultu editis, directæ Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Poſnanien. tunc temporis exiſtenti, vel ejus Reverendiſſimo Epiſcopo Suffraganeo, aut Vicario Generali, ſub hujuſmodi forma, & tenore, videlicèt =

Carolus Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Marinis, Sacræ Rituum Congregationis Præfectus. Reverendiſſimo Domino Epiſcopo Poſnanien., vel ejus Reverendiſſimo Epiſcopo Suffraganeo, & Vicario Generali, Judicibus ad infraſcripta peragenda per dictam Sacram Congregationem Rituum, & Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Cardinalem Picum à Mirandula, unum ex Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus ejuſdem Sacræ Congregationis, & infraſcriptæ Cauſæ Ponentem, ſeù Relatorem, ac etiam per nos electis, & deputatis, cum clauſula tamen, quod vel ipſe Reverendiſſimus Epiſcopus Poſnanien., vel eo abſente, aut legitimè impedito, Reverendiſſimus Epiſcopus Suffraganeus, & Vicarius Generalis in conſtructione infradicendi Proceſſus, ſemper procedat, & aſſiſtat, ſalutem in Domino, & in commiſſis obedientiam, ac noſtris hujuſmodi, imò veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noverint Amplitudines Veſtræ, quod reaſſumpta Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniovv Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, Beati nuncupati, Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa Duodecimus, prævia confirmatione in Ponentem dicti Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Pici à Mirandula eandem Cauſam cum omnibus ſuis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis quibuſcumque, in ſtatu tamen, & terminis, in quibus reperitur, dictæ Sacræ Congregationi commiſit, cum facultate in primis Proceſſus ordinaria authoritate, jampridem conſtructos, alioſque Proceſſus authoritate Apoſtolica ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis in ſpecie, nec non publico cultu, & veneratione dicto Servo Dei exhibito in dicta Civitate Varſavienſi Diæceſis Poſnanien. pariter confectos ab anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo ad annum milleſimum ſexcenteſimum trigeſimum ſeptimum, & in dicta Sacra Congregatione exhibitos, & præſentatos, examinandi, & ex eis primò declarandi conſtare de Caſu excepto à Decretis felicis recordationis Urbani Papæ Octavi, & ſucceſſivè ad ulteriorem progreſſum in diſcuſſione dictorum Proceſſuum in Specie ut ſupra confectorum ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis deveniendi, & cum facultate etiam, quatenùs opus fuerit, novas Litteras Remiſſoriales, & Compulſoriales ad novos conſtruendos

dos Proceſſus, tàm ſuper dicto caſu excepto, quàm ſuper Sanctitate Vitæ, & Miraculis dicti Servi Dei ad quaſcumque Mundi partes decernendi, & relaxandi, & prout fuſiùs in ſpeciali Commiſſione manu Sanctitatis Suæ ſignata, dictæ Sacræ Congregationi, & in illius actis præſentata die undecima Septembris proximè præteriti, ſub hujuſmodi forma, & tenore videlicèt =

Poſnanien.

BEATISSIME PATER.

§. I. *Tenor Commiſſionis reaſſumptionis Cauſæ per ſan. mem. Clementem XII. ſignatæ die 11. Septembris anni 1730.*

Adeò aucta fuit, & in dies magis magiſque augetur fama Sanctitatis Venerabilis Servi Dei Fratris Ladislai de Gielniovv Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, communiter nuncupati cum titulo BEATI, qui anno milleſimo quingenteſimo quinto die quarta Maji in Conventu Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia Civitatis Varſaviæ obdormivit in Domino, ubi Corpus illius requieſcit, & plurimis ad illius interceſſionem à Deo patratis Miraculis in dies magis, magiſque coruſcat, ut concepta in diverſis Mundi partibus, maximè verò in dicta Civitate Varſaviæ, & in toto Regno Poloniæ erga eum Devotione à pleriſque in eorum neceſſitatibus invocetur, & plurimorum, etiam gravium Virorum exiſtimatione Canonizationis honore dignus, accedente infallibili Sanctitatis Veſtræ judicio, reputetur. Quapropter fabricatis jampridem auctoritate ordinaria Proceſſibus ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis ejuſdem Servi Dei, illiſque à Sacra Rituum Congregatione, ad relationem claræ memoriæ Cardinalis Columnæ Ponentis maturè diſcuſſis, ſanctæ memoriæ Urbanus Papa Octavus, Sanctitatis Veſtræ Prædeceſſor ad humillimas preces univerſi Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, per Commiſſionem manu Sanctitatis Suæ ſignatam, cujus tenorem placeat Sanctitati Veſtræ hic pro expreſſo habere, hujuſmodi cauſam, abſque alia Proceſſuum in genere confectione, pertractandam Sacræ Congregationi commiſit; cujus vigore ab eadem Sacra Congregatione relaxatis, & expeditis Litteris Remiſſorialibus, & Compulſorialibus pro Civitate Varſaviæ Diæceſis Poſnanien., fuerunt ab anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo ad annum milleſimum ſexcenteſimum trigeſimum ſeptimum confecti Proceſſus Apoſtolici in Specie ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis, nec non publico cultu, & veneratione, eidem Servo Dei exhibita, illiſque in Sacra Congregatione exhibitis, & præſentatis, ob ſupervenientiam Decretorum ejuſdem ſanctæ memoriæ Urbani Octavi Cauſa ſilvit uſque in præſentem diem. Cum autem dicta fama Sanctitatis Servi Dei, & Populorum erga ipſum devotio, cultuſque, & veneratio ſemper aucta fuit, & in dies augeatur, & miracula ejus interceſſione, ac meritis ad majorem Dei gloriam, & Fidelium ipſum invocantium utilitatem quotidie percrebeſcant; propterea pro parte Devoti Sanctitatis Veſtræ Oratoris Fratris Conſtantini Fabritii Sacerdotis dicti Ordinis Mino-

rum Obſervantium Sancti Franciſci Reſidentis Provinciæ Majoris Poloniæ, & hujus Cauſæ Poſtulatoris deputati, accedentibus ſupplicibus inſtantiis Sereniſſimi Regis Poloniæ, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, nec non quamplurium Palatinorum, & Magnatum ejuſdem Regni Poloniæ humiliter eidem Sanctitati Veſtræ ſupplicatur, quatenùs dignetur Cauſam, & Cauſas Beatificationis, & Canonizationis ejuſdem Servi Dei in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, una cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentiis, dependentibus, annexis, & connexis quibuſcumque, & confirmando, quatenus opus ſit, in Ponentem Eminentiſſimum Cardinalem Picum de Mirandula, jàm à Sanctitatis Veſtræ Prædeceſſore, in locum ſupradicti claræ memoriæ Cardinalis Columnæ, aliàs Relatoris, ſubrogatum, eidem Sacræ Congregationi committere, & mandare, cum facultate imprimis, & ante omnia ſupradictos Proceſſus, tàm ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate in Specie conſtructos, citato, & audito Reverendo Patre Fidei Promotore, examinandi, & diſcutiendi, ac ex eis primò declarandi conſtare de caſu excepto in antedictis Decretis felicis recordationis Urbani Octavi, eiſque ſufficienter fuiſſe, & eſſe paritum, & ſatisfactum, factaque, & Sanctitati Veſtræ relata, & ab ea approbata hujuſmodi declaratione, ad ulteriorem progreſſum in diſcuſſione eorundem Proceſſuum in Specie, ut ſupra confectorum ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis ejuſdem Servi Dei deveniendi; in omnibus tamen, & per omnia, juxtà formam Decretorum dictæ felicis recordationis Urbani Papæ Octavi, ac noviſſimorum Sacræ Congregationis, & deinceps omnibus maturè examinatis, eadem Sacra Congregatio Sanctitati Veſtræ referat, an talia ſint, propter quæ ad Beatificationem, ſivè Canonizationem ejuſdem Servi Dei Fratris Ladislai de Gielniovv juxtà Sacrorum Canonum Decreta, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum deveniri poſſit, & cum facultate etiam, quatenùs opus fuerit, novas Literas Remiſſoriales, & Compulſoriales ad alios conſtruendos Proceſſus, tàm ſuper dicto caſu excepto à præmemoratis Decretis felicis recordationis Urbani Octavi, quàm ſuper Sanctitate Vitæ, & Miraculis ejuſdem Servi Dei, citato, & audito dicto Reverendo Patre Fidei-Promotore, ad quaſcunque Mundi partes decernendi, & relaxandi, atque etiam in Curia jura, & monimenta quæcunque recipiendi, &, ſi opus fuerit, Teſtes per Eminentiſſimum Cardinalem Sanctitatis Veſtræ Vicarium, ſeù Epiſcopos ab eo deputandos, juxtà formam ſupradictorum Decretorum, prævia citatione, & cum interventu dicti Reverendi Patris Fidei-Promotoris, vel ejus Sub-Promotoris ſuper jiſdem articulis, aliàs exhibitis, ſeù aljis de novo dandis, vel addendis, & juxtà interrogatoria per eundem Reverendum Patrem Fidei-Promotorem danda examinari faciendi, & ad novum hujuſmodi Proceſſus examen, & diſcuſſionem deveniendi, nec non citandi, & inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, & quando opus fuerit ſub cenſuris, & pænis, & cum omnibus aljis facultatibus deſuper neceſſariis, & opportunis, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi uſque ad ultimum,

& ſi-

& finale complementum prædictæ Canonizationis, ſervata tamen in omnibus, & ſingulis forma prædictorum Decretorum, & non aliàs &c., non obſtantibus Conſtitutionibus, etiam in Univerſalibus, & Synodalibus Conciliis editis, atque aliis Ordinationibus Apoſtolicis, Regulis Cancellariæ, Stylo Palatii, & Curiæ, cæteriſque contrariis quibuſcumque ſtatum &c. quorum tenores &c. pro plenè, & ſufficienter expreſſis haben. &c.

Placet L.

Cum autem juxtà dictæ Commiſſionis formam, & tenorem Poſtulator Cauſæ prædictæ, Sacræ Congregationi ſupplicaverit pro conceſſione Litterarum Remiſſorialium, & Compulſorialium ad conſtruendum in dicta Civitate Varſaviæ Diæceſis Poſnanienſis, ubi Corpus dicti Servi Dei reperitur, Proceſſum particularem ſuper cultu publico dicto Servo Dei præſtito, ſivè caſu excepto à dictis Decretis ſanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi, Sacra Congregatio prædicta petitas Litteras concedendas eſſe cenſuit dirigendas Amplitudinibus Veſtris, cum dicta tamen clauſula, quod vel Amplitudo Tua, Reverendiſſime Epiſcope Poſnanienſis, vel eadem abſente, aut legitimè impedita, Amplitudo Tua Reverendiſſime Epiſcope Suffraganee, & Vicari Generalis conſtructioni dicti Proceſſus ſemper procedat, & aſſiſtat cum omnibus, & ſingulis facultatibus neceſſariis, & opportunis, ac termino triennii ad formam Decreti, ſeù Reſcripti editi die decima ſexta Septembris proximè præteriti, à Sanctiſſimo deindè approbati, tenoris ſequentis videlicèt =

Poſnanien.

Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniovv Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, Beati nuncupati.

§. 2. *Relaxatio Litterarũ Remiſſorialium, & Compulſorialium ad conſtruendum Proceſſum ſuper cultu immemorabili decretã die 16. Septemb. anni 1730.*

Cum à Sacra Rituum Congregatione die vigeſima ſexta Auguſti proximè præteriti admiſſa, & per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Clementem Papam Duodecimum ſucceſſivè ſignata fuerit Commiſſio reaſſumptionis Cauſæ dicti Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniovv; Cumque modo deveniendum ſit ad conſtructionem Proceſſus particularis ſuper cultu publico eidem Venerabili Servo Dei præſtito, ſivè caſu excepto à Decretis ſanctæ memoriæ Urbani Octavi, Sacra eadem Rituum Congregatio ad ſupplices inſtantias Poſtulatoris hujuſmodi Cauſæ cenſuit, concedendas eſſe Litteras Remiſſoriales, & Compulſoriales pro conſtruendo dicto Proceſſu in Civitate Varſaviæ Diæceſis Poſnanienſis, in qua Corpus ipſius Servi Dei tumulatum exiſtit, illaſque dirigi Epiſcopo Poſnanienſi, vel ejus Epiſcopo Suffraganeo, & Vicario Generali, cum clauſula tamen, quod vel ipſe Epiſcopus Poſnanienſis, vel eo abſente, aut legitimè impedito, Epiſcopus Suffraganeus, & Vicarius Generalis ad conſtructionem præfati Proceſſus ſemper procedat, & aſſiſtat, cum omnibus, & ſingulis facultatibus neceſſariis, & opportunis, ac termino triennii,

ſi San-

ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die decima ſexta Septembris milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die vigeſima ejuſdem menſis, & anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi.

Ità reperitur in regeſtris Decretorum Congregationis Sacrorum Rituum; In fidem &c.

Nicolaus Maria Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

§. 3. *Citatio executa contra R.P.D. Fidei Promotorem ad dicendum contra expeditionem dd. Literarum.*

Citato igitur per vnum ex Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſoribus coràm dicto Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinali Pico à Mirandula Ponente, ſeù Relatore, Reverendiſſimo Domino Carolo Alberto Guidobono Cavalchino Archiepiſcopo Philippenſi Sanctæ Fidei Promotore primò ad dicendum contra dictam Commiſſionem, & decretum, ſeù reſcriptum præfatum, & ſucceſſivè ad dicendum contra poſitiones, & Articulos in eiſdem actis facto datos, quorum copia ſibi tranſmiſſa fuit, videndumque illas, & illos ad probandum admitti, ac decerni, & relaxari Literas remiſſionales, & compulſoriales pro conficiendo in dicta Ciuitate Varſaviæ Poſnanienſis Diœceſis, in qua Corpus dicti Venerabilis Servi Dei tumulatum reperitur, Proceſſu prædicto Amplitudini Tuæ, Reverendiſſime Epiſcope Poſnanien., vel Amplitudini tuæ, Reverendiſſime Epiſcope ejus ſuffraganee, & Vicari Generalis dirigendas, cum dicta tamen clauſula, quod vel eadem Amplitudo Tua Reverendiſſime Epiſcope Poſnanienſis, vel ea abſente, aut legitimè impedita, Amplitudo Tua Reverendiſſime Epiſcope illius Suffraganee, & Vicarii Generalis, conſtructioni dicti Proceſſus ſemper aſſiſtat cum omnibus facultatibus neceſſariis, & opportunis ad dictum triennium durataris, ad formam dicti decreti, ſeù reſcripti concordandum de eiſdem Amplitudinibus, termino, & loco prædictis, loco loci, & Portitore, necnon conſtituendum aliquem, ſeù aliquos Subpromotores per Acta infraſcripti Notarii, Cancellarii, & Archiviſtæ, qui in partibus commodè citari poſſint, & examinibus Teſtium, ac Proceſſui prædictis interſint; dandum interrogatoria in eiſdem Literis includenda, aliàs videndum fieri Proceſſum per affixionem ad valvas Majoris Eccleſiæ, vel aliarum Eccleſiarum dictæ Ciuitatis Varſaviæ, vel locorum deputandorum, Teſtes examinari, dictaſque Literas expediri, claudi, & ſigillari mandari, abſque dictis interrogatoriis, & decretum quodcumque deſuper neceſſarium, & opportunum fieri ad infraſcriptam diem, qua adueniente, & in termino hujus citationis comparuit in judicio legitimè, coram dicto Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Pico à Mirandula Ponente Pater Frater Conſtantinus Fabritii Sacerdos dicti Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, & Procurator in cauſa conſtitutus, proùt in actis, & facto produxit Poſitiones, ſeù Articulos in calce præſentium regiſtrandos, petiitque, proùt in dicta citatione continetur; dictuſque Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Ponens, dictorum Commiſſionis, & decreti, ſeù reſcripti formam inſequendo, eaſdem Poſitiones,

nes,

nes, & Articulos ad probandum admiſit, dictos Teſtes examinari mandavit, literaſque remiſſoriales, & compulſoriales infra dictum triennium exequendas cum dictis facultatibus Amplitudinibus Veſtris Reverendiſſimi Domini Epiſcope Poſnanienſis, vel Epiſcope illius ſuffraganee, & Vicari Generalis Judicibus per Sacram Rituum Congregationem delegatis, cum dicta tamen clauſula dirigendas decrevit, & relaxavit, ac expediri, claudi, & ſigillari mandavit; eaſdemque Amplitudines, & earum alterutram ad formam dicti decreti, ſeù reſcripti ad illas exequendas in dicta Civitate Varſaviæ, ac Diœceſi Poſnanienſi in Judices, eaſdemque Civitatem Varſaviæ, & Diœceſim Poſnanienſem pro loco, & locis, & pro loco, ſeù locis locorum, locum, ſeù loca ibidem per Judicem præſentium executorem deputanda, Portitoremque pro aſportatione deputari, injungendo tamen juxta diſpoſitionem noviſſimorum decretorum dictæ Sacræ Congregationis, quod ante inchoationem dicti Proceſſus per eandem Amplitudinem, per quam præſentes exequentur, juramentum in eodem Proceſſu omninò adnotandum præſtetur de ſervando ſecretum ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ in caſum contraventionis, ſequenti forma in eiſdem decretis præſcripta videlicet. *§. 4. Judices, quibus directæ fuerunt præfatæ Literæ.*

Ego N. (exprimendo nomen, & cognomen) tacto pectore juro, & promitto fideliter adimplere munus mihi commiſſum circa fabricationem Proceſſus in cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielnovv, juxta formam decretorum Sacræ Rituum Congregationis, & præcipuè noviſſimorum, quæ confirmata fuere à ſanctæ memoriæ Innocentio Papa Undecimo; necnon juro, & promitto religioſè ſervare ſecretum, tam de contentis in interrogatoriis, quàm de Teſtium depoſitionibus ſuper eiſdem, & ſuper Articulis, nec de iis loqui cum aliqua Perſona, exceptis Subpromotoribus, & Notario pro eodem Proceſſu deputatis, ſub pœna perjurii, & excommunicationis latæ ſententiæ, à qua nonniſi à Summo Pontifice (excluſo etiam Majori Penitentiario), præterquam in mortis articulo abſolvi poſſim, & ita promitto, & juro, ſic me Deus adjuvet. *§. 5. Formula juramenti à Judicibus delegatis præſtandi.*

Proût nos quoque de præmiſſis inſtanter requiſiti, conſiderantes æquum, & Chriſtiana Religione dignum eſſe, Dei gloriam, quæ in Servis ſuis reſplendet, manifeſtam fieri, volenteſque ea, quæ à Sancta Sede Apoſtolica committuntur, quæque in dicta Sacra Congregatione ſtatuta ſunt, debitæ executioni demandare, admiſimus, mandavimus, deputavimus, decrevimus, & relaxavimus, ac admittimus, deputamus, decernimus, & relaxemus, eaſdemque literas modo, & forma infraſcriptis expediri mandamus. Quocirca Amplitudines Veſtras, Reverendiſſimi Domini Epiſcope Poſnan., vel Epiſcope illius Suffraganee, & Vicari Generalis, de quarum fide, integritate, Religionis zelo, perpetuaque, & debita erga Sanctam Sedem Apoſtolicam obedientia, plurimùm in Domino eadem Sacra Congregatio confidit, & nos quoque confidimus, requirimus, & monemus, eiſdemque etiam Apoſtolica, qua dicta Sacra Congregatio, & nos fungimur in hac parte, ac ejuſdem Sacræ Congregationis ordinaria auctoritatibus committimus, & mandamus, ut Amplitudo Tua, Reverendiſſime Epiſcope Suffraganee, & Vicari Generalis, vice ejuſdem Sacræ Congre- *§. 6. Modus à S. Congregatione præſcriptus, & ſervandus in compilatione Proceſſus.*

gre-

gregationis, & noſtra in ſingulis actibus alterutra procedens, & pro Tribunali ſedens intra dictum triennium, ut ſupra præſcriptum, omnes, & ſingulos Teſtes, omneſque ſcripturas, Jura, Inſtrumenta, munimenta, & alia quævis probationum genera, qui, & quæ coràm eadem Amplitudine, à qua præſentes exequentur in dicta Civitate Varſaviæ, & Diœceſi Poſnanienſi induci, produci, & compulſari contigerit à Perſonis legitima mandata Procuræ habentibus recipiat, & admittat, & primò juxtà interrogatoria per dictum Reverendiſſimum Dominum Fidei Promotorem hic in Curia data, & præſentibus noſtris adjuncta, clauſa, & ſigillata, non aperienda, niſi coràm eodem Judice præſentium Executore in actu examinis, denuòque claudenda, & obſignanda ejus ſigillo in fine cujuslibet ſeſſionis examinis dictorum Teſtium, proùt ſimili modo claudi, obſignari, & aperiri debebunt depoſitiones ipſorum Teſtium, exprimendo, & adnotando in eodem Proceſſu ſigillatim omnes actus aperitionis, & clauſuræ hujuſmodi, ſicque clauſa, & obſignata cum eiſdem Teſtium depoſitionibus retinenda uſque ad complementum examinis omnium Teſtium, & deinde ſuper dictis Articulis, in Eccleſiis, Oratoriis, piiſque locis, & in loco cujuslibet ex eiſdem locis, & quoad Infirmos, & alius legitimè impeditos, in aliis quibuſcumque locis per eundem Judicem, à quo præſentes exequentur deputandis, & ſemper exprimendis, tam in citationibus contra eoſdem Teſtes, & Fidei Subpromotorem, ſeù Subpromotores, ab eodem Reverendo Patre Domino Promotore nominandum, ſeù nominandos ex quendis, quàm in juramentis ab eiſdem Teſtibus præſtandis, & examinibus ab eis faciendis, Teſtes ipſos omnes, & ſingulos diligenter examinet, recepta tamen in manibus ejuſdem Judicis præſentium Executoris ab eiſdem Teſtibus cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, & ſexus exiſtant etiam Sacerdotibus (exceptis Epiſcopis) tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, juramento in Proceſſu ſimiliter deſcribendo, non ſolùm de veritate dicenda de iis, ſuper quibus examinabuntur, verùm etiam de ſervando ſecretum religioſè ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ in earum contraventione juxta formulam ſequentem in eiſdem noviſſimis decretis traditam, videlicet.

§. 7. *Formula juramenti à Teſtibus præſtandi.*

Ego N. (exprimendo Nomen, & Cognomen) tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis coràm me poſitis juro dicere veritatem, tam ſuper interrogatoriis, quàm ſuper Articulis, ſuper quibus examinabor, necnon ſervare ſecretum, nec alicui penitus revelare tam contenta in eiſdem interrogatoriis, quàm reſponſiones, & depoſitiones à me faciendas, ſub pœna perjurii, & excommunicationis latę ſententiæ, à qua nonniſi à Summo Pontifice (excluſo etiam Majori Penitentiario) præterquam in mortis articulo abſolui poſſim; & ita promitto, & juro, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Eademque Teſtium juramenta, necnon Depoſitiones, & dicta excipiat, & per fide dignum Notarium publicum Apoſtolicum, ſive Eccleſiaſticum per eundem Judicem deputandum, qui in ejus manibus tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis de officium ſuum fideliter exercendo, & de ſecretum ſervando juxta formulam ſuper hoc eidem

dem Judici præſcriptam, mutatis tamen mutandis; præſtet pariter juramentum in eodem Proceſſu etiam adnotandum, in ſcriptis redigi faciat; animadvertendo, quod Teſtes nequaquam ſe referant ad atteſtationes aliàs redditas, neque illis recitentur ea, quæ aliàs depoſuerunt, ſed quæcumque habent, explanatè, & per extenſum deponant. Cætera verò Proceſſus acta, aliaſque ſcripturas, & jura, ut præfertur, exhibenda, in loco ſolitæ audientiæ ejuſdem Judicis, per quem præſentes exequentur, ſeù aliàs ab eo deputando recipiat; necnon Proceſſus quacumque auctoritate fabricatos, ſcripturas, & jura ad cauſam facientia ex quibuſcumque originalibus, & locis, ac ubicumque ſint, vel fuerint in dicta Civitate Varſaviæ, & tota Diœceſi Poſnanienſi, compulſet, & extrahet, & per eundem Notarium recipi, compulſari, & extrahi faciat cum effectu; ſi autem Teſtes prædicti ſe examini ſubjicere, Notarii verò Actuarii, Archiviſtæ, & aliæ quæcumque Perſonæ Inſtrumenta, ſcripturas, & jura ad Cauſam facientia exhibere diſtulerint, aut recuſaverint, Teſtes prædictos ad ſe examini ſubjiciendum, Notarios verò, & alios prædictos ad Inſtrumenta, ſcripturas, & jura exhibendum ſub cenſuris, & pœnis Canonicis, juriſque, & facti remediis opportunis, omni, & quacunque appellatione poſtpoſita cogat, & compellat, atque inſuper Sepulchrum, & locum, ſeù loca, in quibus Corpus, vel Reliquiæ dicti Servi Dei olim jacuiſſe, ſeù etiam de præſenti jacere dicuntur, viſitet, recognoſcat, & per omnes circumſtantias ab extra tantùm, & non aliàs &c. deſcribat, actumque viſitationis, recognitionis, & deſcriptionis hujuſmodi per eundem Notarium recipi, & in eodem Proceſſu apponi faciat; & ſi ex eorumdem Teſtium depoſitionibus, aliiſque juribus, documentis quibuſcumque productis, & compulſatis de jure fieri poſſe videbitur, poſſit, & valeat, imò debeat per ſententiam pronunciare ſuper cultu publico eidem Venerabili Servo Dei præſtito, caſumque iſtum comprehendi in eis exceptis in decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non cultu juſſu dicti felicis recordationis Urbani Papæ Octavi editis, & propterea nullo modo eiſdem decretis contraventum, ſed ſufficienter paritum fuiſſe, & eſſe, utque prædicta omnia liberiùs exequi poſſint, Nuncium, ſeù Nuncios pro citationibus, aliiſque mandatis, & decretis exequendis, recepto priùs ab eis juramento de fideliter officium ſuum exercendo, ſimiliter deputet. Completo verò Proceſſu, & ut ſupra pronuntiato, ipſorum Teſtium depoſitiones, & dicta, jura, ſcripturas, citationes, acta, actitata quæcumque transſcribi, & fideliter tranſumptari, & coràm eodem Judice per quem præſentes exequentur, adhibito alio Notario, qui juramentum præſtet de fideliter exercendo officium ſuum, ut de alio Notario ad cauſam deputando dictum eſt, tranſcriptionem, & tranſumptum hujuſmodi cum Originalibus auſcultari, collationari, & concordari faciat; ac proindè eandem tranſcriptionem, & tranſumptum ab eo Judice, per quem præſentes exequentur ſubſcriptum, ejuſque ſigillo ab intra munitum, ac in publicam, & authenticam formam redactum cum ſucceſſiva atteſtatione Notarii Actuarii ſuper recognitione manus, ſubſcriptionis, & ſigilli dicti Judicis (exprimendo etiam formam, & qualitatem ſigilli) cum legalitate, & atteſtatione in fine ejuſdem Judicis præſentium exe-

cutoris propria manu firmata, proprioque ſigillo munita ab intra, clauſumque, & ab extra eodem ſigillo tantùm obſignatum Nuncio, ſeù Portitori deputando cum juramento, & obligatione de fideliter aſportando tradat, atque conſignet, & ad eandem Sacram Congregationem, & Nos tranſmittat, & tranſportari mandet, & curet, ſignificando eidem Sacræ Congregationi, & nobis, non ſolum generaliter, quæ fides Teſtibus examinatis ſit adhibenda, ſed etiam particulariter ſuper iis, quæ per eoſdem Teſtes depoſita fuerunt, & an in deponendo idem Judex aliquid viderit, ſeù animadverterit, per quod eorum depoſitio ſuſpecta reddatur, decernimus tamen, & volumus, quod in omnibus actis coràm dicto Judice præſentium executore, aut aliàs circa præmiſſa peragendis citetur aliquis ex Subpromotoribus Fidei per dictum Reverendum Promotorem deputandis in Plico ſuarum literarum unà cum præſentibus tranſmittendo; pariterque decernimus irritum, & inane quidquid contra formam præſentium noſtrarum literarum ſcienter, vel ignoranter fuerit exequutum, & eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ, ſeù dictæ Sacræ Congregationi reſervamus abſolutionem omnium, & ſingulorum, qui dictas pœnas, & Cenſuras incurrerint.

Pro præmiſſis autem omnibus, & ſingulis exequendis talem diligentiam, curam, & fidem præſentium Judicem Executorem adhibiturum ſperamus, quales gratiam ab eadem Sacra Congregatione, & retributionem laboris ab Altiſſimo pro Servis ſuis valeant ipſi comparare. In quorum teſtimonium præſentes manibus noſtris, & Reverendorum Patrum Dominorum Secretarii, & Protonotarii dictæ Sacræ Congregationis firmatas, noſtroque ſigillo munitas per acta infraſcripti ejuſdem Sacræ Congregationis Notarii, Cancellarii, & Archiviſtæ juſſimus, & fecimus expediri. Romæ ex Ædibus noſtris anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo, Indictione octava, die verò duodecima menſis Decembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in eodem Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ Duodecimi, Anno Primo.

Carolus Cardinalis de Marinis Præfectus.

Loco ✠ ſigilli.

Nicolaus Maria Tedeſchi Archiepiſcopus Apamenus Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

F. A. Ceva Protonotarius Sacræ Rituum Congregationis.

Coſmus Antonius de Bernardinis Sacræ Rituum Congregationis Notarius, Cancellarius, & Archiviſta.

§. 8. *Relaxatio duplicati earundem Literarum decreta die 7. Decembris anni 1737. cum conceſſione termini ſexennii ad complendum Proceſſum. Proc. fol. 65. ter., & ſeqq.*

Noverint quoque eædem Amplitudines, vel Tu Vicari Generalis noveris, quod præinſertæ literæ (ſicuti fuit expoſitum) ob diuturnam Reverendiſſimi Epiſcopi Poſnanienſis Prædeceſſoris, cui erant directæ infirmitatem, & obitum, debitæ executioni demandari non potuerint, quinimmò deperditæ fuerint; proptereà pro parte Poſtulatorum Cauſæ prædictæ eidem Sacræ Congregationi fuit demiſsè ſupplicatum pro earumdem Literarum duplicati conceſſione; eademque Sacra Congregatio petitum Literarum duplicatum concedi poſſe cenſuit, dirigendarum Amplitudinibus Veſtris Reverendiſſimi Domini Moderne Epiſcope Poſnanienſis, vel ejus Epiſcope Suffraganee, ſive Tibi Vicari Generali

cum

cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & facultatibus in præinſertis Literis Remiſſorialibus, & Compulſorialibus contentis, & expreſſis, ac termino ſexenoii ab infraſcripta die conceſſionis prædicti duplicati incipiendi, & prout in decreto, ſeu reſcripto emanato die ſeptima hujus infraſcripti menſis à Sanctiſſimo deinde approbato tenoris ſequentis, videlicet.

Poſnanien.

Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladiſlai de Gielniovv Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci, Beati nuncupati.

Cum (prout expoſitum fuit) ob diuturnam Epiſcopi Poſnanienſis infirmitatem, ejuſque mortem, Literæ Remiſſoriales, & Compulſoriales à Sacra Rituum Congregatione de menſe Septembris milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo conceſſæ pro conſtruendo in Civitate Varſaviæ Diœceſis Poſnanienſis, in qua Corpus dicti Servi Dei Ladiſlai de Gielniovv tumulatum exiſtit, Proceſſu Apoſtolico ſuper cultu ab immemorabili tempore ipſi Servo Dei exhibito, ſive caſu excepto à decretis ſanctæ memoriæ Urbani Papæ Octavi, non ſolùm debitæ executioni minime demandatæ fuerint, quinimmo illæ deperditæ ſint, cumque modò Poſtulatores hujuſmodi Cauſæ pro conceſſione duplicati dictarum Literarum dirigendarum Moderno Epiſcopo Poſnanienſi, ſive ejus Epiſcopo Suffraganeo, vel Vicario Generali, ad effectum prædictum Sacræ Rituum Congregationi humillimè ſupplicaverint, Sacra eadem Congregatio cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & facultatibus in ſupra enunciatis Literis expreſſis, atque contentis, ac termino ſex annorum ab infraſcripta die incipiendorum Oratorum inſtantiæ juxta petita annui poſſe cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit; die ſeptima Decembris milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit die undecima ejuſdem menſis, & anni milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi ſeptimi.

Frater Joannes Antonius Cardinalis Guadagni Pro-Præfectus.
Thomas Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius.

Poſnanien.

Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Ladiſlai de Gielneovv, Beati nuncupati, Sacerdotis Ordinis Minorum Obſeruantium S. Franciſci.

§. 9. *Relaxatio alterius duplicati dd. Litterarum decreta die 23. Januarii anni 1745. cum conceſſione noui termini ſexennii. Proc. fol. 13. terg., & ſeq.*

Cum terminus ſex annorum aliàs, & ſub die ſeptima Decembris milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo præfixus in duplicato Litterarum Remiſſorialium, & Compulſorialium à Sacra Rituum Congregatione expeditarum pro conſtruendo in Ciuitate Var-

Varſauienſi Diæceſis Poſnanienſis particulari Proceſſu ſuper cultu publico prædicto Venerabili Seruo Dei Ladiſlao de Gielniovv ab immemorabili tempore exhibito iam expirauerit, quin præfatus Proceſſus ob notiſſimas calamitates in Regno Poloniæ ſuperuentas, ac ob diſtantiam locorum, in quibus recipiendæ ſunt probationes hactenus compleri valuerit; Poſtulatores eiuſdem Cauſæ Sacræ Rituum Congregationi humillimè ſupplicarunt, quatenus alium terminum aliorum ſex annorum ad prædictum effectum benignè concedere dignaretur; Et Sacra eadem Congregatio, firmis remanentibus clauſulis, & facultatibus in præfatis Remiſſorialibus, & Compulſorialibus Litteris contentis, atque expreſſis, dictum terminum iuxta petita ab infraſcripta die incipien. concedi poſſe cenſuit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro viſum fuerit. Die vigeſima tertia Ianuarij milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto.

Factaque deindè per me Secretarium de prædictis eidem Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit die trigeſima eiuſdem menſis, & anni milleſimi ſeptingenteſimi quadrageſimi quinti.

C. Cardinalis de Marinis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

T. Patriarcha Hieroſolymitanus Secretarius.

Num.2.
Mandatum Procuræ in Perſonam Admodum Reu. Patris Matthæi Roznezski Ex-Miniſtri Prouincialis Ord. Min. Obſ. S. Franciſci.
Proc. fol. 11., & ſeq.

Frater Raphael à Lugagnano Lector Emeritus Catholicæ Maieſtatis in Regali Congreſſu Matritenſi pro Immacuiata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris noſtri Franciſci Miniſter Generalis, Commiſſarius Viſitator Apoſtolicus, & in Domino Seruus.

Dilecto Nobis in Chriſto Reuerendo Pàtri Fratri Matthæo Roznerski noſtræ obſeruantis Prouinciæ Poloniæ maioris Lectori iubilato, ac Ex-Miniſtro Prouinciali ſalutem, & Seraphicam Benedictionem.

Noſtri muneris ratio à nobis exigit, vt quæ maiorem Dei gloriam, noſtrique Ordinis decus concernunt, ſeduló promoueamus. Cum igitur Deuotiſſimus Seruus Dei Pater Frater Ladiſlaus de Gielniovv Sacerdos noſtræ Obſeruantis Prouinciæ Poloniæ Maioris Alumnus plurimis in vita, & poſt mortem miraculis coruſcauerit, ac propterea de Religioſo idoneo, qui tamquam Procurator Cauſam illius actitare ſtudeat, prouidere debeamus, Te, de cuius prudentia, zelo, ac in huiuſmodi munere exercendo dexteritate plurimùm in Domino confidimus, harum noſtrarum ſerie Procuratorem in Cauſa prædicti Serui Dei Ladiſlai de Gielniovv nominamus, eligimus, & conſtituimus cum omni facultate ad præfati muneris executionem neceſſaria, & opportuna, præcipientes omnibus, & ſingulis Patribus, & Fratribus noſtræ Iuriſdictioni ſubiectis, nè ſuper præmiſſis vllo modo Te moleſtare, vel impedire præſumant vale &c.

Datum Romæ ex Ara Cæli die octaua Octobris Anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto.

Frater Raphael à Lugagnano Miniſter Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, *Frater Ioſephus Maria de Fano Diffinitor Generalis, & Secretarius Generalis Ordinis. Regiſtr. M. f. 11.*

Ad.

Num.	*Nomen, Cognomen, Ætas*	*Inductio*	*Citatio*	*Juramentum*	*Examen*
1	Ad. Rev. D. Don Jgnatius Minaſovicz Præpoſitus Brochovien. annorum 56.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 2. Maii 1747.
	Proc. fol. 112.	*Proc. fol.* 97. *terg.*	*Proc. fol.* 106.	*Proc. fol.* 99. *terg.*, & 101. *t.*	*Proc. fol.* 111. *terg. ad* 171.
2	Ad. Rev. Pater Fr. Franciſcus Vvinderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſ. S. Franciſci annorum 59.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 2. Junii 1747.
	Proc. fol. 172.	*Proc. fol.* 92. *terg.*	*Proc. fol.* 106. *terg.*	*Proc. fol.* 99. *terg.*, & 101. *t.*	*Proc. fol.* 171. *terg. ad* 201.
3	Ad. Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ord. Min. Obſ. S. Franciſci annorum 84.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 16. Junii 1747.
	Proc. fol. 203. *terg.*	*Proc. fol.* 93.	*Proc. fol.* 106. *terg.*	*Proc. fol.* 99. *terg.*, & 101. *t.*	*Proc. fol.* 203. *ad* 222. *terg.*
4	Adm. Rev. P. Nicolaus Wodzinski Diffinitor Gener. Ord. Eremit. S. Auguſtini annorum 61.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 17. Junii 1747.
	Proc. fol. 225.	*Proc. fol.* 92. *terg.*	*Proc. fol.* 106. *terg.*	*Proc. fol.* 99. *terg.*, & 101. *t.*	*Proc. fol.* 224. *terg. ad* 254.

Num. 3. Tabella Teſtium in Proceſſu examinatorum.

Ad.

Num.	Nomen, Cognomen, Ætas	Inductio	Citatio	Juramentum	Examen
5	Ad. Rev. D. Don. Adamus Koſſovvski Sacerdos ann. 59.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 27. Junii 1747.
	Proc. fol. 257.	Proc. fol. 93.	Proc. fol. 106. terg.	Proc. fol. 100., & 101. terg.	Proc. fol. 256. terg. ad 279. t.
6	Per-Illuſtris Dominus Stephanus Skvvarczynski S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 21. Julii 1747.
	Proc. fol. 282.	Proc. fol. 93.	Proc. fol. 106. terg.	Proc. fol. 100., & 101. terg.	Proc. fol. 381. terg. ad 310. t.
7	Per Illuſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykievvicz S. Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum 69.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 21. Julii 1747.
	Proc. fol. 313.	Proc. fol. 93.	Proc. fol. 106. terg.	Proc. fol. 100., & 101. terg.	Proc. fol. 312. terg. ad 341.
8	Dominus Albertus Betkovviez Mercator Varſauienſis annorum 80.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 7. Auguſti 1747.
	Proc. fol. 343. terg.	Proc. fol. 93.	Proc. fol. 106. terg.	Proc. fol. 100., & 101 terg.	Proc. fol. 343. ad 373.
9	Dominus Stanislaus Vvenderlich Civis Varſavien. annorum 62.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprilis 1747.	Die 12. Auguſti 1747.
	Proc. fol. 375.	Proc. fol. 93.	Proc. fol. 107.	Proc. fol. 100., & 101. terg.	Proc. fol. 374. terg. ad 398. t.

Do-

Num.	*Nomen, Cognomen Ætas*	*Inductio*	*Citatio*	*Juramentum*	*Examen*
10	Dominus Adalbertus Biatecki Frenifex Varſavien. annorum 64.	Die 20. Aprilis 1747.	Die 22. Aprilis 1747.	Die 27. Aprili 1747.	Die 19. Auguſti 1747.
	Proc. fol. 400. *terg.*	*Proc. fol.* 93. *terg.*	*Proc. fol.* 107.	*Proc. fol.* 100., & 101. *terg.*	*Proc. fol.* 400. *ad* 427.
11 *Ex Officio.*	Dominus Philippus Jordan Mercator Varſavien. annorum 80.	Die 26. Auguſti 1747.	Die 28. Auguſti 1747.	Die 2. Septembris 1747.	Die 4. Septembris 1747.
	Proc. fol. 432.	*Proc. fol.* 428.	*Proc. fol.* 430.	*Proc. fol.* 430. *terg.*	*Proc. fol.* 431. *terg. ad* 444.
12 *Ex Officio.*	Dominus Andreas Tarski Frenifex Varſavien. annorum 67.	Die 26. Auguſti 1747.	Die 28. Auguſti 1747.	Die 2. Septembris 1747.	Die 6. Septembris 1747.
	Proc. fol. 447.	*Proc. fol.* 428.	*Proc. fol.* 430.	*Proc. fol.* 430. *terg.*	*Proc. fol.* 446. *terg. ad* 459.

Eminentiſſimi Patres.

Num. 4. Epiſtola Reuerendiſs. D. Iudicis Delegati reſponſiua ad S. R. Congregationem.

Proc. fol. 3. t., & ſeq.

Mandato Eminentiarum Veſtrarum ſub abſentia Celſiſſimi Principis Loci Ordinarij in Litteris Remiſſorialibus, & Compulſorialibus pro conſtruendo in hac Ciuitate Varſauienſi Proceſſu circa immemorabilem Cultum Venerabili Seruo Dei Ladislao de Gielniovv Ordinis Seraphici Regularis Obſeruantiæ publicè exhibitum, ad me gratiosè deuoluto, omni, qua par eſt, reuerentia promptiſſimè exequutus ſum, & iam adiuuante gratia Dei, dictum Proceſſum nuper finaliter compleui, cum omnimoda in actis eiuſdem adhibita diligentia, vt nimirum in omnibus, & per omnia prælibatis Litteris ſatisfieret, ſperoque, quod pro illarum ſubſtantiali exigentia (quamuis forti calamo in extendendis Actis aliquis defectus imputari poſſit) ea ſufficientia ex Proceſſu apparere poterit, quæ ad reſpondendum eiſdem opportuna comprobabitur, quandoquidem Teſtes aliàs iuratos, tàm ſcilicet ſpirituales (è quibus pro regularibus à ſuis reſpectiuè Superioribus præuiè procuratas licentias mihi monſtratas habebam), quàm Sæculares Viros vtique probos, integræ famæ, fideque dignos,

iuxtà

iuxtà iuris præſcriptum ſeriò examinaui, nihilque aduerti, quod fidem illorum redderet ſuſpectam. Peritos itidem iuratos ad recognoſcendam antiquitatem Altarium, Imaginum, votiuarum Tabellarum, & aliorum publicum cultum dicti Venerabilis Serui Dei Ladislai præſeferentium, nec non documentorum, manuſcriptorum ſemper adhibui; tum denique quoad Hiſtoricos Typo impreſſos, ac alios Auctores diuerſarum Nationum in ſubiecta materia ſcribentes, eoſdem, quod plenam fidem, & quam grauiſſimi Scriptores merentur obtineant obſeruari, cæteraque in eodem Proceſſu contenta, & contexta ſinceræ veritatis euidentia comprobata eſſe exiſtimauerim, vt vnicum, & id ſolum ſupereſſe videatur, quatenus Eminentiæ Veſtræ de facultate Apoſtolica præſenti Proceſſui validitatem, & vigore ipſius immemorabilitatem comprobatam tributæ, hæcque tributa pro gloria Dei, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, ac vniuerſali Regni noſtri ſolatio, Beatum Ladislaum dignum eſſe, qui Sanctorum honoribus decoretur, declarare non dedignentur. Quam gratiam Regnum totum, ſinguli Ordines, atque vniuerſus Populus ſummopere deſiderant, tum Ego enixè ſupplico, qui ſum reuerentiali adoratione Sacræ Purpuræ.

Eminentiarum Veſtrarum.

Obſeruantiſſimus, & Humillimus Seruus Antonius Grzegorzevvski Vtriuſque Iuris Doctor Archidiaconus, & Officialis Generalis Varſauien., Iudex Delegatus Apoſtolicus manu propria.

Datum Varſauiæ in Reſidentia mea ſolita die tertia Aprilis milleſimo ſepſingenteſimo quadrageſimo octauo.

Num. 5.

Sententia per Reuerendiſs. D. Vicarium Generalem Varſauien. Iudicem Delegatum lata ſuper cultu publico ab immemorabili tempore exhibito, ſiue ſuper caſu excepto à Decretis fel. record. Urbani Papæ VIII.

Proc. fol. 702., & ſeq.

In Nomine Domini Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat, & ſit notum, quomodo Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione Romana decima, die verò Sabbathi, ſcilicet trigeſima menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Noſtri Domini Benedicti Diuina Prouidentia Papæ eius nominis decimi quarti, Anno ipſius octauo, hora tertia pomeridiana in medio horologio Varſauiæ in loco publico Audientijs deſignato, reſidentiaque Per-Illuſtris Reuerendiſſimi Domini Iudicis Delegati Apoſtolici præſente Generoſo Ioanne Czuordovvicz Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ Aduocato &c., Fidei Sub Promotore, & Teſtibus infraſcriptis, meque Notario Actuario comparens perſonaliter Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Lector Iubilatus Prouinciarum Ruſſiæ, & Lithuaniæ Excommiſſarius Generalis Maioris Prouinciæ, & Ex-Prouincialis ad Cauſam Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei Ladiſlai de Gielneovv dicti Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia ſpecialiter conſtitutus Procurator coram Per-Illuſtri, & Reuerendiſſimo Domino Antonio in Grzegovzevic Grzegovzevvski Vtriuſque Iuris Doctore in Eccleſia Cathedrali Poſnanienſi Archidiacono Vicario in Spiritualibus, & Officiali Varſauienſi, ac per Ducatum Maſouiæ Generali Abbate Coadiutore Plocenſi à Sacra Rituum Congregatione pro conſtruendo Proceſſu ſuper

Cul-

Cultu ab immemorabili tempore eidem Beato Ladiſlao exhibito, & caſu excepto à Decretis fælicis recordationis Vrbani Papæ Octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non cultu editis ſpecialiter Iudice Delegato Apoſtolico in termino ex citatione contra dictum Generoſum Fidei Sub-Promotorem in ordine ad ferendam Sententiam &c. emanata in diem hodiernam legitimè prouenieo., quo vnà cum annotatione executionis in calce dictæ citationis per Curſorem deputatum, & iuratum, hicque comparentem per eundem producta contenta eiuſdem citationis, & aliàs ad præſtandum in ſupplementum plenæ probationis ſe Actorem, & ad terminos ſubſtantiales reiterandos admitti, Sententiamque definitiuam ſuper Cultu immemorabili Venerabili Seruo Dei Ladiſlao Gielniovv exhibito, & caſu excepto à Decretis felicis recordationis Vrbani Papæ octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non Cultu editis ferri, & in ſcriptis promulgari petijt, & poſtulauit. Exaduerſo Generoſo Ioanne Cauordovvicz Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ Aduocato &c., Fidei Sub-Promotore in prolationem Sententiæ non aliàs, nec aliter, niſi ſeruatis omnibus, tàm de iure, ſtylo, & conſuetudine, quàm ex diſpoſitione Decretorum Generalium, & nouiſſimorum ſeruandis conſentiente aliàs &c. omni &c.

§. 1. In termino citationis in ordine ad ferendam Sententiam executæ contra SubPromotorem comparet Procurator Cauſæ.

§. 2. Et inſtitit pro d. Sententia diffinitiva decernenda.

Et Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Altememoratus Religioſum Admodum Reuerendum in Chriſto Patrem Matthæum Roznerski Cauſæ præſentis Procuratorem ad reiterandos terminos ſubſtantiales, nec non ad perhibendum, præuia tamen à Cenſuris per prius abſolutione tactis Sacroſanctis Dei Euangelijs, idque in ſupplementum plenæ probationis iuramentum admiſit in eam videlicet formam.

Ego Frater Matthæus Cauſæ præſentis Procurator tactis hiſce Sacroſanctis Dei Euangelijs coram me poſitis, iuro iſta omnia geſta, producta, & per me documentis probata in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Ladiſlai de Gielniovv ſuper Cultu ab immemorabili tempore eidem Beato Ladiſlao exhibito &c. vera, & realia fuiſſe, & eſſe, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta eius Euangelia.

Poſt quod præſtitum iuramentum in inſtanti Sententiam infraſcriptam tulit, & promulgauit, quam mihi Notario infraſcripto ad legendum, & publicandum tradidit ſub tenore ſequenti.

§. 3. Tenor eiuſdem Sententiæ.

Chriſti Nomine inuocato pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum, ipſiuſque Iuſtitiam S. præ oculis habentes per hanc noſtram definitiuam Sententiam, quam de Iuris Peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Ladiſlai de Gielniouv coram nobis à Sanctiſſimo Domino noſtro Domino Benedicto Diuina Prouidentia Papa decimo quarto, & Sacra Rituum Congregatione ſpecialiter Iudice delegato inter Religioſum Admodum Reuerendum in Chriſto Patrem Matthæum RoznerKi Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia Lectorem iubilatum Prouinciarum Ruſſiæ, & Lithuaniæ Excommiſſarium Generalem Prouinciæ Maioris Poloniæ Exprouincialem in præſenti Cauſa vigore facultatum, ſeù Manda-

torum coram nobis judicialiter exhibitorum, & in Proceſſum inſertorum, conſtitutum Procuratorem ex vna, & Generoſum Joannem Czuordouvicz Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarium, & Tribunalium Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ Aduocatum &c. ad hanc Cauſam per nos vigore Litterarum remiſſorialium Sacræ Rituum Congregationis ad Celſiſſimum Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Theodorum Ducem in Rleuvan, & Zurou CzartorijsKi Epiſcopum Poſnanienſem, ſeù eo impedito, & hic Varſauiæ abſente, ad nos directarum ſpecialiter per decretum Fidei ſubpromotorem deputatum ex altera partibus, de, & ſuper cultu ab immemorabili tempore eidem Beato Ladiſlao exhibito, & caſu excepto à Decretis felicis recordationis Vrbani Papæ octaui in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis ſuper non cultu editis; itaque viſa, & reuiſa Cappella hic Varſauiæ in Eccleſia Tituli Sanctæ Annæ Religioſorum Patrum, vulgo Bernardinorum nuncupatorum ſita; Viſis Altaribus, tam in eadem Cappella, quàm in Eccleſia Parochiali in Oppido Gielniouv, & in eo loco, vbi natus eſt in honorem ipſius erectis, necnon Tabellis votiuis argenteis ad eadem Altaria appenſis, ſemperque pendentibus, ac etiam ligneis cum orationibus eiſdem agglutinatis, & à deuoto Populo recitatis, tum Reliquijs in Tumbula obſigillatis in Altari, & Cappella ſupramentionatis, ſitis, necnon Imaginibus, tam in dictis Altaribus, quàm in Refectorium eorundem Religioſorum Patrum &c., & alijs locis, ac parietibus ſupra recenſitarum Eccleſiarum affixis, alijſque omnibus, & ſingulis documentis ad cultum, & venerationem eidem Seruo Dei Ladislao exhibitam ſpectantibus, & in Proceſſu huiuſmodi Cauſæ deſcriptis; Viſis demùm Teſtium depoſitionibus hac in Cauſa coram nobis legitimè inductorum, juratorum, & examinatorum, omnique ſuſpicionis nota carentium, & Peritorum; necnon omnibus ſcripturis, & Iuribus, tam manuſcriptis, quàm Typis mandatis coram nobis productis, & compulſatis; Viſo deoique toto eiuſdem Cauſæ Proceſſu coram nobis fabricato, eodemque diligenter, & accuratè examinato, ac trutinato, alijſque omnibus, & ſingulis matura deliberatione perpenſis, conſideratis, & perſpectis, Chriſti Nomine repetito, dicimus, pronunciamus, declaramus, atque definitiuè ſententiamus conſtare de cultu publico eidem Beato Ladiſlao de Gielniouv à centum, & vltra annis antè promulgationem dictorum decretorum Sanctæ Memoriæ Vrbani Papæ Octaui exhibito, & ad præſens exhiberi, ac in dies multiplicari, & hoc ſcientibus, & tolerantibus Illuſtriſſimis loci Ordinarijs pro tempore, & exinde Cauſam iſtam verſari in caſu excepto à Decretis præmemoratis ſuper non cultu in Congregatione Sanctiſſimæ Inquiſitionis editis, & propterea declaramus hac in Cauſa dictis decretis nullo modo fuiſſe, & eſſe contrauentum, ſed ſufficienter paritum, & ſatisfactum; & ita dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, & definitiuè ſententiamus, non ſolùm præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo &c.

Ita pronunciaui: *Ego Antonius Grzegorzeuvski Archidiaconus, & Officialis generalis Varſavienſis Abbas Plocenſis Coadiutor, Iudex delegatus Apoſtolicus manu propria.*

Cedu-

Cedula Sententiæ vt ſupra latæ lecta fuit, & publicata per me Notarium Actuarium infraſcriptum præſentibus Generoſo Ioanne Czuordouvicz Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Aduocato &c. Fidei Subpromotore, & Teſtibus infraſcriptis die, menſe, & anno vt ſupra. §. 4. *Publicatio eiuſdem.*

De publico cultu, qui ſtatim ab obitu Beati eidem exhiberi cæpit, & ad præſentia uſque tempora exhibetur, cum ſcientia, & tolerantia Ordinariorum pro tempore.

CAPVT I.

Probatio dicti antiquiſſimi Cultus ex Teſtibus in Proceſſu Apoſtolico formiter examinatis.

Num. 6.

I. Teſtis. *Admodum Reu. Dominus Ignatius Minaſouicz Præpoſitus Brochovien. annorum* 56., *Proc. fol.* 157. *ſuper I. articulo dixit* = Qualiter veritas fuit, & eſt, quod dictus Beatus Ladislaus de Gielniouv Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia poſt vitam ſanctiſſimè actam in Officio Guardianatus exiſtens, ac raptus extaticos in Deum ſæpenumero expertus in Conuentu ſui Ordinis Ciuitatis Varſauiæ omnibus Eccleſiæ Sacramentis munitus obdormiuit in Domino anno milleſimo quingenteſimo quinto, quarto nonas Maij maxima cum fama, & opinione Sanctitatis ab Altiſſimo magnis, & frequentibus Miraculis comprobata, ac in Eccleſia dicti Conuentus ſepultus fuit. Teſtes de obitu Beati vniuerſali cum acclamatione Sanctitatis. §. 1. *Annus, & dies obitus Beati vniuerſali cum fama Sanctitatis.*

Interrogatus reſpondit. De vita Sanctiſſimè acta, & de toties repetito actu extatico ad Deum, & quod in Conuentu ſui Ordinis Ciuitatis Varſauiæ omnibus Eccleſię Sacramentis munitus obdormiuit in Domino anno milleſimo quingenteſimo quinto, quartò nonas Maij iam ſuperius dixi; iſtaque ſunt publica, & notoria, & de illis eſt vox publica, & fama, ac reputatio communis, conſtans, Cauſa ſcientiæ.

ſtaos, & inconcuſſa, itaut nihil dictum, factum, vel auditum fuerit in contrarium, & de his non ſolùm per decem, viginti, triginta, & quadraginta annos, totoque tempore meæ recordationis palam, & publicè dici audiui, ſed etiam à meis Parentibus, & Maioribus, qui referebant ſe idem pro certo audiuiſſe à Senioribus aſſerentibus id etiam per ſucceſſiuam traditionem idipſum deriuaſſe ab antiquioribus, & quod nec ego, nec mei Parentes, maiores, & Seniores aliquid in contrarium dictum, factum, ſcriptumque ſciuerint, nec ego ſcio hoc per totum affirmo, & recognoſco, nec aliter eſſe poteſt, quia ſi ſecus eſſet, ego tamquam bene informatus de præmiſſis id audiuiſſem, & aliter ſciuiſſem, & idipſum in Populo diuulgatum fuiſſet.

II. *Admodum Reu. Pater Fr. Franciſcus Vuinderlich Sacerdos Profeſſus Ordinis Min. Obſeru. S.Franciſci unnorum 59., Proceſſ. fol.176. ter, iuxta II. Interrogatorium reſpondit* = Scio bene, quod dictus Seruus Dei Ladislaus obierit Varſauiæ in Conuentu Ordinis noſtri ad Ædes Sanctæ Annæ, quarta menſis Maij anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, cuius obitus erat ex occaſione tali videlicet, poſt mirabilem illam in aere ſuſpenſionem in concione de Christi Paſſione habita, lento ſuper Cathedram demiſſus fuerat paſſu, & ſtatim in languorem incidit, viribuſque deſtitutus ad infirmariam delatus, & infra aliquot hebdomadas munitus Sacramentis ſic vitam ſuam concluſit clarus miraculis, & opinione Sanctitatis cum magno Populi mærore, maximè quibus innotuit miraculis illa in aere ſubleuatio, tum Sanctitas eius vitæ; habeo hoc ex publica fama varij ſtatus hominum tam Spiritualium, quam Secularium, & aliorum Illuſtrium Virorum; quod etiam hoc ipſum legi in Auctoribus, & Hiſtoricis approbatis; hæc fama Sanctitatis dicti Beati Ladislai ortum habuit hic Varſauiæ poſt obitum, ex poſt diuulgata per totum Regnum Poloniæ, & eſt continua, ſine omni interpolatione vſque ad hodiernam diem perſeuerans, hoc mihi eſt bene notum, & nihil in contrarium dictum, factum audiui, vel legi, nec aliter eſſe poteſt.

§. 2. *Annus, dies aliæque circumſtantiæ pretioſæ mortis Beati.*

§. 3. *Vniuerſalis Sanctitatis fama poſt obitum conſtans, & nunquam contradicta.*

III. *Admodum Reu. Pater Carolus Kœnig Diffinitor Prouincialis Ordinis Minorum Obſeru. S.Franciſci annorum 84. Proc. fol.207. ter, iuxta 11. Interrogatorium reſpondit* = Scio, & dici audiui, quod dictus Seruus Dei Ladislaus obijt hic Varſauiæ in Conuentu noſtro die quarta Maij Anno milleſimo quingenteſimo quinto ex hac infirmitate, videlicet, tempore concionis die Paraſceues per ipſum habitæ, quando ſuper Cathedram elatus erat in aerem, & poſtmodum paulatim demiſſus, ſtatim erat deſtitutus viribus, & ad infirmariam deductus, breuique munitus omnibus Sacramentis cum fama, & opinione Sanctitatis obdormiuit in Domino; et hunc exitum illius vitæ ſanctæ demonſtrabant miracula poſt obitum ipſius facta; Hæc verò Fama, & opinio Sanctitatis proceſſit non tantùm à Perſonis ſpiritualibus, & ſecularibus, tam Nobilibus, & Illuſtribus Viris, quàm & à varij ſtatus hominibus, verùm etiam à noſtri Ordinis Patribus ſenio confectis, qui ſe à ſuis Anteceſſoribus audiuiſſe teſtabantur, præcipuè hic Varſauiæ, vbi eſt mortuos; hæc fama viguit, & viget, tandem breui, & in alijs locis Ordinis noſtri, & per totum ferme Regnum Poloniæ diuul-

§. 4. *Pretioſa mors Beati cum fama Sanctitatis.*

§. 5. *Hæc fama proceſſit à cuiuſcumque ſtatus hominibus.*

gata

gata , communiſque inter omnes fuit , & eſt eadem fama continua ab obitu dicti Beati Ladislai uſque ad hodie , nihilque in contrarium audiui , aut legi , nec aliter eſſe poteſt , quia aliàs vti practicus id ſciuiſſem , vel audiuiſſem.

§. 6. *Mira eiuſdem propagatio , & conſtans perſeuerantia uſque in præſens.*

IV. *Admodum Reu. Pater Nicolaus Vuodzinski Diffinitor Generalis Ordinis Eremit. S. Auguſtini annorum 61. Proc. fol. 229. ter. iuxta 11. Interrogatorium reſpondit* = Dici audiui à Patribus Bernardinis ſenio confectis ab annis quadraginta plus minus , dum mihi contigit materia diſcurrendi Beatum, Ladislaum de Gielniouv obijſſe hic Varſauiæ in Conuentu Patrum Beroardinorom ad Eccleſiam Sanctæ Annæ de anno milleſimo quingenteſimo quinto die quarta menſis Maij ex debilitate contracta tempore concionis habitæ in eadem Eccleſia in die Paraſceues , dum Myſterium Flagellationis Chriſti Domini cum magno zelo Populo repræſentaſſet , inclamato aliquoties Nomine *Ieſu* , compatiendo amoroſiſſimè , ſolutus in lacrymas , raptus extaticè ſuper Cathedram , ibique longiore tempore in aere pendulus , tandem paulatim demiſſus à Patribus aſportatus ad infirmariam , & poſtmodum munitus omnibus Sacramentis , dolente Populo, illacrymantibus Religioſis Patribus cum fama , & opinione Sanctitatis , & ſic deſijt viuere ; Poſt eius immediatè obitum magnus confluxus Populi ad eius Corpus conueniebat , recommendando ſe patrocinio illius , & eadem die obitus quædam Religioſa Margaretha eiuſdem Regulæ Sancti Franciſci Conuentus Varſauienſis graues paſſa tentationes, quinque candelas mittendo , votumque faciendo viſitandi Corpus prædicti Beati Ladislai , & eo tempore libera à tentationibus euaſit , tuitque ſtatim fama publicata à Viris litteratis,grauibus, Nobilibus , per totam Ciuitatem Varſauienſem , & circumcirca, tum Populo vniuerſo eiuſdem Ciuitatis deplorante fata Viri ſanctè viuentis , tum ex poſt , ne dum Populi Varſauienſis , verù n etiam Magnatum , ac aliorum , ad quos peruenit notitia obitus dicti Beati Ladislai ; Hæc autem fama a principio vſque ad hæc tempora viguit , & ad præſens viget , imò & augetur ; De his omnidictis legi plures claſſicos Authores approbatos , in contrarium verò nihil dictum audiui , nec ſcriptum legi , aliàs de his ſciuiſſem , vel audiuiſſem, vltrà quadraginta annos commorans hic Varſauiæ in noſtro Conoentu .

§. 7. *Pretioſa mors Beati ſpecialibus cum circumſtantijs.*

§. 8. *Miraculum patratum à Beato eadem die obitus.*

§. 9. *Vniuerſalis fama Sanctitatis Beati ſemper viguit , & augetur.*

V. *Admodum Reu. Dominus D. Adamus Keſſovuski Sacerdos annorum 59. Proc. fol. 260. ter. iuxta 11. Interrogatorium reſpondit* = Scio dictum Seruum Dei Ladislaum obijſſe hic Varſauiæ in Coouentu Religioſorum Patrum Minorum obſeruantium Sancti Franciſci ad Eccleſiam Sanctæ Annæ degentium , anno videlicet milleſimo qningenteſimo quioto , die quarta Maij ex occaſione ſcilicet tali , prædicando in die Paraſceues de Myſterijs Paſſionis Chriſti in Eccleſia eadem ſui Ordinis fuit eleuatus ſuper Cathedram in aerem viſibiliter, ſpectante cum admiratione Populo prò concione congregato, & poſtea paulatim in Cathedram demiſſus, tandem à Fratribus ſui Ordinis debilis ad Infirmariam ex Cathedra tranſlatus , breuique munitus Sacramentis cum fama , & opinione Sanctitatis obdormiuit in Domino ; & hæc fama proceſſit ſtatim ab illis hominibus , qui ſpectabant illam extaſim , & vigebat præcipuè hic Varſauię, eratque communis omnibus hic Varſauiæ

§. 10. *Annus , dies , & occaſio obitus Beati vniuerſali cum fama Sanctitatis.*

§.11. *Quæ ſemper conſtans ſine vlla interpolatione, & contradictione perſeuerauit.*

ſauiæ degentibus, & alijs Varſauiam aduenientibus, nec vnquam fuit interpolata, imo continua per ſucceſſiuam traditionem vſque ad hæc tempora, hoc mihi totum notum eſt ex lectione vitæ præfati Serui Dei, & aliorum Authorum claſſicorum de hoc ſcribentium, nec vnquam aliquid legi, nec audiui, aliterque eſſe non poteſt, quia id ſcirem.

§.12. *Obitus Beati maxima cum fama, & opinione Sanctitatis.*

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Ioſephus Roykieuicz S.Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum 60. Proc. fol.330. ter. ſuper primo articulo dixit* = Veritas eſt de his omnibus, quod Beatus Ladislaus de Gielneouv Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia poſt vitam ſanctiſſimè actam, & raptus extaticos in Deum, omnibusque Eccleſiæ Sacramentis munitus obdormiuerat in Domino anno milleſimo quingenteſimo quinto, quarta menſis Maij cum maxima fama, & opinione Sanctitatis multis miraculis comprobata, & quod in Eccleſia Conuentus hic Varſauiæ Patrum Bernardinorum ſepultus fuerit, quam veritatem ego colligo, & collegi ex ipſius vita, quam ipſemet legi in annalibus, & præter hæc de his eſt publica vox, & fama communis, conſtans, & inconcuſſa, nec aliquid vnquam dictum, factum in contrarium vidi, vel audiui, & non tantùm per decem, viginti, triginta, quadraginta annos, ſed toto tempore recordationis meæ palam de his, & publicè audiui, & etiam Prædeceſſores mei id mihi referebant ſe audiuiſſe à Senioribus, idipſum aſſerentibus; In contrarium autem nihil mihi referebant, & credo, quod aliter eſſe non poſſit, ſi enim eſſet, aliquid de his poſſem audire, vel ſcire.

Cauſa ſcientiæ.

VIII. *Dominus Albertus BetKovvicz Mercator Varſauienſis annorum 80. Proc. fol.348. iuxta 11. Interrogatorium reſpondit* = Scio bene, tam ex lectione Auctorum de hoc narrantium, quàm etiam ex relatione variæ conditionis hominum grandævorum, quod Beatus Ladislaus de Gielneovv hic ſit mortuus Varſauiæ, in ſuo Conuentu nempe Regulæ Sancti Franciſci Patrum Bernardinorum. Mortis autem hæc fuit occaſio, dum zeloſiſſimè concionaretur feria Sexta Maioris Hebdomodæ in vna manu tenendo flagellum, in altera Myſterium, ſeu figuram Flagellationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ad columnam exclamans aliquoties = *Ieſus Ieſus &c.* incidit in extaſim, & eleuatus fuit in aerem ſupra ſuggeſtum, ſeu pulpitum Concionatorum coram magno pro tunc concurſu Populi; Poſtquam autem fuerit paulatim demiſſus ſupra eundem pulpitum, & notabiliter debilitatus, reportatus fuit à Fratribus ſuis Religioſis ad infirmariam, vbi poſt breue tempus omnibus Sacramentis munitus, piiſſimè Domino Deo ſpiritum ſuum reddidit; Signa autem Sanctitatis vitæ ipſius, etiam poſt obitum elucebant in concurſu variæ conditionis hominum ad ipſum concurrentium, & à Diuina Maieſtate in variis ſuis neceſſitatibus iuuamen, & ſolatium per eius merita explorantium, vti & ſemper copioſi recipiebant. Hæc autem fama Sanctitatis vitæ illius hic maximè Varſauiæ florebat, & erat omnibus patetica, & vſque ad hæc tempora floret inceſſanter. Contrarium autem huic famæ Sanctitatis vitæ nunquam audiui, aut legi quidquam. Et aliter eſſe non poteſt, nam permanenti mihi Varſauiæ, vti ſu-

§.13. *Speciales circumſtantiæ antecedentes obitum Beati.*

§.14. *Fama Sanctitatis Beati conſtans ſemper viguit ſinè vlla contradictione.*

periùs fuſſus ſum, annis continuis ſexaginta, coutingeret aliquid contrarij legiſſe, aut audiuiſſe.

X. *Dominus Adalbertus Biatecki Freniſex Varſauien annorum 64., Proc. fol.417. ter. ſuper 1. articulo dixit* = Beatus Ladislaus, cum fuerit toties in Officio Guardiani, & concionatoris, finiuit vitam ſuam ex occaſione extaſis tempore Concionis &c., & mortuus eſt in Conuentu ſuo, Regulæ Sancti Franciſci, hic Varſauiæ Patrum Bernardinorum, omnibus Sacramentis munitus, in anno milleſimo quingenteſimo quinto, quarta die Maij; cum magna fama, & opinione Sanctitatis, cum magnis miraculis, & ibidem in Eccleſia ſupradictorum Patrum Bernardinorum fuit Sepultus; Siquidem de hoc eſt publica, & perfecta fama, vniuoca, & nunquam interrupta, neque mutata: Siquidem in contrarium nemo vnquam aliquid fecit, neque dixit, vt & ego ipſe non per decem, neque viginti, ſed pluſquam quadraginta annos, ſecundum meam memoriam, audiui, & audio publicè de hoc loquentes homines ſeniores me, vti & in libris Polonico idiomate impreſſis de eodem legi, qui homines inuicem dicebant mihi, ſe pariter audiuiſſe à ſuis Prædeceſſoribus, & Senioribus eis, & ſic vnus ab altero per ſucceſſiuam traditionem, adeout neque ipſi, neque illorum Prædeceſſores aliquid vnquam contrarii audiuerint, neque in libris, aut ſcriptis legerint, vti & ego ipſe tamquam beoe informatus, nihil tamen de hoc audiui, aliàs ſi eſſet, ſcirem de hoc.

§. 15. *Pretioſa mors Beati cum fama, & opinione Sanctitatis.*

§. 16. *Quæ nunquam fuit interrupta, mutata, aut contradicta.*

Cauſa ſcientiæ.

Concordant etiam cum ſupradictis Teſtes, VI. Proc. fol.285. iuxta 11. Interrogatorium = & fol 300. ſuper 1. Artic. =, X f.l.378. iuxta 11. Interrogatorium = & fol. 391. ter. ſuper 1. Artic. = & XI. *fol.434. ter. iuxta 11. Interrogatorium =* ac XII. *fol.449. ter. iuxta idem Interrogatorium =.*

Num. 7.

Teſtes de mira percrebeſcentia famæ Sanctitatis poſt obitum.

II. *Adm. Reu. Fr. Franciſcus Voinderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſeru. S. Franciſci annorum 59., Proc. fol. 194. ſuper 2. articulo dixit* = Hoc eſt indubitatum, quod communiter, & ab omnibus hominibus vtriuſque Sexus tàm nobilibus, quàm ignobilibus, etiam Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis Canonicis, & Vniuerſo Clero, nedum iſtius Diæceſis, ſed quò peruenit Sanctitas, & miracula Beati Ladislai, nec non etiam à Regibus, Principibus, Palatinis, vniuerſiſque Ordinibus Nobilitatis Poloniæ, tum etiam à Magiſtratibus, & Ciuibus, Incolis, ac vniuerſa Plebe communiter, & palam reputatus fuit, & de præſenti habetur, & reputatur pro vero Seruo Dei, Prædicatore verbi Dei indefeſſo, Catholicæ Fidei, & Religionis Aſſertore, & Propugnatore, & virtutibus omnibus pollente, & eidem tamquam *Sancto, & Beato*, prout ſuperiùs dixi, ab ipſius immediatè obitu cæpit exhiberi publicus cultus, & veneratio, talis, qualis præſtatur aliis Sanctis, & Beatis, & illius Imagines, & Reliquiæ in maxima ſemper ſunt, & aſſeruantur veneratione, & erga eum omnes ſupraſcriptæ perſonæ habebant, & habent deuotionem, reuerentiam, & venerationem, quia piè credunt eum eſſe Sanctum, & in gloria cæleſti cum Chriſto regnare, & in ſuis anguſtiis, & infirmitatibus, ac neceſſitatibus eum implorant, experti enim ſunt eius interceſſione à Deo plurima auxilia, & miracula, quæ

§. 1. *Vniuerſalis Sanctitatis Beati fama penes omne perſonarum genus etiam penes Principes, & Reges.*

§. 2. *Immediate ab obitu exhiberi cæpit publicus cultus tamquam Sancto, & Beato.*

§. 3. *Vniuerſalis deuotio ob aſſiduas, quæ Beati interceſſione à Deo patrante miracula.*

quæ in eius vita, & poſt mortem patrata fuerunt, & iſta ſunt publica, & notoria, eſtque de illis publica vox, & fama, ſemper conſtans, & inconcuſſa; Hiſtoricique, & Scriptores idipſum referunt, & quantum ego poſſum de tempore vitæ meæ recordari, id publice ab hominibus audiui, & id Prædeceſſores Patris mei referebant aſſerentes id audiuiſſe etiam ab antiquioribus hoc totum, quod ego depono, neque vnquam aliquid in contrarium egomet vidi, vel audiui, vel ſcriptum fuiſſe legi, quia impoſſibile eſſet, vt aliquis ſciens de contrario id non patefaceret, quod ego tamen non audiui.

Cauſa ſcientiæ.

III. *Adm. Reu. Pater Carolus Kenig Diſſinitor Prouincialis Ord. Min. obſeru. Sancti Franciſci annorum 84., Proc. 206. ter. iuxta 9. Interrogatorium reſpondit* = Dictus Seruus Dei Beatus Ladislaus de Gielneovv ab ingreſſu Religionis vitam ſuam duxit, non tantùm hic Varſauiæ in Conuentu Ordinis noſtri, ſed in aliis Conuentibus per totam Prouinciam, in quibus de Superiorum obedientia habitabat, tum Officio Guardianatus, & bis Prouincialatus per Maiorem Poloniam fungebatur, tandem ſenio grauatus, & laboribus fractus, hic in Conuentu Varſauiæ vitam finiuit, eſt mihi hoc notum, tam ex antiquis ſcripturis in Archiuio Religionis noſtræ repertis, quàm etiam ex vita ipſius typis impreſſa, ac aliis Claſſicis Authoribus, & Hiſtoricis de Sanctitate vitæ ipſius referentibus, quos Authores contigit mihi non ſemel in ante legiſſe; Fama autem, & exiſtimatio fuit ſemper de illius vita, cum reputatione Sanctitatis, cuius ſigna fuerunt mortificationes corporis, ieiunia, diſciplinæ, macerationes, & alia pia opera, quæ fama Sanctitatis illius vitæ ortum habuit in primis ab his, qui in vita eum illo conuerſabantur, & qui obſeruabant eius vitam religioſam, & auſteriorem, tandem per ſucceſſiuam traditionem à ſenioribus meis Patribus, & aliis Viris grauiſſimis, ac per varia ſcripta Authorum deuenit ad noſtra tempora, maximè hic in Conuentu Varſauienſi noſtro viguit eadem fama Sanctitatis, ac in aliis Conuentibus, vbi morabatur, & hæc huc vſque eſt continua ſine interpolatione, communiſque apud omnes non tantùm hic Varſauiæ, ſed in toto Regno Poloniæ; Et ego ipſemet ita reputo, nec aliter ſentire, aut ſenſiſſe audiui, nec alii vnquam aliter ſenſerunt, quia aliter audirem, aut legerem.

§. 4. *Officia exercita à Beato in vità, & locus obitus.*

§. 5. *Fama Sanctitatis in vita ſemper viguit.*

§. 6. *Quæ ortum habuit ab iis, qui vitam Sanctā Beati intuebantur, & obſeruabant.*

§. 7. *Ad hæc vſque tempora peruenit.*

§. 8. *Viguit, & viget, ſine interpolatione tam Varſauiæ quàm in toto Poloniæ Regno.*

IV. *Admodum Reu. Pater Nicolaus VvodzinsKi Diſſinitor Generalis Ord. Eremit. S. Auguſtini annorum 61., Proc. fol. 246. ſuper 2. articulo dixit* = Hoc certum eſt, quod non tantùm in ciuitate Varſauienſi, in qua Religionem Beatus Ladislaus Sancti Franciſci de obſeruantia vulgò Bernardinorum ſuſcepit, Profeſſionem emiſit, mortuus, & Sepultus quieſcit, ſed etiam in Oppido Gielnoovv, in quo natus, & baptizatus fuit, & ab omnibus vtriuſque ſexus hominibus non ſolùm in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Canonicis, & vniuerſo Clero, ſed etiam à Regibus, & Principibus, Palatinis, vniuerſiſque ordinibus Nobilitatis Poloniæ, Ciuibus, & Incolis, ac denique vniuerſa Plebe, & per vniuerſa ferme loca in toto Regno Poloniæ reputatus ſemper fuit, & ad præſens reputatur, & habetur Beatus Ladislaus pro vero Seruo Dei, indefeſſo verbi Dei Prædicatore,

§. 9. *Vniuerſalis fama Sanctitatis in ciuitate Varſauiæ, & oppido Gielnouij.*

§. 10. *Penes omne perſonarum genus, Principes etiam, ac Reges.*

§. 11. *Ac in toto Regno Poloniæ.*

Fi-

Fidei, & Religionis Aſſertore, & Propugnatore, omnibuſque virtutibus ornatiſſimo, ideo etiam tanquam *Sancto, & Beato* immediatè ab eius obitu cæpit exhiberi publicus cultus, & veneratio talis, qualis præſtatur aliis Sanctis, & Beatis, illiuſque Imagines, & Reliquiæ à die obitus eius vſque in præſens in maxima conſeruantur veneratione, dictæque Perſonæ, tam ſpiritualis, quàm Secularis ordinis erga dictum Beatum ſemper geſſerunt deuotionem, & gerunt, credenteſque ſemper, quod eius interceſſione, & meritis ſint remedium à Deo optatum impetraturę, & de facto vti hanc gratiam ſunt expertæ, & ego ipſemet interceſſione eius à fractione pedis, ſiue cruris liberatus ſum, deque iſtis miraculis, veneratione Imaginum, & Reliquiarum eius ego optimè ſcio de tempore vitæ meæ, videndo toties deuotum Populum ad eum, & etiam id legi apud ſcriptores, & Hiſtoricos probatæ fidei, & quoque à Maioribus meis, qui aſſerebant ſe audiuiſſe etiam à Senioribus ſuis aſſerentibus per ſucceſſiuam traditionem idipſum deriuaſſe, nec dicebant aliquid in contrarium ſe audiuiſſe, vel ſciuiſſe, neque etiam ego ſtante vita mea, aliquid in contrarium audiui, vel ſcriptum legi, imò aliter eſſe non poteſt, quia neque vmbra in Populo contrariæ opinionis habetur.

§. 12. *Publicus cultus ſtatim poſt obitum exhiberi cœpit tanquam Sancto, & Beato.*

§. 13. *Ac eius Imaginibus, et Reliquiis.*

§. 14. *Vniuerſalis & perpetua deuotio erga Beatum ob Gratias, quas illius interceſſione obtinentur.*

§. 15. *Teſtis interceſſione Beati à fractione pedis, ſiue cruris liberatus eſt.*

V. *Adm. Reu. Dominus Don Adamus KoſſovvsKi Sacerdos annorum* 59., *Proc. fol.* 159. *ter. iuxta* 9. *Interrogatorium reſpondit* = Scio, quod Beatus Ladislaus in primis ſtudia tractauerit in vniuerſitate Cracouienſi ſumptu Parentum ſuorum, tandem venit Varſauiam, & ingreſſus eſt Sanctum Religionem Patrum Bernardinorum, ſeu Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci ad Ædes Sanctæ Annæ hic Varſauiæ degentium, hieque in Nouitiatu vitam exemplarem ducens iuxta Regulam Sancti Franciſci à Maioribus ſui Ordinis fuit pro variis functionibus deputatus, partim Concionator, tandem ter Guardianus variis in locis per Poloniam, quinquies Prouincialis, vltimò iterum hic Varſauiæ Concionator, ſemper tamen cum fama, & exiſtimatione Sanctitatis vitæ, cuius ſigna fuerant continua deuotio, inſtructio Populi in Myſteriis Fidei, ieiunia, macerationes Corporis, quæ virtutes Populum, & alias diſtinctioris conditionis Perſonas concitabant ad ſe recommendandum piis eiuſdem Beati Ladislai orationibus, & recurrebant ad illum pro recipiendis conſiliis in rebus Spiritualibus; hæc autem fama Sanctitatis vitæ maximè hic Varſauiæ vigebat, & erat continua, & non interrupta, non tantùm ſtante vita ipſius, ſed & huc vſque viget, & durat, fuitque pro eo tempore communis omnium hic maximè Varſauiæ, & ego ipſemet ita reputo, & ſentio, nihilque in contrarium audiui, nec legi; præmiſſa autem omnia habeo ex lectione vitæ typis impreſſæ dicti Beati Ladislai, ac aliorum Authorum Claſſicorum, & approbatorum in hac materia ſcribentium, quod non ſemel contigit mihi legiſſe, nec aliter etiam eſſe poteſt, ſiquidem legiſſem id, aut audiuiſſem.

Cauſa ſcientiæ in ſupradictis omnibus.

§. 16. *Vita Beati, eiuſque fama Sanctitatis.*

§. 17. *Quæ tam in vita, quàm poſt obitum viguit, & viget ſine interruptione vſque nunc maximè Varſauiæ.*

VI. *Perilluſtris Dominus Stephanus SKvvarczynsKi S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum* 63., *Proc.* 301. *ſuper* 2. *articulo dixit* = Clarum eſt, quod Beatus Ladislaus in Oppido Gielneovv eſt natus, baptizatus, & educatus hic Varſauiæ, vbi ſanctè decumbit pro Sancto, ſeu Beato reputatur, & habetur, neſcio, quod

D pro

§. 18.
Fama Sanctitatis in ciuitate Varſauiæ, oppidis Gielniouij, & Skepæ, ac in aliis locis Poloniæ.

§. 19.
Ac etiam penes Principes, & Reges vſque ad præſens.

§. 20.
Tanquam Beato, & Sancto publicus cultus exhibitus poſt obitum ac etiam Imaginibus, & Reliquiis vſque ad præſens.

pro tali in vniuerſo Regno Poloniæ reputetur, præterquam hic Varſauiæ tum in Oppido Gielniovv, atque in Oppido SKepæ, & tamen puto, quod etiam in aliis locis iſtius Regni, in quibus huius Serui Dei Sanctimonia, atque nomen inclaruit, quod verò in verbo Dei diuulgando ardentiſſimus, & in omni virtute perfectiſſimus fuerit, ita cenſeo; iam verò quod à Regibus, Principibus, Palatinis, & aliis Senatoribus, tam Spiritualibus, quàm Secularibus pro Sancto deſideratus fuerit, id conſtat ex duplicatis inſtantiis Regni Poloniæ ſub Sigiſmundo tertio, & Auguſto ſecundo, & de facto ad hæc vſque tempora pro Sancto, ſeu Beato idem Seruus Dei habetur, & reputatur, & propterea que eidem tamquam *Sancto*, ſiue *Beato* poſt eius obitum exhiberi cæpit publicus cultus, & veneratio, qualis præſtatur aliis Sanctis, & Beatis eiuſque Imagines, & Reliquiæ vſque in præſens conſeruatæ fuerint, & ſunt; pièque credentes eum eſſe Sanctum implorant, & inuocant eius auxilium in ſuis anguſtiis, & neceſſitatibus, prout & ego credo, quod poſſit intercedere ad Deum pro fidelibus deuotis, quia hæc ſunt publica, & notoria cum fama communi coniuncta; & idem aſſerunt prædicti Authores grauiſſimi, de quibus ſupra dixi, & nihil in contrarium toto vitæ meæ tractu audiui, aut legi.

§.21.
Vniuerſalis Famæ Sanctitatis vſque ad præſens etiam penes Epiſcopos, ac Reges.

§.22.
Imaginibus, & Reliquiis publica veneratio exhibita.

§. 23.
Populi, ac Teſtis deuotio erga Beatum ob gratias, quas eius interceſſione experti ſunt.

Cauſa ſcientię.

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Ioſephus Roykleuuicz S. Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum* 69., *Proc. fol.* 331. *ſuper* 2. *articulo dixit* = Hoc certum eſt, quod communiter ab omnibus vtriuſque ſexus, tam Nobilibus, quàm Ignobilibus, & etiam Epiſcopis, Prælatis, & Canonicis, & vniuerſo Clero; Similiter à Regibus, Principibus, Palatinis, vniuerſiſque Ordinibus Nobilitatis Poloniæ, atque à Ciuibus, & vniuerſa Plebe, & per vniuerſa loca, vbi fama de Sanctitate Beati Ladislai de Gielneouu peruenit, communiter, & palam habitus, & reputatus fuit, & ad præſens habetur, & reputatur pro vero Seruo Dei, Prædicatore verbi Dei indefeſſo, Religionis, & Fidei Catholicæ Aſſertore, ac denique pro Beato, & Sancto, quia de tempore vitæ meæ à Perſonis dignitate præfulgentibus audiui, & etiam à Prædeceſſoribus meis id mihi relatum habui, & eadem ratione etiam recognoſco, quod Imagines, & Reliquiæ dicti Beati Ladislai in maxima conſeruabantur, & conſeruantur veneratione, ad quas deuotus Populus recurrit, & eaſdem veneratur, credens illum inuincibiliter eſſe Sanctum, & in gloria celeſti cum Chriſto regnare, cuius opem, & auxilium in ſuis neceſſitatibus, & anguſtiis ſemper implorabat, & implorat, quia certò confidit quod per merita eius à Deo remedium optatum eſt impetraturus, quemadmodum etiam multi deuoti ad eam gratiam, & remedium in ſuis afflictionibus eius interceſſione experti ſunt, & ego ipſemet expertus ſum, verbo dicendo, etiamſi ego de præmiſſis nihil recognoſcerem, tamen publica fama, & vox conſtans, & inconcuſſa in Populo hic in noſtro Regno Poloniæ poteſt quemlibet edocere; nihilque vnquam dictum, aut factum, vel auditum in contrarium fuerat, imò & vita ipſius Beati Ladislai hoc ipſum teſtatur, & non ſolùm per decem viginti, triginta, & quadraginta annos, ſed etiam toto vitæ meæ tempore palam, & publicè id dici audiui,

& etiam

& etiam à Predeceſſoribus, & Maioribus meis, qui referebant ſe à Senioribus ſuis idem pro certo audiuiſſe relatum habui, nec ipſi aliquid in contrarium audiuerant, nec ego audiui dictum, factum, geſtum, vel ſcriptum, & quod aliter eſſe non poteſt, quia aliquid de hoc audiuiſſem, vel ſciuiſſem.

VIII. *Dominus Albertus Betkovvicz Mercator Varſauienſis annorum 80., Proc. fol. 365. ter. ſuper 2. articulo dixit:* Et hæc eſt veritas infallibilis, quod propter magnam Sanctitatem Beati Ladislai de Gilneovv, in toto ferè Regno Poloniæ, tam à Prælatis Spiritualibus, quàm à Regibus, Principibus, Nobilibus Polonis, & Incolis, vbicunque eluxit fama huius Beati Ladislai; ſemper tenebatur pro vero Seruo Dei, Zeloſo Prædicatore, Defenſore Fidei, & pro Beato, ac Sancto. Et ferè ab obitu ipſius ſemper homines eum illi honorem, & venerationem præſtabant, quem præſtare ſolent alijs Sanctis. Et obſeruabant eius Imagines, ac Sacras Reliquias, quæ ad hæc vſque tempora conſeruantur in magna veneratione, & honorantur cum omni deuotione. Et non aliter creditur, vt & ego ipſemet credo, quod hic Sanctus iampridem cum Chriſto regnat in Cœlo, & per eius interceſſionem omnes ſperant in ſuis neceſſitatibus, & anguſtijs adiutorium à Domino Deo, vti & experti ſunt tot homines, & experiuntur per miracula facta, quæ & ego ipſemet ſum expertus in caſibus, & periculis vitæ meæ, & pridem mihi de hoc Anteceſſores mei narrabant, quod ab alijs pariter ſuis Prædeceſſoribus audiuerint: quod hæc ſit res veriſſima: contrarij autem aliquid vnquam audiui, aut legi. Et aliter eſſe non poteſt, quia permanendo ſemper inter homines, audiuiſſem aliquid à quocunque.

§. 24. *Vniuerſalis fama Sanctitatis penes omne perſonarum genus in toto Regno Poloniæ.*

§. 25. *Publicus cultus exhibitus vſque ab obitu, ac Imagines, & Reliquiæ publicæ venerationi expoſitæ ſunt.*

§. 26. *Miracula quæ interceſſione Beati à Deo impetrant deuoti.*

X. *Dominus Adalbertus Bialecki Freniſex Varſauien annorum 64., Proc. fol. 418. ſuper 2. articulo dixit:* Scio de hoc, quod Beatus Ladislaus natus ſit in Oppido Gielniovv poſtea à Parentibus miſſus erat ad Accademiam Cracouienſem, & ibidem fuit educatus in iuuentute ſua, poſtea intrauit Religionem Sancti Franciſci in Conuentu Varſauienſi Patrum, vt hic dicuntur communiter, Bernardinorum, & hic profeſſionem fecit, ſemperque bona fama virtutum, & Sanctitatis floruit. In quo Conuentu & obijt. Hæc autem fama virtutum, & Sanctitatis in toto fere Regno Poloniæ floruit, & ſicuti ſtante vita, ita & poſt obitum ab hominibus fide dignis vtriuſque ſexus, pariter ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prelatis, Canonicis, & toto ſtatu ſpirituali, vti etiam à Regibus, & præcipue à Rege Sigiſmundo, vti & à Senatoribus, Miniſtris, Nobilibus Polonis, Magiſtratu, & Incolis, ac totius Vulgi: & particulariter hic Varſauiæ ſemper, & publicè fuit habitus pro vero Seruo Dei, indefeſſo verbi Dei promotore, Sanctæ Catholicæ Fidei defenſore, & Confeſſore, virtutibus omnibus ornato; & ideo eidem Seruo Dei Ladislao, tamquam *Sancto, & Beato*, ſtatim poſt mortem ipſius honor, & veneratio eadem, quæ alijs Sanctis exhibita fuit, exhibetur. Pariter Imagines eius, & Reliquiæ, à die obitus eius, vſque ad hodiernum diem, ſemper ſunt cum omni veneratione conſeruatæ. Et ſupradictæ Perſonæ ſemper habuerunt, & vſque ad hodiernum diem habent ad ipſum deuotionem, & venerationem exhibent pie

§. 27. *Vniuerſalis fama Sanctitatis in vita in toto Regno Poloniæ.*

§. 28. *Ac etiam poſt obitum.*

§. 29. *Penes omne perſonarum genus, ac etiam Epiſcopos, Principes, & Reges.*

§. 30. *Statim poſt obitum publicus cultus exhibitus, & Imagines, ac Reliquiæ venerationi expoſitæ.*

§.31.
Mira erga Beatum deuotio ob innumera quæ eius interceſſione à Deo patrantur miracula.

Cauſa ſcientiæ.

piè credentes, & habentes eum pro Sancto in Gloria Cœleſti cum Chriſto regnante, eius protectioni in ſuis deſiderijs, neceſſitatibus, infirmitatibus ſe commendantes, tam antea, quàm vſque ad hodiernum diem, tamquam iam in tot caſibus per innumerabilia miracula Patroni comperti, & hoc eſt omnibus publicum, & omnibus notum, ſiquidem tam in mortem, quàm etiam poſt mortem, ſemper manet publica fama, & nunquam ceſſans, adeout nihil vnquam contrarij factum, aut auditum ſit. Imò ſic Hiſtorici Polonico idiomate impreſſi, quos ego ipſemet legi, vt & homines graues, & fide digni teſtantur, & ſcribunt de hoc. Vti & ego ipſe pluſquam ab annis quadraginta publicè, & expreſsè de hoc ab hominibus in ætate ſenioribus me audiui, qui mihi narrabant, quod & ipſi pariter ab omnibus etiam ſe in ætate ſenioribus audiuerint, & aliter hoc eſſe non poteſt, nam ego iam tot annis hic Varſauiæ permanendo, debuiſſem aliquid contrarij audiuiſſe, aut legiſſe.

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, I. *Proc. fol.* 117. *iuxta* 9. *Interrogatorium* = *& fol.* 158. *ſuper* 2. *art.* =, IX. *fol.* 377. *t. iuxta* 9. *int.* = *& fol.* 391. *ter. ſuper* 2. *art.* =, XI. *fol.* 434. *iuxta* 9. *int.* =, & XII. *fol.* 448. *ter. iuxta* 9. *interrogatorium*.

Num.8.
Teſtes de vniuerſali deuotione, & frequentiſſimo populorum concurſu tam ad antiquum, quàm ad aliud ſepulchrum Beati cũ publica exhibitione cultus.

I. *Admodum Rev. Dominus D. Ignatius Minaſzouicz Præpoſitus Brochouien annorum* 56., *Proc. fol.* 126. *iuxta* 15., *&* 16. *Interrogatorium reſpondit* = Accedebam Sepulchrum ſeu Cappellam dicti Serui Dei Ladiſlai de Gielniovv in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauiæ vbi Sacra Oſſa quieſcunt dicti Serui Dei Ladiſlai, idque multoties accedebam, antequam peſtis graſſaretur hic Varſauiæ, & circumcirca, ſunt anni elapſi quadraginta, & poſt etiam ceſſante lue peſtifera, frequenter accedebam dictam Cappellam cum Miſſæ Sacrificio, gratias agendo pro patrocinio, quod me, & Parentes meos idem Beatus Ladiſlaus, cuius opem implorauimus, liberauerit ab hac peſtifera lue.

§. 1.
Continuus populi concurſus ad ſepulchrum Beati ab immemorabili tempore.

Vidi multoties, & fermè continuò, & ad hæc vſque tempora accedentem Populum, nedùm Varſauiæ exiſtentem, verùm etiam & ab extra venientem ad Sepulchrum, ſeu Cappellam dicti Serui Dei Ladiſlai de Gielniovv, tum etiam à Maioribus meis, & alijs ſenio confectis Viris, quod ſimilis concurſus Populi practicabatur de tempore vitæ eorum, & in ante; aliter autem neſcio, nec dicere poſſum. Cauſa autem, & occaſio concurſus Populi fuerat implorandi patrocinium in varijs neceſſitatibus, & id à multis audiui, qui experti erant gratiam per inuocationem dicti Serui Dei, & ego ipſemet cum conſanguineis meis, Amicis, Parentibus, præſertim in periculo graſſantis Peſtis expertus ſum, multi enim homines, qui nobiſcum commercium habebant, manducabant, conuerſabantur, varijs ſtatus, & conditionis hac peſte mortui ſunt, nos autem patrocinio eiuſdem Sancti præſeruati fuimus ab eodem periculo. Et eiuſmodi concurſus Populi maximè tempore peſtis in dies continuabatur, &

§. 2.
Præſertim tempore peſtis, & generalium Comitiorum, ac in die anniuerſaria obitus.

ex poſt præcipuè tempore generalium Comitiorum Regni Varſauiæ celebratorum, tum cadenti die obitus eius, ſcilicet quarta Maij, & alijs temporibus pro deuotione Populi concurrentis, & ad hoc vſque tempus idem cultus præſtatur, & continuatur.

Hoc

Hoc pariter infallibile, quod fama ſit publica nedùm ad preſens, ſed adhuc ſtante vita dicti Ladiſlai Serui Dei, tanto magis poſt obitum ipſius, & in dies iſta fama augetur, quod reputatur, habetur, & nominatur pro Sancto. Fama autem iſta creuit à varijs ſtatus, & conditionis hominibus, tùm Proceribus Regni, & fermè tota plebe audiui; dubitare autem nemo poteſt; quod dictus Sanctus Ladiſlaus valeat intercedere ad Deum, & auxilium ferre inuocantibus eum, quia tot ſunt exempla illius protectionis, ſcilicet, quod ipſo intercedente ceſſauerit lues peſtifera prima, & antiquior Varſauiæ, quæ immediatè poſt ceſſantem peſtem aſſumpſit illum pro Patrono ſingulari, vti teſtatur teſtimonium huius Ciuitatis Varſauiæ de anno milleſimo ſexcenteſimo tertio authenticum, quod in originali legi, & alterum ſimile Venerabilis Capituli Varſauiæ de eodem anno datum, quod etiam in Originali legi, & quemadmodum ſtante vita fuit concurſus Populi ad dictum Sanctum, ita & ad præſens continuatur ſine minima interpolatione, & diminutione.

Concurſus Populi ad prędictum Sanctum credo, quod conſiſtat in numeroſa Populi frequentia, quam ipſe obſeruaui, & oculis meis vidi, & de huiuſmodi concurſu, & deuotione loci Ordinarij notitiam, & certam ſcientiam habuerint, & ideò non eſt dubitandum, quia Vicarij Generales eorum Proceſſionibus publicis, & concurſibus aſſiſtebant, & ſubſequenter alij Ordinarij, quos noui, ſtante mea vita, dictum concurſum, & deuotionem tolerabant, & permittebant; ipſi enim in perſona ſua Sacrificia Miſſæ tam cantata, quam lecta varijs temporibus ad idem Sepulchrum Beati Ladiſlai, ſeu in Cappella eius celebrabant, quibus egometipſe aſſiſtebam, quia Cappellanus pro illo tempore eorum; de expreſſa autem approbatione Ordinariorum in ſcripto, neſcio.

§. 3. Cum ſcientia & approbatione Ordinariorum exhibentium Beato publicum cultum.

Deuotionem ad iſtum Sanctum vniuerſus Populus, & per vniuerſum Populum intelligo Catholicum in Ciuitate Catholica Varſauienſi manentem, & fermè in omnibus locis alijs per totum Regnum Poloniæ, & magnum Ducatum Lituaniæ præſertim vbi Imagines eius in Altaribus ſunt expoſitæ vtpote hic Varſauiæ in Oppido Gielniovv, vbi fuit natus, tum in Eccleſia Conuentus Skepenſis. Deuotio autem Populi concurrentis conſiſtit in publicis Proceſſionibus, in audiendis Miſſarum Sacrificijs, in decantando Hymno per dictum Seruum Dei Ladiſlaum de Beatiſſima Virgine Maria compoſito, qui incipit latinè = *Qui vult ſeruire Virgini Mariæ &c.* = in oblationibus eleemoſynarum, Votorum, Tabellarum, Candelarum, in genuflexionibus, in ſuſceptione Sacræ Communionis ad Altare honori Beati Ladiſlai extructum, & Sacramentalis Confeſſionis, & alijs quamplurimis actibus etiam me præſente, & proſpiciente peractis, & oblatis; Deuotio autem ad dictum Beatum Ladiſlaum à tempore recordationis meæ iam fuit, & ad pręſens continuatur, & ab immemorabili tempore cæpit, & continuabatur ſine vlla interpolatione, ac perſeuerabat, & nunc in dies augetur, vt ipſemet vidi, & video vti reſidens Varſauiæ. Vera ſcientia, & notitia Ordinarios, & eorum Vicarios Generales dictæ deuotionis non latebat, quia ſępiùs ipſimet loci Ordinarij, & Vicarij Generales

§. 4. Vniuerſalis Deuotio erga Beatum in toto Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lithuaniæ.

§. 5. Species publici cultus ab immemorabili tempore exhibiti per Deuotos.

§. 6. *Ac etiam per loci Ordinarios, & Vicarios Generales.*

les eandem deuotionem in dicta Cappella Beati Ladiſlai exercebant, tam in die obitus ipſius, quàm alijs temporibus per annum, quibus deuotionibus in perſona mea aderam, & ipſemet toties celebraui.

§. 7. *A tempore obitus vſque ad præſens tam ad ſepulchrum, quàm ad Cappellã frequentiſſimus eſt Populi concurſus, ac etiam Epiſcoporum, Principum, & Regum.*

§. 8. *Qui colebant & colunt Beatum publicæ venerationis actibus cum ſcientia Ordinariorum.*

II. *Adm. Reu. Pater Fr. Franciſcus Winderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſeru. S. Franciſci annorum 59. Proc. fol.195. ſuper 4. articulo dixit* = Et hoc certum eſt, quod à tempore obitus Beati Ladiſlai vſque ad pręſens tam ad antiquum Sepulchrum, quàm expoſt extructam Cappellam, vbi eius oſſa quieſcunt, vndique confluebat, & confluit Populus cuiuſuis ſexus, & conditionis, etiam Reges, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Magnates, & Proceres Regni Poloniæ, & etiam Moderna Sereniſſima Regina Regni Polonię, qui publicè, & palam dictum Beatum Ladiſlaum colebant, & colunt, & eius ſe Patrocinio commendant ibidem genuflectendo, oſculando, & orando, & alia ſigna publicę adorationis, & cultus, quę alijs Sanctis, & Beatis exhiberi ſolent, exercendo cum tolerantia, & ſcientia Epiſcoporum Poſnanien, imò cunctorum in dignitate conſtitutorum, tam Officialium Eccleſiaſticorum, quàm Secularium, atque Populi conſenſu, & hęc ſunt publica, & notoria, quia in oculis omnium verſantur, & nemo eſt, qui contrarium diceret, nec ego ab aliquo audiui, idque totum Hiſtorici, & Scriptores per me ſupracitati referunt, & Anteceſſores mei id totum referebant.

§. 9. *Frequentiſſimus & continuus cuiuſcumque generis Perſonarum ad Cappellam, & Altare Beati.*

§. 10. *Cum exhibitione publici cultus ab immemorabili tempore, tolerantibus Ordinariis.*

III. *Adm. Reu. Pater Carolus Kunig Diffinitor Prouincialis Ord. Min. Obſer. S. Franciſci annorum 84. Proceſ. fol.218. ter. ſuper 4. articulo dixit* = Et de hoc iam recognoui, quod ad locum, Cappellam, ac Altare, vbi Oſſa dicti Beati Ladiſlai quieſcunt, confluit ſemper Populus varij ſexus, & conditionis, tam Nobiles, quàm Ignobiles, & etiam Magnates, & Proceres Regni Polonię publicè, & palam colentes Beatum Ladiſlaum, qui etiam ſe commendant eius Patrocinio, orando, genuflectendo, & alia ſigna venerationis, & cultus, pręſtando, quę pręſtari ſolent alijs Sanctis, & Beatis, hoc enim ipſe vidi, & audiui, & omnes vident, & in variis locis ſemper de his eſt conſtans, & inconcuſſa fama, non tantùm per annos quadraginta, ſed ab immemorabili tempore, quod Anteceſſores mei Ordinis Patres id mihi referebant, nec in contrarium aliquid vidi, & audiui, & Ordinarii hoc tolerabant, quia ibi etiam pręſentes ſolebant adeſſe.

§. 11. *Confluunt ad tumulum Beati Plebs, Epiſcopi, ac Proceres Regni Poloniæ.*

§. 12. *Exhibentes publicum cultum cum ſcientia Ordinariorum.*

IV. *Admodum Reu. Nicolaus VvodzinsKi Definitor Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61. Proc.247.tergo ſuper 4. articulo dixit* = Vtique quiuis videt accedens ad locum, vbi oſſa Beati Ladiſlai quieſcunt, & egomet vidi, & video, quod confluebat, & confluit Populus vtriuſque ſexus, tam ex Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Magnatibus, & Proceribus Regni Poloniæ, qui iſtum Beatum Ladiſlaum colunt, & ſe eius Patrocinio commendant orando, genuflectendo, oſculando, & alia ſigna venerationis talis, qualis præſtari ſolet alijs Sanctis jam canonizatis exercendo, & certè hæc omnia, quæ ſuppono fuiſſe cum ſcientia, & notitia loci Ordinariorum pro tempore, qui etiam ipſimet deuo-

deuotionem ad eundem Beatum Ladislaum exercebant, conſenſuſque Miniſtrorum, & Officialium, tàm Eccleſiaſticorum, quàm Secularium, quomodo ad præmiſſa intercedere non debuerit, quandò ipſimet Patrocinium ipſius implorabant, & ſicut de alijs, ita & de his eſt publica vox, fama conſtans, & inconcuſſa; in contrarium enim nihil vnquam dici audiui, ſed hoc totum etiam apud Hiſtoricos grauiſſimos, & fide dignos legi, & ipſe recordor de tempore vitæ meæ, ſemper recurriſſe homines ad prædictum Beatum Ladislaum, & quod etiam in ante dicta deuotio practicabatur, & à Populo exercebatur audiui à Maioribus meis, qui mihi per ſucceſſiuam traditionem à Senioribus ſuis aſſerebant id audiuiſſe, & in contrarium nihil mihi vnquam referebant, nec aliter eſſe poteſt; qui enim fuerant de his informati, de facto aliquid in contrarium retuliſſent, ſi id verum aliquando fuiſſet. §. 13. *Ab immemorabili tempore.*

V. *Admodum Rev. Dominus Don Adamus Koſſovvski Sacerdos annorum 59. Proc. fol. 274. ſuper 4. articulo dixit* = Semper ad præſens, & de tempore vitæ meæ confluebat Populus, & confluit ad Cappellam, & Altare, vbi oſſa Beati Ladislai quieſcunt, ibique ſolent eſſe tàm Magnates, quàm Proceres huius Regni, & Viri grauiſſimi ipſum recolentes prò Beato, & eius Patrocinio ſeſe commendantes per genuflexiones, pia ſuſpiria, Orationes, Eleemoſynas, & alia ſigna pietatis alijs Sanctis, & Beatis à Populo exhiberi conſueta; hoc mea ætate vidi, & video, & quod ab obitu ſtatim dicti Beati Ladislai ſimilis confluxus Populi practicabatur, id legi in Hiſtoricis, & de his eſt publica vox, & fama, & communis reputatio conſtans, & inconcuſſa; in contrarium autem nihil vidi, vel audiui, neque legi, neque à Maioribus, & Parentibus meis relatum habui, & quomodo aliter eſſe poteſt, quando nullus de Populo in contrarium aliquid dicit.

§. 14. *Concurſus cuiuſcunque generis Perſonarum ad Cappellam. & Altareſta im ab obitu venerantium pro Beato cum publico cultu*

VIII. *Per'Illuſtris Dominus Gregorius Ioſephus RoyKievvicz Sac. Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum 69. Proc. fol. 332. tergo ſuper 4. articulo dixit* = Dixi, quod antiquum Sepulchrum Beati Ladislai non extat, ſed loco illius eſt Cappella, ad quam confluebat, & confluit Populus vtriuſque ſexus, & conditionis tàm nobiles, quàm ignobiles, Prælati, Principes, Magnates Regni Poloniæ publicè, & palam dictum Beatum Ladislaum colentes, & eius Patrocinio ſeſe commendantes, orando, genuflectendo, & alia deuotionis, ac publicæ venerationis, & Cultus ſigna alijs Sanctis, & Beatis exhiberi ſolita exercendo, quia hoc ipſemet vidi, & aduerti, hancque venerationem tolerabant, & tolerant loci Ordinarij, & cuncti de Ordine Spirituali, & Seculari, Miniſtri, & Officiales; atque totus Populus hic Varſauiæ, & alibi degens, & plus dicere non reſtat, quia ſunt iſta publica, & notoria, & de præmiſſis ſimiliter eſt publica fama, conſtans, & inconcuſſa, itaut nihil vnquam dictum, factum, vel auditum in contrarium fuerit, & ego habens annos ſexaginta nouem hoc toto tempore quo poſſum recordari, palam, & publicè id dici audiui, & etiam à Prædeceſſoribus meis, qui referebant ſe audiuiſſe à Senioribus ſuis de his relatum habui, & quemadmodum Prædeceſſores mei, & Seniores nunquam aliquid in contrarium dictum, factum, geſtumque habuerint, ita nec ego audiui, nec aliter eſſe poteſt, quia ego aliquid de his audiuiſſem, vel ſciuiſſem.

§. 15. *Ab immemorabili tempore confluunt ad Cappellam Magnates etiam Poloniæ exhibendo publicum cultum cum tolerantia Ordinariorum.*

VIII. Do-

VIII. *Dominus Albertus BelKovvicz Mercator Varſauienſis annorum 80. Proc. fol. 351. tergo iuxta 15., & 16. Interrogatorium reſpondit* = Sæpiſſimè frequentabam, & nunc frequento hanc Cappellam cauſa deuotionis, quęrendo protectionem Sancti Ladislai, vbi ſunt ſancta ipſius oſſa depoſita, & non ſolùm ego, ſed & multi variæ conditionis homines ſæpe cauſa ſimilis deuotionis concurrunt, præcipuè tamen die anniuerſaria obitus eiuſdem Sancti Ladislai, quæ dies celebratur quarta Maij, & non alia ex cauſa talis ſolet eſſe concurſus Populi, quàm ſolùm quod omnes eumdem Beatum Ladislaum teneant pro Sancto, recipientes magnas gratias à Deo per eius interceſſionem. Incæpit hic concurſus ſtatim poſt mortem eiuſdem Beati Ladislai, vti informatus ſum ab hominibus Senioribus me, & fide dignis; pariter ex lectione variorum Authorum Polonico idiomate impreſſorum de hoc Sancto narrantium. Et nullibi legi, neque ab aliquo audiui, vt dictus Concurſus aliquando ceſſaſſet, imò & vſque ad hodiernum diem continuatur. Credere autem huic debeo, quod Illuſtriſſimi Epiſcopi de hoc ſcire debuerint, & debent, ſiquidem jam ab annis ſexaginta hic permaneo, & de nullo impedimento huic rei ab illis facto ſcio. Scio optimè, quod homines iàm antea, de quo audiui, & legi, quàm & nunc, vti & oculis meis proprijs video, per annos ſexaginta, & non ſolùm illi, qui hic Varſauiæ degunt, ſed etiam ex alijs Ciuitatibus, & pagis aduenientes, ſunt deuoti præcipuè ſub tempus Comitiorum Generalium Varſauiæ peragi ſolitorum, vbi vidi orantes Senatores, Miniſtros, Epiſcopos, Prælatos, & variæ conditionis Sacerdotes. Deuotio autem in hoc conſiſtebat; Exempli gratia: Epiſcopi, & alij Sacerdotes Sacrificia Miſſæ ad Altare in Cappella eiuſdem Beati Ladislai celebrabant, alij autem homines Seculares genuflectebant, orationem ad eumdem Beatum Ladislaum, quæ eſt impreſſa recitabant, & eleemoſynas erogabant, & egomet ipſe eleemoſynas prò Sacrificijs Miſſæ dabam, & exaudiebam; Initium autem huius deuotionis fuit à morte Beati Ladislai, vt mihi referebant homines Seniores me, & ex libellis informatus ſum, quos de hoc legi. Contrarij autem nihil vnquam legi, nec audiui, vt aliquando hæc deuotio ceſſaſſet. Imò vſque ad hodiernum diem durat, & peragitur. ſuppono de hoc ſciuiſſe Illuſtriſſimos Epiſcopos Poſnanien, ſiquidem ego ipſemet vidi Sacrificium Miſſæ celebrantem ad Altare Beati Ladislai, piæ memoriæ Bartholomæum Tarto Epiſcopum Poſnanienſem.

§. 16. Concurſus populi ad Cappellam præſertim in die anniuerſaria obitus.

§. 17. Cæpit concurſus ſtatim poſt obitum, & ſine interruptione continuatur vſque ad præſens cum ſcientia Ordinariorum.

§. 18. Concurſus etiam exterorum præſertim tempore Comitiorum.

§. 19. Actus publicæ venerationis ab obitu vſque ad præſens per ipſos etiam Epiſcopos, & locì ordinarios exhibiti.

X. *Dominus Adalbertus BialecKi Frenifex Varſauien. annorum 64. Proc. fol. 420. ſuper 4. articulo dixit* = Ab ipſo obitu Beati Ladislai vſque ad hodiernum diem magnus concurſus variæ conditionis vtriuſque ſexus hominum eſſe ſolet, vti & ipſi Reges Poloniæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, venerando ipſum tamquam Beatum, ſe eius protectioni commendando per ſigna genuflexionis terræ ante eius Altare, oſculationis, orationis, & erogationis eleemoſynæ prò Sacrificijs Miſſæ, & hoc ſuppono fuiſſe cum ſcitu, & permiſſione Illuſtriſſimorum Epiſcoporum Poſnanienſium, pariter aliorum tàm Spiritualium, quàm Secularium Miniſtrorum. Siquidem res hæc erat publica, & omnibus nota, tamquam res nunquam deficiens, quæ neque nunc deficit vſque ad hodiernum diem,

§. 20. Ab obitu vſque ad præſens frequens eſt Fidelium concurſus, etiam Epiſcoporum, & Regum Poloniæ cum actibus publicæ venerationis, ſcientibus Ordinarijs.

diem, vti & hoc ipſum in Hiſtoricis dignis fide legi, & ipſe iam ab annis quadraginta, vt ſemper dico nunquam aliquid contrarij audiui.

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, VI. Proc. fol.288. tergo iuxtà 15., & 16. Interrogatorium = & fol.303. ſuper 4. art. =, IX. fol.381. iuxta 15., & 16. Int. = & fol.395. terg. ſuper 4. art.=, XI. fol.435. tergo iuxta 15., & 16. Int. =, XII. fol.450. tergo iuxta 15., & 16. Interrogatorium.

Num. 9.

Teſtes de ſolemni eleuatione corporis Beati ex humiliori in ſublimiorem locum, facta anno 1572. cum interuentu, & authoritate Rmi loci ordinarij, duorum S.R.E. Cardinalium Commendoni, & Portici à Latere Legatorum, necnon Sereniſſimi Regis Poloniæ, aliorumque Regni Procerum.

I. *Admodum Reu. Dominus Don Ignatius Minaſzouicz Prępoſitus Brockouien. annorum 56. Proc.fol.160. tergo ſuper 3. articulo dixit* = Scio, quod de his, quæ ſunt comprehenſa in hoc articulo, erat publica, & notoria vox, & fama, & commuois reputatio ſemper conſtans, & inconcuſſa, & in contrarium nihil vnquam audiui, neque legi, imò quod ita ſit de veritate huius eleuationis Cadaueris Beati Ladislai etiam grauiſſimi referunt Scriptores, & Hiſtorici, quos ſupra in reſponſione ad interrogatoria nominaui, & idipſum à Parentibus, & Maioribus meis audiui, & id per ſucceſſiuam traditionem ab Antiquioribus deriuatur, in contrarium tamen nunquam audiui, nec ſcio aliquid dictum, factum, geſtum, auditum, aut ſcriptum fuiſſe, nec aliter eſſe poteſt, quia ego præmiſſorum ſcientiam habens à fama, & Hiſtoricis, id audiuiſſem, & aliter ſciuiſſem, vel etiam legiſſem.

§. 1.

De dicta Eleuatione eſt publica vox, & fama ab immemorabili tempore vſque nunc conſtans.

II. *Admodum Reu. Fr. Franciſcus Vvinderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſer. Sancti Franciſci annorum 59. Proc.fol.178. tergo iuxta 13., & 14. Interrogatorium reſpondit* = Scio benè, quod ſit hic in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conuentus Varſauiæ ſepultum Corpus dicti Beati Ladislai de Gielniovv aliquot diebus poſt obitum iuxta morem Religionis in Sepulchro comuni Fratrum ante Maius Altare à Confratribus ſuis eiuſdem Ordinis; monumentum nullum aliud fuit, niſi commune omnium Fratrum vſque ad eleuatiooem Corporis dicti Beati Ladislai, poſt eleuationem verò Corporis, antequam extructa fuerat Cappella ſeorſiua, locatum erat Corpus in muro ante Majus Altare à Cornu Epiſtolæ; hæc autem deuotio facta erat per Reuerendiſſimum Stanislaum Karnkouski Epiſcopum Cojauienſem cum conſenſu duorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, videlicet = Commendonis, & Portici Sancti Pij Quinti de Latere Legatorum, & in præſentia Sereniſſimi Regis Sigiſmundi Auguſti, ac Annæ eius Sororis, aliorumque Procerum, ac Senatorum Regni Poloniæ, tum Legatorum exterorum prò tunc ad Comitia generalia Regni Varſauiæ celebrata congregatorum, idque circa annum milleſimom quingenteſimum ſeptuageſimum ſecundum. De expreſſa licentia ſubleuationis Corporis in ſcriptis data mihi non conſtat, ſuppono tamen prò tunc eam extitiſſe. Poſthoc extructa fuit Cappella ſeorſiua ad latus Euangelij Maioris Altaris in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conuentus Varſauiæ ſumptu, & impenſis Illuſtriſſimæ Dominæ Kryska Cancellariæ Regni benè, & magnificè de latere cocto ædificata, in qua ad præſens oſſa quieſcunt dicti Beati Ladislai; iſtorum omnium habeo notitiam tam ex Archiuio Conuentus Varſauiæ eiuſdem mei Ordinis, quàm ex grauiſſimis Authoribus iam aliàs à me ſuperius citatis, tum ex traditione Maiorum meorum.

§. 2.

Eleuatio ſacri corporis facta eſt an. 1572. præuio conſenſu dd. Cardinalium, & cum maximo concurſu.

Cauſa ſcientiæ.

rum. Scio, & vidi, quod in honorem Serui Dei Ladiſlai de Gielniovv eſt extructa Cappella, in qua extat Altare pariter prò honore eiuſdem Beati Ladiſlai hic Varſauiæ in Eccleſia noſtra in Suburbio Cracouienſi. Altare autem eſt erectum per Illuſtriſſimum olim Bonauenturam MadalinſKi Epiſcopum Vladiſlauiæ, & Pomeraniæ; & in alio loco pariter vidi Altare in honorem præfati Serui Dei Ladiſlai, videlicet in Oppido Skepe in Eccleſia noſtra, ornamenta competentia ad eadem Altaria ſpectantia vidi, de quibus ſuppono, quod Ordinarij veram notitiam habuerint, & certam ſcientiam, quia hæc verſantur in oculis eorum, & id tolerabant, & tolerant.

§. 3. Altare in honorem Beati erectum tàm Varſauiæ, quàm in Oppido Skepæ.

IV. *Admodum Reu. Pater Nicolaus VvodzinsKi Definitor Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61., Proc. fol. 231. iuxta 13., & 14. Interrogatorium reſpondit* = Corpus dicti Serui Dei Ladiſlai ſcio ſepultum fuiſſe in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conuentus Varſavienſis tituli Sanctæ Annæ in communi Fratrum eiuſdem Ordinis Sepulchro ante Maius Altare ſito proximè poſt obitum per Fratres ſui Ordinis, & Conuentus; Ex poſt verò ex communi Sepulchro translatum erat Corpus, & locatum in conſtructo monumento ſeorſiuo in pariete à Cornu Epiſtolæ Maioris Altaris ex lapide, ſupra quod monumentum erat impoſita lapidea ſtatua repræſentans effigiem Beati Ladiſlai cum diademate, & ſuper inſcriptione circa circum antiquo charactere inſculpta his verbis = *Beatus Ladiſlaus*. Hæc verò translatio Corporis facta eſt per piæ memoriæ Illuſtriſſimum Karnkovvski Epiſcopum Vladiſlauienſem de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo cum authoritate, & licentia duorum Eminentiſſimorum Cardinalium, ſcilicet Commendonis, & Vincentij Portici à Sancto Pio Quinto de latere Legatorum in præſentia Sereniſſimi Sigiſmundi Regis Poloniæ, & Annæ Sororis, cæterorum Procerum, & Magnatum Regni prò Comitijs congregatorum; occaſio verò iſtius tranſlationis fuit hæc, quia Illuſtriſſimo olim Karnkovvski Epiſcopo Vladiſlauienſi, ſeù Cujauienſi caſu deambulanti ſupra Sepulchrum dicti Beati Ladiſlai pes parumper lapſus, & proxima nocte monitus idem Illuſtriſſimus Epiſcopus de extractione Corporis ex conſortio Fratrum mortuorum, quam & curauit proprio ſumptu; de his omnibus legi in varijs Authoribus Claſſicis in hac materia ſcribentibus, & etiam audiui à Patribus Senioribus, & grauioribus eiuſdem Ordinis. De licentia autem an fuerit in ſcriptis data, & de innouatione Sepulchri mihi non conſtat.

§. 4. Conteſtatur dictam eleuationem cum alijs circumſtantijs.

§. 5. Occaſio, & cauſa dictæ eleuationis.

Vidi, & video extructam magnificè Cappellam in honorem dicti Serui Dei Ladiſlai hic Varſauiæ ad Eccleſiam Patrum Bernardinorum tituli Sanctæ Annæ ſitam, in qua extat Altare eiuſdem Beati Ladiſlai de Gielniovv affabrè de ligno factum, decenter depictum, & partim deauratum. De tempore extructionis eiuſdem Cappellæ ignoro, quæ quidem Cappella extructa fuit iuſſu, & impenſis Illuſtriſſimæ, & Magnificæ Kryska Cancellariæ Regni Poloniæ, ſuppono authoritate interueniente loci Ordinarij; audiui etiam extare Altaria, vnum in Oppido Gielniovv in Eccleſia Parochiali, vtpote loco natiuitatis prædicti Serui Dei Ladiſlai, alterum pariter in Oppido Skepæ in Eccleſia Patrum Bernardinorum; de alijs verò Cappellis, & Altaribus neſcio; quantum verò attinet conſen-

§. 6. Altaria in honorem Beati erecta Varſauiæ, in Oppido Gielnovv, & Skepæ.

ſum,

ſum; & notitiam loci Ordinariorum ſuppono eamdem interueniſſe.

V. *Admodum Reuerendus Dominus D. Adamus Kyſſovvski Sacerdos annorum 59. Proc. fol.262. tergo iuxta 13. & 14. Interrogatorium reſpondit* = Legi in Authoribus, quod dictus Beatus Ladiſlaus de Gielniovv fuerit ſepultus hic in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium in communi Fratrum Sepulchro ante Maius Altare ſito ſtatim poſt mortem eius de anno milleſimo quingenteſimo quinto; poſt ſubleuationem verò eius Corporis pariter legi, quod monumentum fuerit eidem conſtructum neſcio cuius ſumptibus, neque de materia, & forma eiuſdem Sepulchri mihi conſtat, modò autem non extat hoc antiquum Monumentum poſt conflagrationem Eccleſiæ Patrum Bernardinorum, & ex cauſa hoſtilitatis graſſantis in Regno Poloniæ; Video autem nunc in locum eiuſdem Sepulchri antiqui Cappellam, & in eadem Altare ad honorem dicti Beati Ladislai extructum, vbi Oſſa ad præſens eius quieſcunt; de monumento autem primo legi, quod ei fuerit extructum circa translationem Corporis per olim Illuſtriſſimum Kankovvski facta auctoritate duorum Cardinalium Sancti Pij Quinti de Latere Legatorum; de expreſſa autem licentia; an fuerat in ſcripto, an in voce neſcio, quæ tamen ſemper præſumitur, quod fuerit data licentia, ſiquidem in præſentia duorum Cardinalium, vt dixi, fuerat ſubleuatio.

§. 7. *Cappella, & Altare in honorem Beati extructa in Ciuitate Varſauiæ.*

Pariter in Scriptoribus legi, quod Cappella in honorem dicti Beati Ladislai in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium fuerit extructa ſumptu olim Illuſtriſſimæ Kryska, cuius vir fuerat Cancellarius Sereniſſimi pro tunc Regis Poloniæ, & hæc Cappella extat in Ciuitate Varſauienſi, & Eccleſia Patrum Bernardinorum in cornu Euangelij Maioris Altaris, in qua Cappella extat Altare in honorem Beati Ladislai extructum, à quo autem tempore ignoro, & forſan authoritate Illuſtriſſimi pro tempore Ordinarij, quia alias priuata licentia id nullus facere præſumeret, & hæc Cappella ſatis eſt ampla, quæ vix non adæquat minorem Chorum dictæ Eccleſiæ, ornamentaque habet ſatis decora, quæ non tantum ego video, ſed alij, qui eamdem Cappellam accedere conſueuerunt; de alio Altari pariter ad honorem eidem Beato Ladislao extructo, audiui, quod extat in Oppido Gialneovv, vbi natus eſt.

§. 8. *Ac in Oppido Gielnouij.*

X. *Dominus Adalbertus Bialecki Freniſex Varſauienſis annorum 64. Proc. fol.419. Super 3. articulo dixit* = De his omnibus, quomodo fuerat Corpus Beati Ladislai, dum diuulgaretur fama Sanctitatis, & miraculorum, & quod in præſentia duorum Cardinalium, nempe Commendoni, & Vincentij Portico dictorum à Summo Pontifice Pio V. delegatorum fuerit ſolemnizatio translationis à communi ſepultura in publicum locum, per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Carnovvski Epiſcopum pro tunc Cuiauienſem cum inſigni Pompa, & magno concurſu variæ conditionis hominum, & in præſentia ipſius Sereniſſimi Regis Sigiſmundi, & Annæ Sororis eius, pariter Senatorum, Miniſtrorum, & Officialium Regni, ſicuti, & ſupradictorum duorum Cardinalium. De omnibus his ſcio ex lectione ſupradictorum Auctorum, polonico idiomate impreſſorum; & hæc eſt res infallibilis, imò publica,

§. 9. *Conteſtatur circumſtantias omnes d. eleuationis.*

Cauſa ſcientiæ.

ca, neque aliquid poteſt huic eſſe contrarium; ſiquidem ego ipſemet iam ab annis quadraginta ſemper de hoc ab hominibus maioris ætatis me audiui, & vſque ad hodiernam diem audio.

Concordant etiam cum ſupradictis alii Teſtes, III. Proceſſ. fol. 210. iuxta 13. & 14. Interrogatorium, & fol. 218. ſuper 3. artic. VI. fol. 287. tergo iuxta 13., & 14. interrogatorium fol. 301. tergo ſuper 3. articulo = VII. fol. 332. ſuper 3. articulo = VIII. fol. 350. iuxta 13., & 14. interrogatorium = IX. fol. 380. iuxta 13., & 14. interrogatorium, & fol. 392. ſuper 3. articulo XI. fol. 435. iuxta 13., & 14. interrogatorium =, XII. fol. 450. iuxta 13. & 14. interrogatorium.

Num. 10.
Teſtes de publica oblatione atque retentione Tabellarum votiuarum, aliorumque donariorum ſupra Sepulchrum, & Altare Beati à tempore immemorabili.

I. *Admodum Rev. Dominus Don Ignatius Minaſzoviez Præpoſitus Brochovien. annorum 56., Proc. fol. 162. ſuper 5. articulo dixit* = Ita eſt, & non aliter, quod dictæ Tabellæ votiuæ, cerei, donaria, quantum in vita mea recordari poſſum, ſemper deferebantur ad Altare dicti Beati Ladislai, & hucuſque retinetur, de quo ſciebant Epiſcopi, & id tolerabant, quia vt ſuperius recognoui, præſentes ſolebant adeſſe in Cappella, & ad Altare dicti Beati, quibus egomet ipſe aſſiſtebam, & etiam à Parentibus, & Maioribus meis, qui referebant, quod dictæ oblationes in ante deferebantur audiui, quorum ſcientia etiam deriuabatur ex Antiquioribus, neque ijdem Parentes, & Maiores mei aliquid in contrarium geſtum, auditum, vel ſcriptum fuiſſe mihi referebant, nec aliter eſſe poteſt, quia aliquo modo id audirem, vel etiam ab alijs audiri ſcirem.

§. 1. *Tabellæ votiuæ, Cerei, aliaque donaria ſemper oblata, & retenta circa aram Beati cum ſcientia loci Ordinariorum.*

II. *Admodum Rev. Pater Fr. Franciſcus Vvinderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſeru. Sancti Franciſci annorum 59., Proc. 195. ſuper 5. articulo dixit* = Iam recognoui ſuperius, & nunc recognoſco, quod in ſignum gratiarum à Deo conceſſarum interceſſione Beati Ladislai fuerant delatæ, oblatæ, & appenſæ, & in præſens retinentur Tabellæ votiuæ argenteæ, aliæ deauratæ, cerei, quos, & quas viderant Epiſcopi Poſnanienſes, & tolerabant, alijque Officiales Eccleſiaſtici, & Seculares, & iſta ſunt præ oculis omnium publica, & notoria, nihilque audiui, aut vidi in contrarium, imò ab Anteceſſoribus Patribus mei Ordinis audiui, quod adhuc in maiori copia, & multitudine ſolebant appendi dicta vota, & tabellæ, quæ poſtea aliquoties calamitoſo tempore, & hoſtilitate, ac ſpolijs ablatæ ſunt, in contrarium autem nihil legi, vidi, & audiui, ſi enim ſecus eſſet, perueniſſet ad aures meas, vel aliorum contraria relatio.

§. 2. *In perpetuum monumentum gratiarum acceptarum.*

§. 3. *Quæ poſtea hoſtilitate, ac ſpolijs ablatæ, & deperditæ ſunt.*

IV. *Admodum Rev. P. Nicolaus Vvodzinski Definitor Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61. Proceſſ. fol. 248. ſuper 8. articulo = dixit* = Iam ſupra recognoui, quod in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium, & reſpectiuè in Cappella, & Altare ad honorem Beati Ladislai dicato Tabellæ votiuæ, cerei, & donaria deferuntur, & in ante deferebantur, & vſque in præſens retinentur, & de his ſciebant, & tolerabant Epiſcopi Poſnanienſes pro tempore, præſentes enim in loco exiſtentes eaſdem Tabellas, & alia donaria intuebantur, quemadmodum etiam, & Officiales Eccleſiaſtici, & Seculares, Populuſque recurrens ad dictum Beatum Ladislaum, & fundamentum iſtius veritatis non

§. 4. *Eadem donaria ſemper vſque ad præſens delata, & retenta ad Aram Beati cum ſcientia Ordinariorum.*

tan-

tantum procedit à Scriptoribus, & Hiſtoricis, qui de his referunt, & quos ego ipſemet legi, ſed etiam eſt de his publica fama, & notoria, ſemper conſtans, & continua, quia à nullo de Populo contrarium audiui, vel fieri vidi de tempore recordationis vitæ meæ, quinimò id totum à Maioribus meis, qui dicebant ſe id à Senioribus ſuis audiuiſſe, & per ſucceſſiuam traditionem in eos deriuaſſe de facto audiui, & aliter eſſe non poteſt, ſi enim ſecus eſſet, vtique Anteceſſores mei aliquid mihi innuiſſent, vel alicui propalaſſent.

V. *Admodum Rev. Dominus Don Adamus Koſſovvski Sacerdos annorum 59., Proc. fol. 274. tergo ſuper 5. articulo dixit* = Hæc veritas eſt infallibilis, quod ad Altare Beati Ladislai in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſavienſium appendantur Tabellę votiuę, cerei, & alia donaria, quia egomet ipſe vidi oculis meis, & de his optimè poſſunt ſcire Epiſcopi Poſnanienſes, alijque Officiales Eccleſiaſtici, & Seculares, Populuſque hic Varſauiæ degens, quia eas intuentur, & tolerabant, & tolerant, hæcque ſunt publica, & notoria, nec in contrarium aliquid à Prædeceſſoribus meis audiui, nec modo audio, neque video, quinimò aliter eſſe non poteſt, quis enim notoria, & publica negare poſſit.

§. 5. *Eorundem donariorum appenſio ad Altare cum tolerantia Ordinariorum.*

VI. *Perilluſtris Dominus Stephanus Kvvarczynski S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63., Proc. fol. 303. tergo ſuper 5. articulo dixit* = Legi pariter in ſupradictis libris, quod à deuotis Fidelibus in veteri Sepulchro Beati Ladislai fuerint oblatæ tabellæ votiuæ plures, tàm aureæ, quàm argenteæ, his autem temporibus vſque ad hodiè in Cappella eiuſdem Beati Ladislai vidi Tabellas appenſas, & reſpectiuè audiui in Oppido Gielneovv à Patribus Religioſis dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia ſuper Altari eiuſdem Beati adeſſe etiam Tabellas pariter argenteas, & credo, quod cum ſcientia, & tolerantia hæc retineantur Loci Ordinariorum; in contrarium autem nihil audiuî, nec legi.

§. 6. *Complurium votiuarum Tabellarum oblatio, & retentio in veteri Sepulchro Beati.*

§. 7. *Ac etiam hodie in Cappella, & Altari.*

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Ioſephus Roykievviez S. Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum 69., Proceſſ. fol. 333. tergo ſuper 5. articulo dixit* = Recognoui in anteceſſum, quod non alio fine tantùm in ſignum gratiarum à Deo conceſſarum per interceſſionem Beati Ladislai ad Altare eiuſdem offeruntur, & appenduntur Tabellæ votiuæ, & alia donaria, quæ tolerabant, & tolerant Epiſcopi Poſnanienſes, deque conſenſu Miniſtrorum, & Officialium Eccleſiaſticorum, & Secularium, ac totius Populi, & iſta ſimiliter ſunt publica, & notoria, quia prædictas votiuas Tabellas, & donaria quilibet intuetur; in contrarium autem nihil vidi, legi, vel audiui, & à tempore recordationis meæ ſemper iſta donaria offerebantur, & nunc offeruntur, & retinentur; & quod etiam in ante offerebantur, & apponebantur, id à Prædeceſſoribus meis audiui aſſerentibus, ſed etiam à Maioribus ſuis id ipſum audiuiſſe, & per ſucceſſiuam traditionem in ipſos ab Antiquioribus deriuaſſe, nec autem ijdem Prædeceſſores mei, nec ego aliquid in contrarium vnquam dictum, factum, geſtum, auditum, vel ſcriptum fuiſſe ſcio, vel audiui, & impoſſibile eſt, quod aliter fieri poſſit; quia ego de his benè informatus aliquid in contrarium audiuiſſem, vel ſciuiſſem.

§. 8. *Earundem oblatio, & retentio ad Altare in monumentum beneficiorum acceptorum, cum tolerantia Ordinariorum.*

§. 9. *Eadem donaria ſemper oblata, & retenta.*

VIII. *Dominus Albertus BetKovviez Mercator Varſavienſis annorum 60.*

Digitized by Google

rum 60., Proceſſ. fol. 367. tergo ſuper 5. articulo dixit = Ab antiquo tempore dabant, & offerebant homines varia Vota argentea, & deaurata, & nunc dant, & offerunt in gratiarum actionem Domino Deo pro beneficijs receptis à multis hominibus per interceſſionem huius Beati Ladislai; & hæc Vota, ac Tabellulas, vti, & candelas ceræ albæ, quilibet & nunc videre poteſt, quia publicè in Altari eiuſdem Beati Ladislai inueniuntur; & de hoc præcedentes Epiſcopi Poſnanienſes creduntur ſciuiſſe, vti & hodiernus benè ſcit, & huic non contradicebant, neque contradicunt, imò tàm Domini Spirituales, quàm Seculares, motiuo eiuſdem exempli ibi Dominum Deum laudant: & hæc res eſt omnibus patetica, vti & Hyſtorici de eodem narrant, quos ego ipſe legi, & à meis Anteceſſoribus audiui, qui mihi referebant, ſe ab eorum Prædeceſſoribus audiuiſſe: contrarij autem nihil vnquam legi, aut audiui, & aliter eſſe non poteſt, nam quis contra hanc tam pateticam veritatem vnicum auderet dicere verbum?

§. 10. Ab antiquo tempore vſque ad præſens ad Altare retenta Donaria, in gratiarum actionem oblata, Ordinarijs approbantibus.

IX. *Dominus Stanislaus VVenderlich Ciuis Varſauienſis annorum 64., Proc. fol. 373. ſuper 5. articulo dixit* = toto tempore, quo Varſauiæ exiſto, & recordari poſſum, ſemper vidi, quod in Altari Beati Ladislai pendebant Tabellulæ, & Vota argentea à deuotis hominibus ad eumdem Beatum Ladislaum oblata, in ſignum gratiarum actionis, quia varij per eius interceſſionem gratias à Domino Deo receperunt; & hucuſque eadem Vota pendent, & numerus eorum ſemper creſcit; de quo Illuſtriſſimi Epiſcodi indubitanter ſciunt, quia hæc res non eſt occulta, ſed omnibus patetica; & nihil contrarij huic veritati vnquam legi, neque audiui.

§. 11. Eorundem numerus ſemper in dies augetur

X. *Dominus Adalbertus BialecKi Freniſex Varſauienſis annor. 64. Proc. fol. 420. ſuper 5. articulo dixit* = Sicuti ſuperius faſſus ſum, ſic & nunc confirmo idem, quod ab obitu Beati Ladislai ſtatim homines Deuoti, recipientes per eius intereeſſionem gratias à Deo, dabant, & vſque ad hodiernum diem dant Tabellulas argenteas, eleemosynas prò Sacrificijs Miſſæ, Candelas ceræ albæ, lampades tàm oleo, quàm etiam ſeuo impletas, quæ omnia vſque ad hodiernum diem conſeruantur ad Altare Beati Ladislai; & ſuppono, quod hoc fuerit, & quod ſit cum ſcitu, & conſenſu Illuſtriſſimorum Epiſcoporum Poſnanienſium, vti pariter & Officialium, tàm Spiritualium, quàm Secularium; Siquidem hæc res eſt cuilibet nota, & patetica, quoniam publica fama, & nunquam interrupta eſt de hoc, de quo ſemper, & vna voce teſtantur Hiſtorici Poloni, quod & ego ipſe pluſquam à quadraginta annis in memoria poſſideo, & teſtimonium do, quia nunquam aliquid contrarij à Senioribus me in ætate audiui, neque in Hiſtoricis legi.

§. 12. Statim ab obitu Beati vſque nunc Tabellæ, Cerei, ac lampades oblatæ, cum conſenſu Ordinariorum.

Concordat cum ſupradictis cæteri Teſtes =, *III. Proc. fol. 211. tergo iuxta 17. Interrogat.* = *XI. fol. 436. tergo iuxta 17. Interrogat.* = & *XII. fol. 451. tergo iuxta idem Interrogatorium.*

Num. 11.

Teſtes deponentes de accenſione, atque retentione Lampadum, aliorumque Luminum ad idem Sepulchrum in Altare Beati à tempore immemorabili.

I. *Admodum Reu. Dominus Don Ignatius Minaſzouicz Præpoſitus Brochouien annorum 56., Proc. fol. 163. ſuper 6. articulo dixit* = Hoc recordari non poſſum, quod à die obitus perpetuò appendebantur, & accendebantur dicta luminaria, quia nedum natus fui, ſed tempore vitæ meæ quoties accedebam Cappellam dicti Beati Ladislai, eadem luminaria oculis meis vidi, & ad præſens omnes poſ-

poſſunt videre; quæ luminaria tolerabant loci Ordinarij, quia eadem intuebantur, dum contigit ipſos, prout ſupra retuli, ibi ad eandem Cappellam acceſſiſſe; & quod eadem luminaria etiam in antea accendebantur, & retinebantur, Parentes mei idipſum mihi referebant, quia etiam ipſimet offerebant candelas cereas, nec aliquid in contrarium audiui, nec aliter eſſe poteſt, quia ſi ſecùs eſſet, aliquid de his à Populo audiuiſſem.

§. 1. Vſus retentionis, & accenſionis Luminum ante Cappellam Beati viget ab antiquiſſimo tempore cum tolerantia Ordinariorum.

II. *Admodum Rev. Pater Fr. Franciſcus Vvinderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 59. *Proceſſ. fol.*196. *ſuper* 6. *Articulo dixit* = Sicut in ante appendebantur, & accendebantur lampades, & alia luminaria, ita & ad præſens appenduntur, & accenduntur, ac retinentur in loco, & Altari, ubi Oſſa Beati Ladislai quieſcunt, & de his optimè ſciebant Ordinarii, & tolerabant, & ipſimet intuebantur, publicumque, & notorium eſt; Non enim modo videntes homines hoc ſciunt, & vident, verùm etiam Anteceſſores mei ejuſdem Ordinis idipſum mihi referebant, quod in ante etiam eadem luminaria appendebantur, accendebantur, & in vita ejuſdem Beati Ladislai idipſum legi per Loci Ordinarium approbata, in contrarium autem nihil legi, & audivi.

§. 2. In Sepulchro, & Altari Beati ſemper uſque ad præſens retentæ fuerunt accenſæ Lampades, & alia Lumina cum tolerantia Ordinariorum.

III. *Admodum Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 84., *Proc. fol.*212. *juxta* 18. *Interrogatorium reſpondit* = Lampades, & Candelas in Altari, & circa illud Altare, ubi quieſcunt Oſſa dicti Servi Dei Ladislai egomet oculis meis accenſas vidi, illarum tamen numerum conjicere non poſſum, quia earum quantitatem non obſervavi; pridem autem accendebantur, non tantùm de tempore vitæ meæ, ſed etiam à Patribus mei Ordinis id in anteceſſum practicatum eſſe audivi, & nunc etiam ad præſens accenduntur, quia Egomet ipſe vidi, & obſervavi, & hæc accenſio fieri conſuevit in honorem, & majorem gloriam prædicti Servi Dei Ladislai aliquando autem in minori copia, aliquando in majori pro circumſtantia temporis accenduntur, & ſuppono, quod de his Ordinarii certam ſcientiam habebant, & habent, quia ut ſuperiùs recognovi, quod ipſimet ſolebant eſſe in eadem Cappella, & viderant, & tolerabant luminaria in Altari.

§. 3. In honorem Beati accenduntur Lampades, aliaque Lumina ab antiquiſſimo tempore.

§. 4. Aliquando in majori aliquando in minori copia cum ſcientia Ordinariorum.

IV. *Admodum Rev. Pater Nicolaus Vodzinski Definitor Generalis Ord. Eremit. S. Auguſtini* 61., *Proc. fol.*249. *ſuper* 6. *articulo dixit* = De his lampadibus, & luminaribus, quod ad Altare Beati Ladislai ſemper appendantur, & accendantur, ac ardeant, etiam nunc recognoſco, omnes enim eas vident, & intuentur, qui ſolent ad dictum Altare, & Cappellam ejusdem Beati Ladislai accedere; & hæc luminaria tolerabant, & tolerant I[o]ci Ordinarii pro tempore, aliique Miniſtri, & Officiales Spirituales, & Seculares, & quivis de Populo; Hi enim etiam ibidem ſolebant, & ſolent adeſſe, cenſentque conſenſum præſtare nihil in contrarium dicentes, quinimò multi ex eis eadem luminaria ſolent afferre, & quia hæc ſunt publica, & notoria, nullum eſt dubium, ex reputatione enim communi, & publica fama, ac ſemper conſtante iſta veritas ex ſe patet, nec in contrarium aliquid audivi, quinimò de iſtis in ante appenſis luminaribus referunt Hiſtorici, & etiam Majores mihi referebant, & aſſerebant id ab Antiquioribus audiviſſe

§. 5. Perpetuò ardent ad Aram Beati Lampades, aliaque Lumina cum tolerantia Ordinariorum.

§. 6. Ac etiam ab antiquiſſimo tempore.

viſſe, nec in contrarium mihi referebant, nec ego etiam ipſemet aliquid in contrarium audivi, nec legi ab annis quadraginta, & ultra memoriam habendo prædictorum; Et impoſſibile eſt, quod aliter poſſit fieri, aliquid enim audiviſſem hic Varſaviæ fermè toto tempore Religionis meæ exiſtens.

§. 7. *Tribus diebus poſt mortem Beati quinque Cerei oblati ad Sepulchrum ejus.*

V. *Admodum Rev. Dominus Don Adamus Kſſovvski Sacerdos annorum 59., Proc. fol. 275. ſuper 6. articulo dixit* = Legi hoc in Hiſtoricis, quod ſtatim ab obitu Beati Ladislai de Gielniovv quædam Monialis de ordine Sancti Franciſci Regulæ Sanctæ Claræ Conventus Varſavienſis obtulerat quinque Cereos ad Sepulchrum ejus, tribus, ni fallor, diebus poſt mortem, & poſtea ab ejus elevatione Corporis varia luminaria accendebantur, & apponebantur, de quibus legi in Hiſtoricis, & ſtante vita mea ſæpè accendebantur, & nunc accenduntur lampades, & alia luminaria, quia ego eadem vidi, illaque Ordinarii tolerabant, & tolerant, aliique Officiales, Spirituales, & Seculares, totuſque Catholicus Populus Varſaviæ exiſtens, & de his nulla dubietas oriri poteſt, quia ſunt iſta publica, & notoria, neque aliquid in contrarium tam ab Anteceſſoribus meis audivi, neque ætate mea audio, video, & lego, & aliter eſſe non poteſt; Quis enim hoc negaret, quod oculis propriis videt?

§. 8. *Ab elevatione ſacri corporis uſque nunc accenduntur Lampades, & alia Lumina, videntibus Ordinariis.*

VII. *Per illuſtris Dominus Gregorius Joſeph Roykievvicz Sacræ Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 335. tergo ſuper 6. articulo dixit* = Audivi, quod ad antiquum Sepulchrum Beati Ladislai de Gielniovu ſemper appendebantur, & accendebantur lampades, & alia luminaria, & modò in Cappella ad Altare ejus, ubi Oſſa dicti Beati Ladislai quieſcunt, etiam nunc accenduntur, & appenduntur cum tollerantia loci Ordinariorum, & aliorum Miniſtrorum, & Officialium Eccleſiaſticorum, & Secularium, & totus hic Varſaviæ Populus degens hæc luminaria videt, quia ſunt publica, & notoria, & quod in ante lucebant eſt publica vox, & fama conſtans, & inconcuſſa, adeoùt nihil in contrarium dictum, factum, vel auditum fuerit, & hoc fateri poſſum, quod non ſolùm per viginti, triginta, & quadraginta annos, ſed toto recordationis meæ tempore ea luminaria appendi, & accendi vidi, & quod in ante appendebantur à Majoribus meis audivi, referentibus idipſum audiviſſe à Senioribus, hocque ipſum per ſucceſſivam traditionem ab Antiquioribus in ipſos derivaſſe, & ſicut ego, ita Prædeceſſores mei in contrarium nihil factum, geſtum, auditum, vel ſcriptum audiverunt, aliter enim eſſe non poteſt, quia ego de his optimam ſcientiam habens, & eadem luminaria videns, aliquid audiviſſem, vel ſciviſſem, ſi ſecus eſſet.

§. 9. *Tam ad antiquum Sepulchrum, quàm ad Altare retenta fuerunt ſemper uſque nunc ſine interruptione Lampades, aliaque Lumina accenſa cum tolerantia Ordinariorum.*

VIII. *Dominus Albertus Betkovvicz Mercator Varſavienſis annorum 80., Proc. fol. 354. tergo juxta 18. Interrogatorium reſpondit* = Ante meam reſidentiam hic Varſaviæ audivi ab hominibus fide dignis, Senioribus me, quod ſtatim poſt obitum ejuſdem Servi Dei Ladislai de Gielniovu, immediatè accendebantur lampades, uti mihi referebant homines, & Authores teſtantur. Tempore autem reſidentiæ meæ hic, numero decem, quindecim, viginti, hæ lampades erant impletæ ſevo, oleo autem impletas non advertebam; quas, & ego ipſe nunc per ſexaginta annos obſervabam & obſervo; cum hoc additamento, quod in die anniverſaria obi-

§. 10. *Statim poſt obitum Beati accenſæ ſunt Lampades, ac etiam nunc accenduntur.*

§. 11. *Multò plures in die anniverſaria obitus*

tus

tus ejuſdem Sanĉti, longè plures lampades, & candelæ apponuntur, cum cujus autem facultate, hoc neſcio; Hoc ſolùm fateor, quod ſicuti à principio immediatè poſt mortem Beati Ladislai de Gielniovu cæperunt, uti ſcio ex relatione hominum Seniorum me, & lectione librorum, ita & nunc meis oculis video, quod in dies fermè ardent, præcipuè diebus feſtivis. Contrarii autem huic aliquid, nihil unquam audivi, aut legi, & credo, quod Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes idem approbaverint, ſiquidem ut ſupra faſſus ſum.

§ 12. *Ac in diebus feſtis cum approbatione Ordinariorum.*

X. *Dominus Adalbertus Bialecki Frenifex Varſavien. annorum 64., Proc. fol. 420. tergo ſuper 6. articulo dixit* = Teſtantur de hoc publici libri per Authores editi, quod non tam ab obitu ejus ſtatim, quàm à translatione Corporis ad Sepulchrum ejuſdem Beati Ladislai, & ejus Altare, ſolent accendi lampades, & candelæ; Candelæ pro tunc, quando Sacrificia Miſſæ ad Altare ejuſdem Beati Ladislai celebrantur; Lampades autem tota die, excepta nocte, ardent; Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes ſupponuntur de hoc ſciviſſe, ſiquidem ipſe vidi præſentes in Cappella, & hoc intuentes, unum Illuſtriſſimum Bartholomæum Tarto, alterum Staniſlaum Horyuſz, & inſuper quod hæc eſt fama publica, omnibus nota, & numquam deficiens, quia non ſolùm Hiſtorici fide digni de hoc teſtantur, ſed & ego ipſe pluſquam quadraginta annis hoc video, & à longè Senioribus me in ætate audivi, qui mihi hoc narrabant, & nihil unquam contrarii à pariter Senioribus me in ætate audivi.

§. 13. *Statim ab obitu Beati nunc ad Sepulchrum Lampades tota die perpetuò ardent cum ſcientia Ordinariorum.*

Concordant cum ſupradictis alii Teſtes, VI. fol. 290. juxta 18. Interrogatorium = IX. *fol. 382. tergo juxta 18. Interrogatorium, & fol. 393. tergo ſuper 6. Articulo* = XI. *fol. 438. juxta 18. Interrogatorium* = *&* XII. *fol. 453. tergo juxta idem Interrogatorium.* =

Num. 12.

Teſtes deponentes, quod ab immemorabili tempore ipſius Imagines pictæ ſemper fuerunt cum radiis, & ſplendoribus, necnon cum titulo BEATI, & SANCTI; quodque palam, & publicè retentæ ſemper fuerunt in Eccleſiis, aliis locis ſacris, & publicis.

II. *Admodum Rev. Pater Fr. Franciſcus Vuinderlich Sacerdos Profeſſus Ordin. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum 59., proceſſ. fol. 183. tergo juxta 19., & 20. Interrogatorium reſpondit* = De Imaginibus recognoſco, quod eaſdem vidi, primò unam in ipſo Altari in Cappella ad Eccleſiam noſtram Conventus Varſaviæ honori prædicti Servi Dei Ladislai dicata, repræſentantem Extaſim, ſeù elevationem ejus de Cathedra tempore concionis in die Paraſceves portantem in dextra diſciplinam, in ſiniſtra Chriſtum Columnæ alligatum, & ſuper hanc Imaginem paulò ſuperiùs vidi aliam minorem Imaginem ejuſdem Servi Dei Ladislai, in qua dictus Servus Dei genuflexus ante Chriſtum Judicem tempore graſſantis Peſtis hic Varſaviæ in aere depictus apparet: item vidi tertiam Imaginem ejuſdem Servi Dei Ladislai papyraceam in media figura antiquiſſimam, prout ex pictura apparebat cum duplici expreſſione tam in Extaſim rapti, quàm in aere apparentis: item quartam vidi in Oppido Skepæ in noſtra Eccleſia in Altare honori ejus dicato cum eadem expreſſione, de qua ſupradixi: item quintam vidi in Refectorio Conventus noſtri Varſaviæ depictam tantæ magnitudinis, ſicut in Altari, quam totiès vidi; Et ſextam in ambitu Conventus ejuſdem vidi, & obſervavi cum ſimili repræſentatione, de qua ſupra recognovi: item aliam vidi in Varmia

§. 1. *Plures antiquiſſimæ Imagines Beati retentæ uſque ad præſens in Ecleſiis, & Altari, ac aliæ paſſim circumferuntur cum*

ſummo cultu ſcientibus Ordinariis.

in Eccleſia noſtra in Oppido Varthemburg ſita ad latus Altaris Sancto Patri noſtro dicato antiquiſſimæ picturæ circitèr ab anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo depictam, hoc eſt à tempore reintroductionis noſtræ in Diœceſim Varmienſem per olim Eminentiſſimum Andream Bathoreum Cardinalem pro tunc Epiſcopum Varmienſem; Et de hac antiquitate Picturæ ſufficienter mihi patet ex erectione prædicti Conventus, quàm legi: item aliàs plurimas Imagines papyraceas, quæ ſparſim in Populo ſunt diſtributæ, & per Urbes, Vicos, & Arces cum ſumma veneratione retinentur, & cum ſcientia, & tolerantia loci Ordinariorum, & aliorum Officialium Eccleſiaſticorum non tantùm quas Ego vidi, ſed ex traditione Majorum hoc mihi conſtat, quod prædictæ Imagines & habebantur, & colebantur à Populo; De Pictore, & Sculptore, ac Opifice neſcio, neque unquam amotas vidi, vel audivi prædictas Imagines; Et hoc addo, quod legi in vita prædicti Servi Dei Ladiſlai, quod circa ſublevationem Corporis ejus ſculpta fuerit in lapide Sepulchrali Imago ejuſdem de mandato, & juſſu olim Illuſtriſſimi Karnkouſcki Epiſcopi Vladiſlaviæ, qui Oſſa prædicti Servi Dei Ladiſlai ſublevavit.

§. 2. *In Elevatione ſacri Corporis juſſu Epiſcopi ſculpta fuit Imago Beati in lapide Sepulchrali.*

§. 3. *Omnes ſupradictæ Imagines depictæ ſunt cum radiis, diadematibus, & cum elogio* Beati *reſpectivè cum ſcientia Ordinariorum.*

De quibus autem Imaginibus in præcedenti, & immediato Interrogatorio recognovi, illas omnes vidi depictas cum radiis, jàm autem unam vidi hic Varſaviæ in Cappella, & Eccleſia Conventus noſtri cum diadematibus, & ut ſupradixi, cum expreſſione Miraculorum, & tali verborum elogio: *Varſavia ſis grata*; Et pariter in Imagine in Conventu noſtro Varthenburgenſi, & Eccleſia, & Altari Sancto Patri noſtro Franciſco dicato, de quo ſupradixi, hoc vidi, & legi Elogium in his verbis: *Beatus Ladiſlaus de Gielniovu Polonus Varſaviæ miraculis clariſſimus in Eccleſia Fratrum Minorum Obſervantium*, antiquiſſimæ Scripturæ, & etiam illa Imago ſculpta in lapide Sepulchrali habebat circulum radiorum deauratum; Hoc enim legi in Vita prædicti Servi Dei Ladiſlai, & de his radiis in multis Imaginibus ſæpè ſcientiam habuerunt Ordinarii, quia ipſas etiam viderant, permiſerant, & toleraverant.

§. 4. *Referuntur plures Imagines Beati exiſtentes tum in Eccleſiis, & Altari, tum alibi.*

III. *Admodum Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum 84., Proc. fol. 212. tergo juxta 19., & 20. Interrogatorium reſpondit* = Extant Imagines dicti Beati Ladiſlai, quas ipſemet vidi, primò in Altari hic Varſaviæ in Cappella ejus honori dicata una magna ſtantis ſtaturæ; item in Refectorio noſtri hic Conventus Varſavienſis; tertiam Imaginem vidi in ambitu ejuſdem Conventus, idque omnes pictas pariter in Conventu noſtro Varſemburgenſi Diœceſis Varmienſis; Vidi ſimiliter Imaginem in Eccleſia, & iſtam pariter depictam, de Pictore neſcio; Et in Oppido Gielneovu, ac alio etiam Oppido Skepe, audivi à Patribus noſtri Ordinis, quod etiam extant Imagines ejuſdem Servi Dei Ladiſlai; Et etiam ſuppono, quod Ordinarii habuerunt notitiam, quia ut ſuperiùs dixi, ipſimet, præſertim hic Varſaviæ eaſdem ibidem accedentes videbant, proùt id Patres noſtri Ordinis mihi referebant.

§. 5. *Depictæ cum radiis, laureolis, & diadematibus.*

Imagines dicti Servi Dei cum radiis, vel aliis laureolis, & diadematibus, ſivè expreſſione Miraculorum potui in anteceſſum obſervare, quando viſum meliorem habui, ſed modò non recordor,

ne-

neque etiam nunc propter debilitatem ejusdem viſus poſſum obſervare, à Patribus tamen mei Ordinis eſſe talem Imaginem, præſertim in Altari hic Varſaviæ in Cappella dicti Servi Dei Ladislai etiam ad præſens extare audivi cum radiis, & aliis ſplendoribus. De aliis circumſtantiis hujus Interrogatorii recordari non poſſum, propter meam Senectutem, & debilitatem.

IV. *Admodum Rev. Pater Nicolaus Vvodzinski Definitor Generalis Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61., Proc. fol. 249. tergo ſuper 7. Articulo dixit* = Quoad pictas Imagines, & ſculptas, quod fuerint nonnullæ cum titulo *Beati*, & *Sancti*, ac expreſſione Miraculorum, illas de facto vidi, præſertim duas in Altari, & in Cappella hic in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conventus Varſavienſis, ubi jacet, & veneratur Corpus, ſeù Oſſa prædicti Beati Ladislai de Gielneovu, & aliàs papyraceas, de quibus loci Ordinarii Poſnanienſes prò tempore optimè ſciebant, & easdem tolerabant, & tolerant; Idipſum etiam referunt Hiſtorici, & etiam Anteceſſores mei referebant, nec in contrarium aliquid audivi, vel legi; Si enim hoc vidiſſem, vel legiſſem, vel aliquis in Populo vidiſſet, eſſet aliqua de hoc vox, vel fama in Populo.

§. 6. *Imagines tum in Altari, tum alibi exiſtentes habent titulum* Beati, *&* Sancti, *ſcientibus, & patientibus Ordinariis.*

V. *Admodum Rev. Dominus Don Adamus Koſſovuski Sacerdos annorum 59., Proc. fol. 275. te go ſuper 7. Articulo dixit* = Vidi Imaginem Beati Ladislai, & benè obſervavi in Altari honori ejus dicato hic in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſavienſium cum radiis, & in Imaginibus papyraceis ſculptis ejusdem Servi Dei legi titulum *Beati*, ubi additur, quod inclaruerit Miraculis, & certò iſta Imago, quæ eſt in Altari ejus eſt collocata inter aliàs Beatorum, & Sanctorum, quia hoc obſervavi, & vidi in dicta Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſavienſium, ubi quieſcunt Oſſa ejusdem Beati Ladislai cum tolerantia loci Ordinariorum prò tempore, quia iſtis nunquam contradixeruot, neque contradicunt, & ſunt de facto hæc notoria, quæ nullus negare poteſt, & Hiſtorici ſimiliter de his referunt, quos ego legi, nec aliquid in contrarium à Majoribus, & Prædeceſſoribus meis audivi, & aliter eſſe non poteſt, quia id vel ego, vel alii ſciviſſent, & audiviſſent.

§. 7. *Imago Beati cum radiis in Altari retenta; aliæ verò Imagines* Beati *cum tolerantia Ordinariorum.*

VII. *Perilluſtis Dominus Gregorius Joſephus Roykeauicz S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 322. juxta 19., & 20. Interrogatorium reſpondit* = Vidi meis oculis Imagines binas in Altari, quod extat in Cappella, & Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſavienſium, unam in intieriori contignatione majorem depictam in forma totius ſtaturæ hominis, & aliam in ſecunda contignatione Altaris, aliàs item Imagines ſcilicèt in Refectorio antiquæ picturæ, & aliam ad portam; Cujus autem mandato, & authoritate poſitæ, & pictæ fuerint, de his notitiam non habeo; Hæc autem Imago, quæ eſt in Altari inferiùs depicta una manu tenet Chriſtum Columnæ alligatum, in altera diſciplinam, jam autem ſurſum in ſecunda contignatione Altaris ejuſdem Sancti Imaginem obſervavi genuflectentem ante Chriſtum Judicem in iride ſedentem, quem dictus Servus Dei Ladislaus tempore graſſantis Peſtis Varſaviæ apparens in nubibus exorabat, & hæc hyſtoria in tota Civitate Varſavienſi eſt claſſica; Similiter

§. 8. *Duæ Beati Imagines retentæ in Altari uſque ad præſens.*

aliæ Imagines, de quibus ſuperiùs recenſui, fuerant, & ſunt cum iiſdem ſignis, nempè unius manus portantis Chriſtum Dominum, & alteriùs diſciplinam; Pictorem illarum Imaginum ignoro, ſemper tamen recordor tempore vitæ meæ, quod hæ Imagines, præſertim in Altari continuò fuerant retentæ, & hucuſque retinentur, nec unquam amotæ, idque occaſione implorandi ejus Patrocinium à Populo ad eum concurrente, & credo, quod Ordinarii de his notitiam habuerant, & modernus Illuſtriſſimus Epiſcopus habet, cum eaſdem in ante tolerabant, & nunc idem Illuſtriſſimus Ordinarius tolerat.

§. 9.
Cum notitia Ordinariorum.

§. 10.
Tam Imago in Altari exiſtens, quàm aliæ papyraceæ ſunt cum radiis, cum notitia Ordinariorum.

Vidi, & obſeruaui depictas Imagines, idque primam in Altari Seruo Deo Ladislao dicato in inferiori contignatione cùm radiis circa caput; item alias ſculptas papyraceas cum iiſdem radiis, & cum eo Miraculo, quod factum eſt tempore Peſtis graſſantis, ut ſupra recognoui; tempus picturæ me latet, jamque etiam recognoui, quod dictæ Imagines in Altari ſemper ſicut in ante exiſtebant ita & nunc exiſtunt, de cujus mandato & juſſu neſcio, puto tamen quod Ordinarii habuerint notitiam, & certam ſcientiam de præmiſſis, quia hæc omnia tolerabant, & ad præſens modernus Illmus loci Ordinarius tolerat.

§. 11.
Imago Beati in Altari exiſtit cum radiis: in aliis Imaginibus habetur titulus = Beatus Ladislaus.

§. 12.
Quæ retinentur in Eccleſia, & Cappella ſcientibus Ordinariis.

VIII. *Dominus Albertus BetKovvitz Mercator Varſauienſis annorum 80., Proceſſ. fol. 368. tergo ſuper 7. articulo dixit* = Et hoc certum eſt, quod ego ipſemet vidi, præcipuè Imaginem, quæ eſt in Altari Beati Ladislai, quod ſint radii ſupra caput ejus, quod ego benè obſeruaui, & conſideraui, vidi pariter in aliis Imaginibus ſcriptum hunc titulum = *Beatus Ladislaus* = & ſigna Miraculorum ſimiliter fuerunt in illis Imaginibus depictis, & inter aliorum Sanctorum Imagines vidi, quod fuerint, & nunc ſunt Imagines etiam Beati Ladislai, tàm in priuatis, quàm & publicis locis, & præcipuè in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium, & in Cappella ibidem in honorem ejuſdem Beati extructa, ubi ſunt Sancta ejus Oſſa depoſita; & de hoc dubitari non poteſt, quod præteriti Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes benè de hoc ſciuerint, ſicuti & modernus ſcit, quia hoc omnibus pateticum eſt, & Hiſtorici idem narrant; contrarii autem nihil vnquam audiui, nec legi.

Concordant cum ſupradictis cæteri Teſtes, 1. Proceſſ. fol 135. juxta 19. & 20. Interrogat. = *& fol. 163 terg. ſuper 7. art.* =, *VI. fol. 291. juxta 19. & 20. int.* = *& fol. 304. ſuper 7. art.* = *IX. fol. 383. ter. juxta 19., & 20. int.* = *& fol. 334. ſuper 7. art.* =, *X. fol. 410. terg. juxta eadem int.* = *& fol. 421. ſuper eodem art.* =, *XI fol. 438. terg. juxtà eadem int.* =, *XII. fol. 454. juxta præfata inter.*

Num. 13.
Teſtes deponentes de quotidiana celebratione Miſſarum ad Altare eiuſdem Beati.

§. 1.
Tam Teſtis, aliique

I. *Admodum Reuerendus Dominus Don Ignatius Minaſzouiecz Præpoſitus Brochovienſis annorum 56., Proceſſ. fol. 142. juxta 23. Interrogatorium reſpondit* = Vidi plurimos Sacerdotes, tàm Seculares, quàm Regulares, & ipſoſmet loci Ordinarios Poſnanienſes, utpote Bartholomæum Tarto, Chriſtophorum SrembeK modernum Archiepiſcopum Gneſnenſem, Petrum Tarto, Joannem Tarto, Joſephum Hoſium, quibus ego ipſemet aſſiſtebam ad

Miſ-

Miſſas celebratas in eadem Cappella, & Altari, vbi quieſcunt Oſſa dicti Beati Ladislai de Gielneovu , & ego ipſe multis vicibus celebraui , & alios Prælatos , & Canonicos celebrantes obſeruaui, in aliis verò locis , ſeù Eccleſiis , ubi Imagines , & Altaria ejuſdem Beati Ladislai reperiuntur , audiui , quod eadem Sacrificia ibidem celebrabantur , & celebrantur ; an autem ſit aliquod Officium de iſto Beato neſcio, præter orationem de ipſomet Beato Ladislao, quæ eſt Typis impreſſa, pendens in Tabellis ad idem Altare , & recitatur à Populo deuoto , & ego met ipſe recitare ſoleo.

Sacerdotes Seculares, & Regulares, Canonici, quàm loci Ordinarii Poſnanien. aliique Prælati Miſſas celebrant in honorem Beati ad ejus Altare.

Propriæ Miſſæ de hoc Beato Ladislao non ſunt , ſed tam in die obitus dicti Beati Ladislai Miſſæ celebrantur juxta rubricam incidentem eodem die , & Feſto , quàm etiam & aliis temporibus ſimiliter celebrantur de tempore ; Oratio autem eſt de dicto Beato Ladislao Polonico idiomate , ſed in Miſſa non recitatur , niſi à deuoto Populo; prædictæ autem Miſſæ aliæ ſolent celebrari cum cantu , Organis , & Muſica , aliæ verò voce demiſſi , ſeu ut vocantur lectæ ; Oratio autem recitatur cum titulo *Beati* ; celebrari Miſſas in Cappella, & ad Altare dicti Beati Ladislai de tempore vitæ meæ recordor, in ante autem quod celebrabantur , audiui à Parentibus meis in prouecta ætate exiſtentibus , illi autem à Majoribus ſuis per ſucceſſiuam traditionem audiuerunt ; Oratio autem de iſto Beato Ladislao jam recitari ſolebat tempore Peſtis Varſauiæ graſſantis , & ſuppono , quod eadem Oratio ab antiquo tempore dici ſolebat , quia eam vidi in Tabella vetuſtate attrita ; cujuſnam authoritate iſtæ Miſſæ ad idem Altare celebrabantur , & celebrentur , ac Oratio recitetur, hoc ſcire non poſſum, ſed ſcio benè , quod ſæpiſſimè celebrantur , & Ordinarii Loci de his optimam notitiam , & ſcientiam habuerunt , & habent , & tolerabant , & tolerant , quia ipſoſmet ad Altare dicti Beati Ladislai celebrantes vidi , ipſiſque aſſiſtebam.

§. 2. *Celebrantur in honorem Beati Miſſæ, vel de Feſto currenti, vel de Tempore.*

§. 3. *Cum oratione Beati.*

§. 4. *Præfatæ Miſſæ ab antiquiſſimo tempore celebrantur cum notitia, & ſcientia Ordinariorum.*

III. *Admodum Reuerendus Pater Carolus Konig Diffinitor Prouincialis Ordin. Minor. Obſeruant. Sancti Franciſci annorum 84. Proceſſ. fol. 213. terg. juxta 23. Interrogatorium reſpondit* = Non tantùm ego met ipſe celebraui Miſſas in Altari Serui Dei Ladislai hic Varſauiæ in Cappella ejus , ſed etiam ab aliis Presbyteris celebrari obſeruaui , & quando cantatæ Miſſæ peragi ſolent , tunc ſunt votiuæ de Sanctiſſima Trinitate diebus Dominicis , in die autem obitus dicti Beati Ladislai fiunt ſolemniter cum cantu , & Muſica ; Miſſæ verò lectæ de die occurrentes juxta Rubricam fieri ſolent , quæ & præſertim lectæ continuò abſoluuntur , quas & egometipſe tot vicibus cantaui , & lectas recitaui ; Officium autem , & Miſſam propriam non habet ; Ordinarii autem quomodo notitiam habere non poterant, quando ipſimet celebrant eaſdem Miſſas, & id tolerabant , quod ut ſupradixi à Patribus mei Ordinis audiui ?

§. 5. *Miſſæ celebratæ in honorem Beati ad eius Altare per Teſtem, alioſque Sacerdotes.*

§. 6. *Ac etiam per loci Ordinarios.*

IV. *Admodum Reuerendus Pater Nicolaus WodzinsKi Definitor Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61. Proceſſ. fol. 250. ſuper 8. Articulo dixit* = De celebratione Miſſarum ad Altare in honorem Beati Ladislai erectum , ubi Oſſa ejus quieſcunt , nonne iam recognoui , quod non tantùm per Fra-

§. 7. *Celebratio dd. Miſſarum facta vel ex voto, vel ex deuotione,*

cel in gratiarum actionem.

Fratres Conuentus Patrum Bernardinorum, ſed etiam per variorum Ordinum Religioſos, Seculares Presbyteros, Epiſcopos, Prælatos, Canonicos, & ſignanter ſub tempus Comitiorum Generalium Regni celebrari conſueuerunt, & modò celebrantur, partim ex Voto, partim ex deuotione, partim etiam in gratiarum actionem, & hanc celebrationem Miſſarum ſinguli & ſciunt, & vident, & egomet ipſe video, & celebraui; & quod etiam in ante celebrabantur forſan ſtatim ab eleuatione Corporis Beati Ladiſlai, id referunt Hiſtorici fide digni, & etiam Anteceſſores mei id mihi referebant, audientes idipſum à Senioribus ſuis, in contrarium autem nihil legi, nec audiui.

§. 8. *Incæpit ab Eleuatione Corporis Beati.*

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Ioſephus RoyKikovvicz S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proceſſ. fol. 336. terg. ſuper 8. Articulo dixit* = Et hoc certum eſt, quod in Cappella, & Altari Beati Ladiſlai, quæ eſt in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium per varios Prælatos, & Presbyteros, tàm Seculares, quàm Regulares, & alias Perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ſignanter ſub tempus Comitiorum Generalium Regni abſoluuntur quamplurimæ Miſſæ, aliæ ex Voto, aliæ ex deuotione, aliæ in gratiarum actionem, & ad præſens quoties accedo ad dictam Cappellam, video eas ſemper celebrari, & egomet ipſe pro iiſdem Miſſæ Sacrificiis Eleemoſynam obtuli, dictæque Miſſæ ab antiquo etiam celebrabantur, quia id audiui à Prædeceſſoribus meis, qui etiam id audiuerant à ſuis Senioribus dicentibus per ſucceſſiuam traditionem idipſum in illos deriuaſſe ab Antiquioribus, & nec illi, nec ego aliquid in contrarium dici, fieri unquam audiui, nec ſcriptum vidi, & certè aliter eſſe non poteſt, quia aliquid etiam audiuiſſem, utpote de his benè informatus.

§. 9. *Miſſæ celebratæ ad idem Altare per Teſtem, aliosque Sacerdotes, & Prælatos.*

§. 10. *Eleemoſynæ erogatæ pro illarum celebratione ab antiquo tempore peragi ſolita.*

VIII. *Dominus Albertus BetKovvicz Mercator Varſauienſis annorum 80., Proceſſ. fol. 369. ſuper 8. Articulo dixit* = Ipſemet vidi, & video ad Altare in honorem Beati Ladiſlai erectum, vbi Sancta ipſius Oſſa requieſcunt variæ ſortis Sacerdotes, tàm Seculares, quàm Regulares, & Prælatos celebrantes Miſſæ Sacrificia, imò recordor, quod piæ memoriæ Illuſtriſſimus Bartholomæus Tarto Epiſcopus Poſnanienſis ibidem ipſe celebrauit Miſſam, nam ego ipſe vidi eum celebrantem, & quotidie Sacrificia Miſſæ celebrantur, & præcipuè tempore concurſus, & Comitiorum Generalium; & antea pariter hæc Sacrificia Miſſæ ibidem celebrabantur, ut narrant Hiſtorici, & ut à meis Anteceſſoribus audiui, qui ab eorum Prædeceſſoribus ſimiliter fuerunt informati; ut autem aliquid contrarium eſſet huic veritati, de hoc numquam audiui, neque legi.

§. 11. *Quotidie præfatæ Miſſæ celebrantur etiam per Epiſcopos Poſnanienſes, præcipuè tempore concurſus, & ſemper antè celebratæ.*

X. *Dominus Adalbertus BialecKi Freniſex Varſauienſis annorum 64., Proceſſ. fol. 421. terg. ſuper 8. Articulo dixit* = Ad Altare Cappellæ in honorem Beati Ladiſlai erectæ, vidi modernum Illuſtriſſimum Epiſcopum Luceorienſem Sacrificium Miſſæ celebrantem, & antea varios Prælatos, Canonicos, & alios Sacerdotes, tàm Seculares, quam Regulares ibidem Miſſæ Sacrificium celebrantes, præſertim tempore Comitiorum generalium, Varſauiæ peragi ſolitorum, aliquando ex deuotione, aliquando in gra-

§. 12. *Epiſcopus Luceorien., aliique Prælati Miſſas celebrarunt ad Altare Beati.*

gratiarum actionem eidem Beato Ladiſlao pro gratiis per eum receptis, quæ & uſque ad hodiernum diem continuantur, quod tota Varſauia vidit, & nunc videt cum variis tempore concurſuum Perſonis; ergo jam non poteſt eſſe res occulta, ſed patetica, & publica, Siquidem & ego ipſe pluſquam ab annis quadraginta idem obſeruaui, & obſeruo, quod autem & ante pariter erat; de hoc me homines ſeniores me in ætate informarunt, & aliter eſſe non poteſt, aliàs mihi ijdem ſupradicti homines grandæui aliquid dixiſſent, vel in aliquo Authore legiſſem.

§. 13.
Eedem celebratæ ab antiquiſſimo tempore.

Concordat etiam cum ſupradictis alii Teſtes, II. Proceſſ. fol. 188. *juxta* 23. *Interrogat.* = *& fol.* 196. *terg. ſuper* 8. *art.* =, *V. fol.* 268. *juxta eadem int.* = *& fol.* 276. *ſuper eodem art.* =, *VI. fol.* 294. *terg. juxta prædictum int.* = *& fol.* 304. *terg. ſuper eodem art.* =, *IX. fol.* 387. *juxta effatum int.* = *& fol.* 394. *ſuper præfato art.* =, *XI. fol.* 439. *t. juxta idem int.* =, *XII. fol.* 455. *t. juxta enunciatum Interrogatorium* =

Num. 14.
Teſtes deponentes, quod in antiquiſſimis Inſcriptionibus, & Epitaphiis, & præſertim circa eius Sepulchrum, & Altare commemorantur ipſius Virtutes, & Miracula cum titulo *Beati*, & *Sancti*.

II. *Admodum Reuerendus Pater Fr. Franciſcus Winderlich Sacerdos Profeſſus Ordin. Minor. Obſeruant. Sancti Franciſci annorum* 59., *Proceſſ. fol.* 185. *terg. juxta* 21. *Interrogatorium reſpondit* = Præter Inſcriptiones, de quibus jam recognoui, legi adhuc Epitaphium eo tempore ſculptum, quo Oſſa Serui Dei Ladiſlai è viſceribus Terræ fuerant eruta, & in honeſtiori loco fuerant repoſita, quod in lapide Effigie eiuſdem Serui Dei inſignito ſculptum fuit, quod Epitaphium incipit in his verbis = *Oſſa Ladiſlai tumulus tegit iſte Beati &c.*, & legi in vita ejus; item aliud Epitaphium, ſeù Rythmum compoſitum à Patre Fabiano OrzeszKovſcKi Ordinis Sancti Patris noſtri Franciſci, qui immediatè vixit poſt mortem Serui Dei Ladiſlai ejus tenoris =

§. 1.
Epitaphia tam in nouo Sepulchro extructo tempore Eleuationis, quàm in veteri immediatè poſt mortem appoſita cum titulo Sancti, *&* Beati *cum notitia Ordinariorum.*

En Pater Sanctiſſimus jacet tumulatus,
Qui patrio Oppidolo fuit natus,
Atque in Eccleſia ritè baptizatus,
A ſuis Parentibus Ioannes vocatus &c.

Similiter in vita legi & alias Inſcriptiones, legi in multis Authoribus, quas memoria retinere non poſſum; & credo, quod Ordinarij etiam de his notitiam habuerint, qui vitam, & Authores de his ſcribentes legerunt.

III. *Admodum Reuerendus Pater Carolus Kunig Diffinitor Prouincialis Ordin. Minor. Obſeruant. Sancti Franciſci annorum* 84., *Proceſſ. fol.* 237. *terg. juxta* 21. *Interrogatorium reſpondit* = Legi in aliquot Authoribus, & vel maximè in vita Beati Ladiſlai impreſſa de anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio, quod ſuper antiquum Sepulchrum fuerat exſculpta ex lapide Statua cum Diademate ad Caput, circa quod exſculpta quoque erant aureis litteris hæc verba = *Beatus Ladiſlaus de Gielniovv*, quod Sepulchrum propè extabat ad cornu Epiſtolæ Majoris Altaris in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conuentus Varſauienſis; alias Inſcriptiones non obſeruaui, præterquam eas, quæ fuerant ſculptæ in Imaginibus papyraceis præferentes titulum = *Beati La-*

§. 2.
Circa idem antiquum Sepulchrum inſcripta erant hæc verba = Beatus Ladiſlaus =.

dislai

dislai de Gielniovv = , & dum iſtæ Imagines publicè videbantur, etiam credo Ordinarios de his notitiam habuiſſe, & id toleraſſe.

§. 3. *Plures antiquiſſimæ Inſcriptiones, & Epitaphia Sanctitatem, & Miracula Beati referunt.*

IV. *Admodum Reuerendus Pater Nicolaus WodzinsKi Definitor Generalis Ordin. Eremitarum Sancti Auguſtini annorum 61.*, *Proceſſ. fol.* 250, *terg. ſuper 9. Articulo dixit:* = Legi in Hiſtoricis antiquiſſimas Inſcriptiones, & Epitaphia in honorem Beati Ladislai compoſita, & Sanctitatem, & Miracula eius comprehendentia, & etiam id à Majoribus meis audiui, qui etiam de iſtis Inſcriptionibus mihi referebant eas ſe vidiſſe, & legiſſe, neque hæ Inſcriptiones latère poterant Ordinarios, & alias Perſonas Spirituales, & Seculares, publici enim ſunt Authores, quos poterant ipſimet legiſſe, in contrarium tamen nihil quidquam dici vidi, vel audiui.

§. 4. *Epitaphium cum titulo* Beati.

VI. *Per Illuſtris Dominus Stephanus SKouarczynsKi S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63.*, *Proceſſ. fol.* 305. *ſuper 9. Articulo dixit* = Legi in Vita Beati Ladislai typis impreſſa hæc formalia = Cernitur ad noſtra uſque tempora durans Beati Ladislai in lapide monumento eius appoſito exſculpta effigies, Caput eiuſdem cingitur umbra circulari aurata typum Sanctitatis repræſentans = Verſus porrò additi ſunt =

Oſſa Ladislai tumulus tegit iſte Beati,
Qui minimè fouit mundi nequam iniquitati,
Conregnat Sanctis, ſuccurrit debilitati.

Vidi autem in Sacello Beati Ladislai ſuper Altari Imaginem eius fixam, qua idem Beatus in extaſim raptus repręſentatur una manu tenens Chriſtum Dominum Columnæ alligatum, & altera diſciplinam, ſeù flagellum ad corpus caſtigandum; vidi quoque ſupra eamdem Imaginem eiuſdem Beati Ladislai cum miraculoſa viſione, ſeu apparitione eius in aere deprecantis Chriſtum Judicem, de qua viſione iam ſuperiùs dixi; vidi etiam tabulam retineri in Conuentu Varſauienſi Patrum Bernardinorum ligneam obſoletam, ad quam habetur agglutinata charta longa papyracea typis impreſſa pariter vetuſta, & in hac charta typo deſcriptus habetur catalogus Beatorum Patronorum Regni Poloniæ, inter quos ſequentia verba recenſentur = *Beatus Ladislaus de Gielniovv miraculis inſignis Varſauiæ anno milleſimo quingenteſimo quinto quarta Maii*; & horum omnium ſcientiam, & tolerantiam habere loci Ordinarios, & in contrarium nihil vidi, audiui, & legi.

§. 5. *Inter Beatos Patronos Poloniæ legitur inſcriptus B. Ladislaus cum ſcientia Ordinariorum.*

VIII. *Dominus Albertus Betkovviez Mercator Varſauienſis annorum* 80. *Proceſſ. fol.* 369. *tergo ſuper 9. Articulo dixit* = Jam ſuperiùs faſſus ſum, quod viderim Inſcriptionem Iconis, quæ Inſcriptio mihi explicata fuit, cuius titulus erat talis = *Beatus Ladislaus*, = & de multis aliis Inſcriptionibus narrant Hiſtorici cum hoc ſemper titulo = *Beatus Ladislaus*; contrarii autem huic nihil unquam audivi.

§. 6. *Plures Inſcriptiones cum titulo* Beati.

IX. *Dominus Stanislaus Wenderlick Civis Varſavienſis annorum 64.*, *Proceſſ. fol.* 394. *tergo ſuper 9. articulo dixit* = In hoc Altari, ubi eſt Imago Beati Ladislai, hîc in Eccleſia Patrum Bernardinorum

rum iam dixi, quod ſint aliæ Imagines eiuſdem Beati in ſuperiori parte Altaris depictæ, & quod ſit expreſſum Miraculum, quod ſucceſſit Varſaviæ tempore Peſtis cum hac inſcriptione, de qua ſuperiùs innui = *Varſavia ſis grata*, quia ego ipſe hoc vidi: ſimiliter vidi & alias Icones eiuſdem Beati Ladiſlai cum hoc titulo = *Beatus* = & tenui in manibus meis, & adhuc eas habeo apud me; & Hiſtorici fide digni de hoc narrant: quomodò ergo nunc quis contrarii aliquid diceret? nam à quocumque debuiſſem aliquid contrarii audiviſſe.

§. 7. *Tum in Altari Beati, tum in aliis locis.*

Concordant etiam cum ſupradictis alii Teſtes, I. Proc. fol. 139. *iuxta* 21. *Interrogat.* = *& fol.* 165. *tergo ſuper* 9. *articulo*, = *V. fol.* 266. *tergo iuxta idem inter.* = *& fol.* 276. *ter. ſuper eodem art.* = *VII. fol.* 323. *ter. iuxta idem Inter.* = *& fol.* 337. *ſuper eodem art.*, = *X. fol.* 422. *ter. ſuper aſſato articulo.*

Num. 15. Teſtes deponentes, quod à tempore immemorabili ab omnibus palam, & publicè nuncupatus, atque invocatus ſemper fuit cum titulo *Sancti*, vel *Beati*.

I. *Admodum Reverendus Dominus Don Ignatius Minaſzoviez Præpoſitus Brochovienſis annorum* 56., *Proc. fol.* 166. *ſuper* 10. *articulo dixit* = Dubitandum non eſt, quod ab obitu Beati Ladiſlai idem ſemper nuncupabatur cum titulo *Beati*, & *Sancti*, quia de titulo Beati legi tot Hiſtoricos, & varios libros ſuperiùs nominatos, & etiam à Parentibus meis audivi, quod ſemper à Populo pro Sancto reputabatur, & omnes palàm, & publicè ipſum Beatum, & Sanctum nominant, & de eo loquuntur, & hoc ipſe audivi, & obſervavi, non tantùm in privatis colloquiis, verùm quando aliqui devoti oblationes deferebant, ſemper dicebant = *deferte ad Sanctum Ladiſlaum*; & hoc ipſum ſciebant loci Ordinarii, & eo titulo *Sancti* ipſum appellabant, quia hoc audivi de ore eorum; & iſta ſunt publica, & notoria, nec in contrarium aliquid ſcio, vel audivi, nec aliter eſſe poteſt, ſi enim ſecus eſſet, utique aliqui de Populo contrarium dixiſſent, quod nunquam audivi.

§. 1. *Statim ab obitu uſque ad præſens palam & publicè à Populo, & ab ipſis etiam Ordinariis nuncupatus* Beatus, *&* Sanctus.

III. *Admodum Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ordin. Minor. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 84., *Proc. fol.* 208. *tergo iuxta* 12. *Interrogatorium reſpondit* = Scio dictum Beatum Ladiſlaum publicè cognominatum, & ad præſens cognominari, & nuncupari *Beatum*, ac *Sanctum*, non tantùm hic Varſaviæ, verùm etiam in Oppidis Gielniovv, ubi natus, tum in Skepe, ubi illius extat Altare in Eccleſia noſtra ibidem exiſtens; pariter in Conventu noſtro Cadinenſi Diœceſis Varmienſis, & in aliis locis per Regnum Poloniæ ſtatim à tempore obitus; id ſit præſertim à Perſonis his, quæ habent ſingularem devotionem ad dictum Beatum Ladiſlaum, & non tantùm voce, verùm etiam ſcripturis publicis, & authenticis, qoas ſcripturas hic in Conventu noſtro ipſemet vidi, & legi, tum etiam in Authoribus Hiſtoricis typo impreſſis id mihi contigit in ante legiſſe, quod dictus Servus Dei Ladiſlaus titulo decoretur *Beati*, & *Sancti*, qoos Authores Hiſtoricos licet in anteceſſum legerim, ipſos tamen in ſpecie recordari non poſſum propter labilem memoriam ex nimia ſenectute mea proveniente.

§. 2. *Non tantùm Varſaviæ, verùm etiam in pluribus aliis Poloniæ locis.*

§. 3. *Ac etiam in authenticis ſcripturis.*

V. *Admodum Reverendus Dominus Don Adamus Koſſovvski Sacerdos annorum* 59., *Proc. fol.* 276. *tergo ſuper* 10. *articulo dixit* =

Semper de tempore vitæ meæ loquentes audivi publicè homines nuocupantes Servum Dei Ladislaum pro *Beato*, *&* *Sancto*, & quod etiam ab obitu pro tali nuocupabatur, legi pariter in Hiſtoricis, & his neque loci Ordinarii, Officialeſque Eccleſiaſtici, & Seculares contradicebant, neque contradicunt, quinimò ipſimet eundem pro *Beato* nominant, ſuntque iſta ootoria, & publica, & reputatio communis, cooſtans, & inconcuſſa, nec aliquid in contrarium audivi à Majoribus meis, & aliter eſſe non poteſt, quia utique ab aliquo poſſem id ſcire, vel audire, quod mihi nunquam contigit.

§. 4. *Denominatus ſtatim ab obitu fuit* Beatus, *&* Sanctus *ab ipſis etiam Ordinariis.*

VI. *Perilluſtris Dominus Stephanus Skwarczynski S. Nunciaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63., Proc. fol. 305. tergo ſuper 10. articulo dixit* = Quemodmodum ex præſcriptione Authorum ſuperiùs à me ſpecificatorum conſtat mihi à tempore obitus Beati Ladislai, eum reputari, & appellari *Beatum*, ſeu *Divum* ita continuativè etiam ad præſentia tempora eum haberi, & nominari *Beatum*, & puto, quod etiam in aliis locis, in quibus nomen ejuſdem Beati inclaruit, idque cum ſcientia, & toleraotia prout judico loci Ordinariorum, & io co itrarium nihil quidquam audivi, nec legi.

§. 5. *Et ad præſens ita publicè denominatur cū ſcientia Ordinariorum.*

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykiewicz S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 337. tergo ſuper 10. articulo dixit* = Hoc abſque dubio verum eſt, quod ab immemorabili tempore Beatus Ladislaus de Gielniovv ſemper nuncupabatur cum titulo *Beati*, & *Sancti*, & omoes communiter loquuntur de eo palàm, & publicè, veluti de Beato, & Sancto, cum ſcieotia, & tolerantia Ordinariorum pro tempore, omoiumque Digoiorum utriuſque ſtatus, & etiam Populi conſenſu; & quis non videt, quod iſta ſuot publica, & notoria, & de iis eſt, & fuit publica fama, communiſque reputatjo, conſtans, & inconcuſſa, adeòque nihil dictum, factum, vel auditum fuit io contrarium, & quod hoc ipſum etiam legi in Annalibus, & vita ejus, ubi ſcribunt etiam ipſum *Beatum*, imò non ſolum per decem, viginti, triginta, & quadragiota anoos, ſed à tempore, quo recordari poſſum, ſemper palàm, & publicè idipſum audivi, & etiam à Prædeceſſoribus meis, qui dicebant ſe à Senioribus id pro voto audiviſſe, & aſſerebaot per ſucceſſivam traditionem etiam in ipſos derivaſſe ab Aotiquioribus; in contrarium autem nil vidi, nec audivi, & aliter eſſe non poteſt, quia ſi ſecus eſſet, aliquid de his audiviſſem, & aliter ſciviſſem.

§. 6. *Ab immemorabili tempore nuncupatus publicè & communiter fuit* Beatus *&* Sanctus *cum ſcientia Ordinariorum.*

Cauſa ſcientiæ.

VIII. *Dominus Albertus Betkowicz Mercator Varſavienſis annorum 80., Proc. fol. 369. tergo ſuper 10. articulo dixit* = Ab antiquo tempore, & ferè immediatè poſt obitum ſuum Beatus Ladislaus tenebatur, & nuncupabatur ab hominibus *Beatus*, & *Sanctus*, & non aliter de illo homines publicè inter ſe loquebantur, & non loquuntur, quàm ſolùm, quod ſit *Beatus*, & *Sanctus*; & eſt impoſſibile, ut Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes de hoc neſciverint, ſiquidem non privatim, ſed in publico homines de hoc diſcurrunt, & Hiſtorici narrant, & teſtantur; & mei Anteceſſores ipſum vocabant *Beatum Ladislaum*, & refe-

§. 7. *Immediatè poſt obitū uſque ad præſens denominatio publica & communis* Beati, *&* *Sancti cum ſcientia Ordinariorum.*

re-

rebant mihi, quod & ipſi ab eorum Prædeceſſoribus audiverint, qualiter ipſe ſtatim poſt obitum ſuum immediatè ita cæpit vocari; contrarii autem huic nihil unquam audivi, neque legi.

Concordant etiam cum prædictis alii Teſtes, II. Proceſſ. fol. 177. juxta 12. Interrogatorium = & fol. 197. tergo ſuper 10. articulo = IV. fol. 230. tergo juxta 12. Interrogatorium = & fol. 251. ſuper eodem articulo = IX. fol. 379. tergo juxta 12. Interrogatorium = & fol. 395. ſuper 10. articulo = X. fol. 405. tergo juxta 12. Interrogotorium = & fol. 423. tergo ſuper 10. articulo = XI. fol. 435. juxta 12. Interrogat. = XII. fol. 449. tergo juxta 12. Inter.

Num. 16.
Teſtes deponentes, quod Sixtus Papa V. in ſuo Diplomate expedito anno 1586. pro erectione Confraternitatis S. Annæ eumdem nominat cū titulo *Beati*.

I. *Admodum Reverendus Dominus D. Ignatius Minaſcovicz Præpoſitus Brochovicenſis annorum* 56., *Proc. fol.* 167. *ſuper* 11. *articulo dixit* = Ego metipſe oculis meis vidi, & legi Originale Diploma Confraternitatis Sanctæ Annæ, de quo ad præſens interrogatus ſum, quod in eodem continetur, & exprimitur dictum verbum = *Beati Ladiſlai*, & quiſquis ſi deſideraſſet, idipſum legere, & videre poteſt, quinimò facilè notitiam multi homines de hoc habere poſſunt, quia præfatum Diploma Feſto occurrente Sanctæ Annæ ſolebat appendi publicè in Eccleſia circa Altare Sanctæ Annæ.

§. 1.
In originali Diplomate exprimitur verbum Beati Ladiſlai.

III. *Admodum Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 84., *Proc. fol.* 219. *tergo ſuper* 11. *articulo dixit* = Hoc recordor, & benè ſcio, quia hoc legi oculis meis Diploma pro erectione Confraternitatis Sanctæ Annæ in Eccleſia noſtra Conventus Varſavienſis expeditum, ubi continentur iſta verba, quæ mihi ad præſens leguntur, utpote = *Præterea cum Oppidum Varſaviæ Poſnanienſis Diœceſis, in quo Generalia Comitia totius Regni Poloniæ haberi ſolent, venerandumque Corpus Beati Ladiſlai in Eccleſia Domus ejuſdem Sanctæ Annæ reconditum eſt, celeberrimum ſit, & Inſigne*; & hæc verba propterea recordor præcisè quia ante aliquot dies iterum legi dictum Diploma, & hæc verba diligenter obſervavi, nec in contrarium aliquid ſcio, vel audivi.

§. 2.
Refert particulam Diplomatis ſpectantem ad Beatum.

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykiewicz S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum* 69., *Proc. fol.* 338. *ſupra* 11. *articulo dixit* = Hoc Diploma legi in pergameno authenticum ſanctæ memoriæ Sixti Papæ Quinti, quod expeditum fuit pro erectione Confraternitatis Sanctæ Annæ ad Eccleſiam Patrum Bernardinorum Varſavienſium de anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, ubi iſta expreſsè verba ponuntur = *Præterea cum Oppidum Varſaviæ Poſnanienſis Diœceſis, in quo Generalia Comitia totius Regni haberi ſolent, venerandumque Corpus Beati Ladiſlai in Eccleſia Domus ejuſdem Sanctæ Annæ reconditum eſt, celeberrimum ſit, & inſigne*; & multi de hoc Diplomate ſciunt, qui habebant animum illud legendi; in contrarium autem nihil vidi, legi, vel audivi, & aliter eſſe non poteſt, quia quis tale Inſtrumentum authenticum negaſſet, quod eſt vetus, & antiquum, & omnis ſuſpicionis nota carens?

§. 3.
Eamdem refert Teſtis.

§. 4.
Originale Diploma authenticum [illegible]

Concordant etiam cum ſupradictis alii Teſtes, II. Proc. fol. 198. *ſuper* 11. *articulo = IV. fol.* 251. *ſuper* 11. *articulo = V. fol.* 277. *ſuper* 11. *articulo = VI. fol.* 306. *ſuper* 11. *art. = VIII. fol.* 371. *ſuper* 11. *art. = IX. fol.* 395. *ter, ſuper* 11. *art. = X. fol.* 424. *ſuper* 11. *articul.*

Num. 17.

Teſtes deponentes de antiquiſſima Oratione ſtatim poſt obitum recitari ſolita, ac publicè retenta ante ejus ſepulchrum, in qua *Beatus*, ac *Varſaviæ Patronus* denominatur.

§. 1.

Ab immemorabili tempore ad præſens uſque recitatur dicta oratio cum expreſſione Beati, & Patroni.

§. 2.

Ab omnibus cuiuſque conditionis Fidelibus.

§. 3.

Eadem expreſſio Beati. & Patroni *reperitur in Catalogo Patronorum Poloniæ.*

§. 4.

Ab antiquiſſimo tempore compoſita ſupradicta Oratio, & recitata uſque nunc cum ſcientia Ordinariorum.

II. *Admodum Rev. Pater Fr. Franciſcus Winderlich Sacerdos Profeſſus Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 59., *Proceſſ. fol.* 198. *tergo ſuper* 12. *articulo dixit* = Vidi ipſemet, & recitare conſuevi circa Altare, ubi Oſſa Beati Ladislai quieſcunt, Orationem in tabulis ligneis Typo expreſſam, ubi nedùm *Beatus*, ſed Varſaviæ, ac totius Regni Poloniæ *Patronus* nuncupatur, & nedum nos Bernardini, verùm etiam varii accedentes ad ejus Altare, & ejus Patrocinio ſe commendantes eamdem Orationem legunt, & recitant; & audivi quod in ante, & ab immemorabili tempore recitabatur, quod mihi referebant Anteceſſores Patres mei Ordinis, & ab aliis Prædeceſſoribus id etiam audiviſſe aſſerebant, & in Catalogo Patronorum Regni Poloniæ typis edito idipſum legi, nec in contrarium aliquid ſcio, aut audivi.

III. *Admodum Rev. Pater Carolus Kunig Diffinitor Provincialis Ord. Min. Obſerv. Sancti Franciſci annorum* 84., *Proc. fol.* 220. *ſuper* 12. *articulo dixit* = In hac Oratione, quæ eſt in tabula lignea ad Altare Beati Ladislai obſervavi, & legi, quod non tantùm *Beatus*, ſed etiam Varſaviæ *Patronus* nuncupatur prædictus Servus Dei Ladislaus, & non tantùm noſtri Patres eamdem devotè leguntur, & recitant, præſertim quando accedunt Altare prædictum Beati Ladislai, ſed etiam alii varii ſexus homines accedentes dictum Altare, & pariter hic in noſtro Conventu Varſaviæ legi, quod in Catalogo Patronorum Regni Poloniæ etiam denominatio dicta *Beati* reperiatur cum qualitate *Patroni* Regni Poloniæ, & alii poſſunt de his optimè ſcire, qui eumdem Catalogum viderunt, & legerunt; in contrarium autem nihil ſcio, neque legi, aut audivi.

VI. *Perillustris Dominus Stephanus Skwarczynski S. Nunciaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum* 63., *Proc. fol.* 307. *ſuper* 12. *articulo dixit* = Certam, & determinatam notitiam non habeo, utrùm ſtatim poſt obitum Oratio ad Beatum Ladislaum compoſita ortum ſuum habuerit, ſed credo ab antiquiſſimo tempore inventam, ſeu compoſitam fuiſſe, quoniam in tabula lignea, de qua ſuperiùs dixi ad articulum nonum, vetuſtiſſima inter alios Beatos Patronos Regni Poloniæ appellatur, & nuncupatur *Beatus* idem Servus Dei Ladislaus, ac inſuper *Patronus* eiuſdem Regni; quantùm verò ad Orationem vidi aliquas tabellas ligneas, in quibus Oratio typis impreſſa eiſdem tabellis agglutinata habetur, & conſervantur in Cappella dicti Servi Dei Ladislai, & in his tabellis Orationem ad Divum Ladislaum directam per devotos Clientes recitari ſolere obſervavi, & hæc ſunt publica, & notoria, ſupponoque ſcire de his loci Ordinarios, quoniam ſunt publica, & notoria, in contrarium verò nihil audivi, & legi.

VII. Pe-

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykiewicz S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 338. tergo ſuper 12. articulo dixit* = Toties quoties legi, & recitavi Orationem in tabula lignea deſcriptam, quæ pendet ad Altare Beati Ladislai publicè, ubi Sacra ejus Oſſa quieſcunt, & in eadem obſervavi, quod ibidem non tantùm *Beatus*, ſed & Varſaviæ *Patronus* dictus Servus Dei Ladislaus nuncupatur, & alii quamplures, tam Seculares, quàm Regulares patrocinium ejus implorantes eam recitarunt, & de præſenti recitant cum ſumma devotione, & audivi, quod ab antiquo tempore hæc Oratio ſolita fuit recitari, id enim audivi à Prædeceſſoribus meis; Similiter legi in Catalogo Beatorum, & Sanctorum in tabula vetuſta, & antiquiſſima, in qua ob antiquitatem vix character recognoſci poteſt, quod etiam ibi contineatur inter eos Beatus Ladislaus, & hunc Catalogum pendere vidi, & obſervavi in Curritorio Patrum Bernardinorum Varſávienſium, in contrarium autem nihil dictum, factum, geſtum, aut ſcriptum vidi, legi, & audivi, & aliter eſſe non poteſt, quia ſi ſecus eſſet, utique aliter ſciviſſem, vidiſſem, & audiviſſem.

§. 5. *Publicè ad Altare Beati ab omnibus tā Regularibus, quàm Secularibus.*

§. 6. *In Catalogo Beatorum & Sanctorum deſcripto in tabula antiquiſſima invenitur B. Ladislaus.*

IX. *Dominus Stanislaus Vvenderlich Civis Varſavien. annorum 64. Proc. fol. 396. ſuper 12. articulo dixit* = Vidi illam tabellam cum Oratione ad Beatum Ladislaum ſcripta, & legi, quæ eſt appenſa penes Altare eius, ubi non ſolùm nuncupatur: *Eſt hic Servus Dei Beatus*, ſed etiam Varſaviæ *Patronus*, & multi homines eam Orationem deuotè recitant, ſunt & alię plures tabellæ iam reimpreſſæ cum eadem Oratione, quę in veteri tabella eſt, & hoc propter commoditatem hominum, quia ex una non poſſunt legere omnes; & orare, & contrarii huic nihil unquam vidi, audivi, neque legi.

§. 7. *Præfatæ Orationis recitatio, fit ad Altare Beati.*

X. *Dominus Adalbertus Bialbecki Frenifex Varſavienſis annorum 64., Proc. fol. 425. ſuper 12. Articulo dixit* = Eſt in Cappella in honorem Beati Ladislai erecta ad Altare eius Oratio Polonico Idiomate impreſſa, & in duabus tabellis ligneis agglutinata, quam varii homines, tam ſpirituales, quàm ſeculares accipiunt, & recitant, ubi & ego ipſe ſat ſæpè eamdem recito, in qua Oratione veneratur ipſe, tamquam fidelis *Patronus* Civitatis Varſavienſis. Catalogum Patronorum Regni Poloniæ non contigit mihi legere; de hac autem Oratione, de qua ſuperiùs faſſus ſum, audivi ab hominibus variæ conditionis grandævis, quod eam pariter recitabant, & ipſi ſimiliter à Senioribus ſe idem audiverunt, & habuerunt per traditionem de quo etiam Hiſtorici Poloni fide digni narrant, contrarii autem huic nihil unquam audivi, & legi.

§. 8. *A cujuſcunque conditionis hominibus.*

§. 9. *Semper ab antiquo tempore.*

Concordant etiam cum ſupradictis alii Teſtes, I. Proc. fol. 167. tergo ſuper 12. Articulo = IV. fol. 251. tergo ſuper 12. Articulo = V. fol. 277. tergo ſuper 12. Articulo = VIII. fol. 370. tergo ſuper 12. Articulo =

Num. 18.

Teſtes innuentes Hiſtoricos, qui de Sanctitate ejus vitæ, vir-

IV. *Admodum Rev. Pater Nicolaus Vvodzinski Definitor Generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini annorum 61., Proc. fol. 241. tergo juxtà 26. Interrogatorium reſpondit* = Superiùs non recenſui omnes

tutibus, & Miraculis, deque publico cultu cum denominatione SANCTI, & BEATI mentionem faciunt in eorum Cronicis, & Hiſtoriis, tàm Manuſcriptis, quàm impreſſis.

omnes Authores, in quibus legi Servum Dei Ladislaum nuncupari Beatum, quos nunc recenſeo, id enim legi in Authore Bzovio Polono Ordinis Prædicatorum, qui confecit Annales Eccleſiaſticos Romę impreſſos; in Franciſco Haroldo Hyberno Chronologo Ordinis Sancti Franciſci; in Authore Fortunato Haber Bavaro Chronologo Ordinis Sancti Franciſci; in Ioanne à Sancto Antonio Salmantino Hiſpano, cuius Bibliotheca Franciſcana impreſſa Matriti; in Hyacintho Pruszez Chronologo Polono; in Ludovico Miske Ordinis Sancti Franciſci in Patre Vincentio Moravnski Ordinis Sancti Franciſci, qui vitam Beati Ladislai conſcripſit, & typo impreſſit hic Varſaviæ anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio, in Chronicis Patrum Reformatorum Majoris Poloniæ; & hi Authores, quos recenſui immediatè faciunt expreſſam mentionem de Sanctitate, Virtutibus, & Miraculis Beati Ladislai; antiquitas autem iſtorum Authorum patet ex expreſſione annorum, quo ſęculo vixerant, qui anni annotantur in Frontiſpicio, & certè ſunt Claſſici, & approbati, auctoritateque pollent gravium Virorum, apud omnes enim pro gravibus habentur, & Claſſicis, neque dubium eſt, quod Ordinarii notitiam, & ſcientiam de his habuerint, quia legi approbationes eorum in iiſdem Auctoribus, quæ ſubſequi non poſſunt abſque eorum ſci. entia.

§. 1. *Recenſet varios Hiſtoricos, qui de Sanctitate, & Miraculis Beati ſcripſerunt.*

VI. *Perilluſtris Dominus Stephanus Skovarczynski S. Nunziaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63., Proc. fol. 296. juxtà 26. Interrogatorium reſpondit* = Scripturas publicas nullas me legiſſe contigit; legi autem nonnullos libros, & Authores, in quibus Servus Deus Ladislaus ferè omnibus *Beatus* appellatur, & eius ſanctitatis vitę, & Miraculorum, aliorumque Virtutum fit mentio; Libri autem, in quibus hęc legi ſunt hi = primò Vita Beati Ladislai de Gielniovu typis impreſſa anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo Varſavię edita: ſecundò Annalia Eccleſiaſticorum Auctore Abrahamo Bzovio Polono de anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Coloniæ Agrippinę impreſſa: Tertiò Conſtitutiones Synodales typis impreſſe anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto Cracovię: quartò Trinum exemplar perfectionis &c. Auctore Ludovico Miske Ordinis Minorum Conventualium, qui liber impreſſus anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſexto Poſnanien., quintò Petri Hyacinthi Pruſzez de anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo typis impreſſus Cracoviæ: ſextò Epitome Annalium Ordinis Minorum Auctore Franciſco Haroldo, liber typis impreſſus anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Romæ: Septimò Menologium Auctore Fortunato Hubero, liber typis impreſſus anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo octavo Monachii: octavo Chronicæ trium Ordinum conſtitutorum à Patre Seraphico Sancto Franciſco tertia Pars, liber typis impreſſus anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo Varſaviæ; ac denique liber Geographicus Chronologicus, Auctore Ladislao Lubioski typis impreſſus Vratiſlaviæ approbatus per Eminentiſſimum olim Cardinalem Lipski Epiſcopum Cracovienſem de anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo; & cenſeo iſtos libros, utpote à Viris Gravibus editos, ple-

§. 2. *Sanctitatis vitæ, & Miraculorum cum denominatione Beati mentio fit in Hiſtoriis.*

§. 3. *Quos refert Teſtis.*

plenam, & publicam mereri fidem; utrùm autem reliqui prædicti libri fuerint auctoritate ordinaria approbati in eorum Frontiſpicio non obſervavi.

VIII. *Dominus Albertus Berkovvicz Mercator Varſavienſis annorum* 80., *Proc. fol.*361. *tergo juxtà* 26. *Interrogatorium reſpondit* = Ex ſcriptis Hiſtoriis de Beato Ladislao nullam legi, in impreſſis autem libris, in quibus hoc titulo nuncupatur *Beatus Ladislaus &c.* legi, uti in libello Polonico idiomate impreſſo Cracoviæ anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo cum licentia ſuperioritatis ſpiritualis, cujus libri titulus = *Propugnaculum Spirituale Regni Poloniæ*; editus hic liber per Petrum Hyacinthum Pruſzcza: in altero libello edito Varſaviæ anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo cum licentia Illuſtriſſimi Petri Tarto Epiſcopi Poſnanienſis per Reverendum Patrem Bernardum Sanniga Provinciæ Bohemicæ, cuius libri titulus: Chronica trium Ordinum conditorum à Patre Seraphico Franciſco: in tertio libro edito per quemdam Patrem ex primo Ordine Sancti Franciſci Fratrum Minorum Conventualium cum licentia ſuperioritatis ſpiritualis, anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſexto impreſſo Poſnaniæ, cuius libri titulus = Triplex ſpeculum perfectionis in Glorioſo trium Ordinum Fundatore Seraphico Sancto Franciſco; denique, & in Vita eiuſdem Beati Ladislai anno elapſo milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto cum licentia pariter ſpiritualis ſuperioritatis reimpreſſa Varſaviæ.

§. 4. *Varii libri impreſſi licentia Ordinariorum*

Quorum librorum lectione edoctus ſum, quod eidem Servo Dei detur titulus *Beati*, & demonſtrantur in iis vitæ ſanctitas, Virtutes, & Miracula; hac ex ratione ſupradicti Auctores digni ſunt fide, quod ipſorum narrata ſuperioritas ſpiritualis approbaverit, & typis mandari conceſſerit, credo certè Illuſtriſſimos Epiſcopos de hiſce Auctoribus benè ſciviſſe; ſiquidem aliquos ex illis ipſimet approbarunt.

§. 5. *In quibus narratur Sanctitas, & miracula cum titulo* Beati.

IX. *Dominus Stanislaus Vvenderlieb Civis Varſavienſis annorum* 64. *Proc. fol.*388. *juxtà* 26. *Interrogatorium reſpondit* = Legi varios Hiſtoricos, in quibus nuncupatur, & ſcribitur Servus Dei Ladislaus *Beatus*, Sanctitate vitæ, & Miraculis celebris, & hi Hiſtorici alii ſunt Antiquiores, uti quidam nomine Pruszcz, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo editus Cracoviæ: poſtea Chronici Patrum Reformatorum editi Varſaviæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſecundo, & adhuc antiquior vita ejuſdem Beati Ladislai milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio, & hi ſunt Hiſtorici authentici, quibus ab omnibus creditur, & eſt impoſſibile, ut Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes tàm præteriti, quàm modernus de hoc neſciverint, quia legunt varios Hiſtoricos, quomodo ergo & hos non legiſſent; ego hucuſque de nulla his Hiſtoricis contradictione audivi.

§. 6. *Hiſtorici antiquiores & recentiores loquentes de iiſdem.*

X. *Dominus Adalbertus Bialecki Frenifex Varſavien. annorum* 64., *Proc. fol.*414. *juxta* 26. *Interrogatorium reſpondit* = Scriptas connotationes, quæ Beatum Ladislaum nuncuparent *Beatum*, vel *Sanctum*, nullas vidi, aut legi, ſed ſolùm in primis Auctorem Polonum dictum Hyacinthum Pruszcz; alium librum legi, cuius titulus, Annales Patrum Reformatorum: tertium librum Patris

§. 7. *Recenſet eoſdem Hiſtoricos.*

Lu-

Ludovici Miske Ordinis Sancti Franciſci, & vitam ex variis Auctoribus collectam, & nunc recenter Polonico idiomate impreſſam; in his prędictis libris legi, quod omnes huic Servo Dei Ladislao dent titulum: *Beatus*, & eius ſanctitatem vitę, Virtutes, ac Miracula deſcribunt; credo ſupradictos Auctores eſſe homines fide dignos, ſiquidem eorum libri ſunt ab auctoritate ſpirituali approbati; quo autem anno illi Auctores ſcripſerunt, & in quo loco ediderunt, hoc non obſervavi: Suppono Illuſtriſſimos Epiſcopos Poſnanienſes benè de his Auctoribus ſciviſſe, ut & Modernus certè ſcit, ſiquidem ſunt publici.

Num. 19.

Teſtes deponentes de ſolemni feſtiuitate quotannis à tempore immemorabili celebrari ſolita in die anniuerſaria obitus Beati.

§. 1.

Feſtiva ſolemnitas, tàm Varſaviæ, quàm in Oppido Gielniovv, & Skepæ ſingulis annis die 4. Maii celebratur.

§. 2.

Cum miſſis ſolemnibus cum panegyricis Orationibus in laudem Beati cum Veſperis in muſicis Inſtrumentis, & organis decantatis & cum Proceſſionibus

§. 3.

Cum magno Populi concurſu ex variis locis.

§. 4.

Eadem ſolemnitas ab antiquiſſimo tempore celebratur.

§. 5.

Cum ſcientia Ordinariorum, qui exempla ſuo Populum ad eandem alliciebant.

1. *Adm. Rev. Dominus D. Ignatius Minaſcovicz Præpoſitus Brochovienſis annorum 56.; Proc. fol. 144. tergo juxta 24., & 25. Interrogatorium reſpondit* = In Eccleſia Patruum Bernardinorum Conventus Varſavienſis, ubi Corpus dicti Beati Ladislai requieſcit, ſcio celebrari eamdem ſolemnitatem obitus, ſi quidem toties ipſemet adfui huic ſolemnitati, uti Varſauię reſidens; in aliis verò locis, utpote in Oppido Gielniouu, & Eccleſia Conuentus Skepenſis, quod etiam eiuſmodi ſolemnitas celebretur, audiui à plurimis fide dignis, idque ſingulis annis, & ſupraſpecificata die, quarta ſcilicet Maii; in tali verò Feſto fit Miſſa in primis votiua de Santiſſima Trinitate in Cappella, ubi requieſcunt Oſſa dicti Serui Dei Ladislai, ex poſt Proceſſio cum Sanctiſſimo Sacramento in Oſtenſorio expoſito; demùm ſumma ſcilicet Miſſa paritèr cantata cum Organis, & Muſica, poſt decantatum verò Credo, Concio in laudem prædicti Serui Dei Ladislai de Gielniouu; paritèr poſt prandium Veſperæ ſolemnes cum cantu, Muſica, & Organis ſimilitèr cum Concione, & Proceſſione; ego metipſe aſſiſtebam huic deuotioni, aliquando lectas egometipſe celebraui: in Oppido verò Gielniouu, & Eccleſia Conuentus Skepenſis ſolùm audiui à dignis Viris, & ipſis Patribus Bernardinis, tum ab his, qui Voti cauſa viſitabant Eccleſiam in Oppido Gielniouu Patriam dicti Beati Ladislai de Gielniouu, quod ſimilis deuotio peragatur; Concurſus verò pro dicta ſolemnitate Populi non tantùm ex loco ſcilicèt Varſauię, verùm etiam ex aliis locis adeſſe ſolet, maximè ex Pagis, & Oppidis paruis prope Varſauiam exiſtentibus; ego metipſe intereram huic deuotioni quolibet anno, quando aderam Varſauię, ut recordari poſſum: eadem ſolemnitas ſemper de anno in annum peragitur, & audiui à Parentibus meis ſenio confectis, illi etiam per traditionem habuerunt à Senioribus, quod eadem ſolemnitas incæpta eſt ab eleuatione Corporis dicti Beati Ladislai, de cuiuſnam mandato, ſiue permiſſione iſta ſolemnitas celebretur ego neſcio, hoc tamen ſcio, quia de tempore Vitæ meæ non fuit intermiſſa, imò continuò celebrata, & ad hodie celebratur hic Varſauię; aliis verò in locis ſolùm ex auditu habeo, quod paritèr celebretur: puto habuiſſe, & ad præſens habere loci Ordinarios notitiam, & ſcientiam de præmiſſis, cum ipſimet toties celebrabant quibus ego aſſiſtebam, quàm deuotionem tolerabant, & permittebant.

Vidi, & ſcio, quod alia ſpecies venerationis, & cultus fuerit tàm in Cappellà dicti Serui Dei Ladislai, quàm in, & extra Eccleſiam Patrum Bernardinorum.

Erat

Erat publica ſpecies v nerationis exhibita Beato Ladislao, ſiquidem meo tempore fuit ſolemnis Proceſſio ex Eccleſia inſigni Collegiata Varſauiæ cum Imagine dicti Beati Ladislai depicta ad Eccleſiam Patrum Bernardinorum Varſauiæ cum magno concurſu Populi, & cum aſſiſtentia Cleri tàm Secularis, quàm Regularis, necnon cum Magiſtratu Varſauiæ; ſpecies autem, & forma illius conſiſtebat in decantatione cantilenæ à dicto Beato Ladislao compoſitę tùm in Tympanis, Tubis, & variis Inſtrumentis Muſicis, in exploſione tormentorum, in luminibus per Confraternitates alportatis ſimul cum Vexillis tali actui adaptatis, in adoratione Porticus Eccleſiæ Patrum Bernardinorum, ab extra lampadibus oleo oliuarum repletis, varia in forma bene diſpoſita adornatis, tùm pyramidibus ſimiliter iiſdem lampadibus in multa quantitate circumductis, cum Imagine ſupradicti Beati Ladislai in medio poſita dictorum ornamentorum, & luminum, cum variis in laudem dicti Beati Ladislai Inſcriptionibus, & elogiis, pariter, & intus tàm in ipſa Eccleſia tota, quàm etiam Cappella ejuſdem Beati Ladislai illuminationibus, ornamentis, periſtromatibus repleta fuit, iſta verò ſpecies venerationis, & publicæ ſolemnitatis tunc temporis fuit, quando Peſtis Varſauiæ graſſari incipiebat, anno videlicèt milleſimo ſeptingenteſimo octauo, fui tunc temporis præſens Varſauiæ, & præmiſſa omnia vidi; ceſſante verò hac Peſte, ſimilem cum tali pompa non vidi Proceſſionem; tamen qualibet die cum concurſu Populi hic Varſauiæ ad dictum Beatum Ladislaum deuoti augetur ſpecies venerationis.

§. 6. *Particularis ſolemnitas celebrata tempore peſtis Varſaviæ graſſantis anno 1708.*

Conſiſtit iſta venerationis ſpecies, & augumentum illius in multa quotidie celebratione Miſſarum, & frequentia Populi, maximè hic Varſauiæ ad ſupradictum Beatum Ladislaum deuoti; tùm etiam in oblationibus ſpontè factis, necnon Eleemoſynis, & aliis piis operibus: nulla autem arte humana id fieri poſſe, ſed fide bona, & ex tot beneficiis per inuocationem dicti Beati Ladislai præſtitis, ſcio ſpontè homines exhibere eidem Beato Cultum, & Venerationem publicam: num autem Ordinarii loci expreſſam licentiam in ſcriptis dederint neſcio, notitiam tamen eoſdem habuiſſe, & habere ſuppono, cum publicæ Proceſſioni ipſe Reverendiſſimus olim Stephanus Vuierzbski pro tunc Vicarius generalis in Spiritualibus Varſauiæ apparatu Eccleſiaſtico indutus aſſiſtebat, quod ipſum meis oculis vidi.

§. 7. *In dies magis augetur cultus præſertim in quotidiana plurium Miſſarum celebratione.*

§. 8. *Vicarius Generalis Varſaviæ Proceſſioni aſſiſtebat.*

II. *Adm. Rev. Pater Fr. Franciſcus Vvinderlieb Sacerdos Profeſſus Ord. Minorum Obſervantium Sancti Franciſci annorum 59. Proc. fol.188. tergo juxtà 24. Interrogatorium reſpondit* = Feſtum peculiare celebrari in honorem dicti Serui Dei Ladislai de Gielniono, aliud neſcio, præterquam in die ipſius obitus ſcilicet quarta Menſis Maii, & hanc celebrationem vidi, & obſeruaui etiam ab Epiſcopis Ordinariis loci, & Prælatis celebrari in Eccleſia noſtra Varſauiæ cum omni pompa, & ſolemnitate (quæ præſtari ſolet aliis Sanctis) ſcilicèt expoſitione Sacramenti, Concionibus, Proceſſionibus, & in hac ſolemnitate pariter vidi, & obſeruaui concurſum Populi confluentem ad hanc deuotionem, & etiam Magnates, qui de longinquo venientes aderant eidem ſolemnitati, ſimi-

§. 9. *Feſtum in honorem Beati quotannis celebratur ab ipſis etiam Ordinariis cum expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, Concionibus, Proceſſionibus, cum maximo etiam Magnatum concurſu.*

liter, & Magiſtratum hujus Ciuitatis, ac Plebem; & ego ipſemet interfui tali ſolemnitati, & vidi hæc omnia, quia in hoc Conuentu Varſauiæ aliquot annis manebam, & iſta ſolemnitas non tantùm de tempore vitæ meæ increbuerat, ſed etiam ab immemorabili tempore, de quo notitiam, & ſcientiam a Majoribus meis & ſeniculis Patribus, qui eamdem deuotionem viderant, & obſeruabant; hujus autem ſolemnitatis publicæ permiſſionem credo intercedere Ordinariorum, quia ipſimet eamdem per Miſſæ Sacrificia, & Proceſſiones celebrabant, nec unquam ſcio, nec audiui, quod dicta ſolemnitas intermiſſa fuerit, imò continuò celebratam vidi, & audiui, & uſque ad hodie celebratur.

§. 10. *Idque à tempore immemorabili cum ſcientia Ordinariorum, qui d. Feſtum ſolemnizabant cum Miſſæ Sacrificiis.*

IV. *Adm. Rev. Pater Nicolaus Vvodzinski Definitor Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini annorum* 61., *Proc. fol.* 252. *ſuper* 14. *articulo dixit* = Præter argumenta, quæ ſupra ediſſerui præferentia publicam venerationem, & cultum ab obitu Beato Ladislao de Gielniovv exhibitum, id etiam pro argumento ejuſdem cultus ſuperaddo, quod invaleſcente in vicinioribus locis Regni hujus Peſte, Magiſtratus, & tota Civitas Varſavienſis populoſiſſima ſupplicem libellum porrexerunt ad olim Reverendiſſimum Stephanum Vvierzbovvski Vicarium Generalem Varſauienſem, quatenus ad ſuum jam Patronum Beatum Laſdilaum expertum in ante tempore anterioris Peſtis inſtitueret publicam Proceſſionem ad Eccleſiam Patrum Bernardinorum, & Cappellam Beati Ladislai, ubi Oſſa ejus quieſcunt, quæ Proceſſio publica de facto fuit ſolemniter, & cum magna multitudine Populi inſtituta, & peracta de anno milleſimo ſeptingenteſimo quinto, quam ſupplicationem Magiſtratus ipſemet & vidi, & legi una cum reſponſo dicti Vicarij Generalis annuentis petitioni præfati Magiſtratus.

§. 11. *Proceſſio peracta anno* 1705. *cum licentia & approbatione Vicarii Generalis Varſavien.*

VI. *Perilluſtris Dominus Stephanus Skvvarczynski S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum* 63., *Proc. fol.* 295. *juxta* 24. *Interrogatorium reſpondit* = Scio in memoriam obitus Divi Ladislai peculiare Feſtum ſolere celebrari die quarta menſis Maij in Cappella ejuſdem Beati, & Eccleſia Sanctæ Annæ Patrum Bernardinorum Conventus Varſavienſis ſingulis annis, & de tempore hujus ſolemuitatis celebrari ſolitæ ibidem notabilis concurſus Populi concurrere ſolet, ubi peccatorum ſuorum confeſſiones Sacramentales pro lucranda Indulgentia plenaria, quæ huic diei feſto concedi ſolet, idem Populus peragit Oblationes, Cultus, & Venerationes exhibet, candelæ, atque lampades plures accenduntur, Miſſæ cantatæ cum expoſitione Sanctiſſimi, atque Veſperæ cum Proceſſionibus peraguntur, cum Concionibus Panegyricis, tam tempore Summi Sacri, quam Veſperarum, Muſica quoque in Tympanis, & Organis, alijſque Inſtrumentis Muſicalibus pro majori plauſu adhibetur, ac denique Tormentorum exploſiones ante Templum fiunt, quæ omnia partim vidi in meo acceſſu ad Eccleſiam pro tempore Varſaviæ manens, partim etiam a Perſonis fide dignis audivi: de ortu hujus Feſtivitatis mihi non conſtat, ſed credo eam continuari ad uſque hodiè ex permiſſione, & ſcientia loci Ordinariorum.

§. 12. *Idem Feſtum maxima cum ſolemnitate peragitur, cum celebratione miſſarum ſolemnium, concurſu populi, aliiſque cum circumſtantiis.*

VIII. *Do.*

VIII. *Dominus Albertus Betkovvicz Mercator Varſavienſis annorum* 80., *Proc. fol.*359. *ter. juxta* 24. *Interrogatorium reſpondit* = Dies quo celebratur Feſtum Beati Ladislai de Gielniovv, eſt quarta menſis Maij, ideſt ille dies, quo Beatus Ladislaus mortuus eſt, & ſingulis annis eo die peragitur ſolemnis devotio in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſavienſium ſub titulo Sanctæ Annæ, hoc or dine in primis ſolet eſſe Miſſa votiva cantata in Cappella ante Altare, & Imaginem Beati Ladislai poſtea Miſſa ſolemnis ad Altare majus, pariter cum Muſicis ſonantibus, & cantantibus; Proceſſio per Eccleſiam, & Curritorium cum Sanctiſſimo Sacramento expoſito cum Concionibus, tam intra Miſſam ſolemnem, quam poſt Veſperas cum ſonitu Tormentorum bellicorum aliquando; in qua devotione numeroſus concurſus variæ conditionis hominum tam Varſaviæ reſidentium, quàm alijs de locis convenientium eſſe ſolet, quod ego ipſemet ſpectabam, quotieſcumque mihi contigerat eſſe in Eccleſia ſub tempus talis devotionis, uti hic Varſaviæ reſidens annis ſexaginta hoc obſervo, quod ſingulis annis hæc devotio peragi ſolet, & ante, ut informatus ſum à varijs hominibus, erat, à quo autem anno, & tempore incæpit, hoc neſcio, & cum cujus permiſſione, ac authoritate hæc devotio peragebatur, & peragitur, pariter ſcire non poſſum, credo autem, quod hoc ſit cum permiſſione, & ſcitu Illmorum Epiſcoporum Poſnanienſium.

§.13. *Solemnitates recenſentur, quibus Feſtum quotannis peragitur*

§.14. *Cum ſcientia, & permiſſione Ordinariorum*

X. *Dominus Adalbertus Bialecki Frenifex Varſavienſis annorum* 94. *Proc. fol.*413. *juxta* 24. *Interrogatorium reſpondit* = Quotannis die quarta Maij, tamquam die anniverſaria obitus Beati Ladislai peragitur devotio hoc modo: in primis Veſperæ cantatæ cum ſonantibus Muſicis, cum expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti, & Proceſſione: ipſo die Feſti in primis Miſſa votiva cantata in Cappella ante Altare, & Imaginem Beati Ladislai, poſtea Miſſa ſolemnis ad Altare Majus in Eccleſia eorumdem Patrum Bernardinorum, tempore cujus Miſſæ ſolet eſſe Concio Panegyrica, & Proceſſio cum Sanctiſſimo Sacramento, poſt meridiem autem Veſperæ ſimiles primis, poſt quas ſolet eſſe Concio pariter Panegyrica, ubi poſtea Proceſſione cum ſono Tympanorum, & Tubarum clauditur devotio, in qua notabilis concurſus variæ conditionis hominum eſſe ſolet, & non ſolùm permanentium Varſaviæ, ſed & ex varijs propinquioribus Oppidis, & Villis convenientium, hæc omnia hiſce vidi oculis, & aderam eidem devotioni, obſervando hoc ſingulis annis jam ploſquam quadraginta, à quo autem tempore hæc devotio cæperit, audivi ab hominibus grandævis, quia ſtatim poſt ædificationem Cappellæ in honorem ejuſdem Beati Ladislai, cum cujus autem facultate hoc neſcio; de hoc ſolùm audivi, & ſcio, qood hæc devotio nunquam neglecta fuit, nec eſt neglecta, & credo de hoc benè ſcire Illmos Epiſcopos Poſnanienſes.

§.15. *Solemnitates, quibus Feſtum quotannis peragitur, recenſentur.*

§.16. *Quæ uſurpatæ ſemper fuerunt ab antiquo tempore cum ſcientia Ordinariorum.*

XI. *Dominus Philippus Jordan Mercator Varſavienſis annorum* 80. *Proc. fol.*440. *juxta* 24. *Interrogatorium reſpondit* = Eſt ſingularis dies in menſe Majo, ſed non recordor quæ, qua die ſolemne celebratur Feſtum in honorem Beati Ladislai, in Eccleſia, & Cappella Patrum Bernardinorum Varſavienſium, & hanc diem obſervant Anniverſariam obitus Beati Ladislai, cum magna pompa, & apparentia: in primis Miſſa votiva cantata cum Muſicis in

§.17. *Conteſtatur eaſdem ſolemnitates, quæ obſervantur in anniverſaria Feſtivitate Beati.*

in ejus Cappella, poſtea Miſſa ſolemnis ante Altare Majus ſimili modo cum Muſicis, quam ſolent celebrare Illuſtriſſimi Prælati, vel Canonici; & Conciones ſimiliter ſolent eſſe Panegyricæ in honorem ejuſdem Beati Ladislai eo die manè, & Veſpere, & notabilis concurſus Populi, non ſolùm Varſaviæ permanentium, ſed etiam aliunde convenientium; & ego ipſemet fui præſens in Eccleſia, & Cappella Beati Ladislai, & quotannis hic dies obſervatur, ac nunquam tam ſolemnis devotio omittitur; cum cujus autem ſit facultate, hoc neſcio, ſed hoc eſt certum, quod Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes nunquam contradicebant, neque Modernus contradicit; imò obſervavi, quod aliquando Illuſtriſſimi Officiales Generales Varſavienſes eo die ibi Miſſam cantatam celebrabant.

§. 18. Cum tolerantia Ordinariorum.

§. 19. In eodem Feſto Vicarii Generales miſſam ſolemnem decantabant.

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, Ill. Proc. fol. 214. iuxta 24. Inter. = VII. fol. 326. ter. iuxta 24. int. = XII. fol. 456. iuxta idem Interrogatorium.

Num. 20. Teſtes deponentes de publico cultu, & veneratione à tempore immemorabili præſtita erga reliquias Beati.

I. *Adm. Rev. Dominus Don Ignatius M'naſcovicz Præpoſitus Brochovienſis annorum 56., Proc. fol. 140. iuxta 22. Interrogatorium reſpondit* = Dictæ Sacræ Reliquiæ habentur in tali veneratione, ſicut aliorum Sanctorum, aſſervantur autem hæ Reliquiæ dicti Beati Ladislai in Cappella ad honorem ejuſdem extructa in Altari ſupra menſam ejuſdem Altaris hic Varſaviæ circa Eccleſiam Patrum Bernardinorum; incluſæ autem reperiuntur in Arca per modum Urnæ elaboratæ, & ſunt obſigillatæ materia circumdata ſerica alba mixta argento, vulgò Lama, velamina ſunt duplicata contegentia iſtas Reliquias auro, & argento ductili mixta: de publica veneratione earum aliter recognoſcere non poſſum, niſi quod eædem in uno loco Altaris immobiliter proſtant, & quando celebrantur Miſſæ Sacrificia ad idem Altare, tunc pro cultu publico velamina in dictis Reliquijs pendentia removentur, & patet eadem Arcula omnium oculis ibidem pro tunc exiſtentium: audivi etiam, quod plurimi exquirebant præcipuè ad eumdem Beatum Devoti particulas earum Reliquiarum, ſed eædem non fuerant illis conceſſæ, quia etiam ſunt occluſæ, & Sigillis munitæ, & ego metipſe deſiderabam dictas habere Reliquias.

§. 1. Reliquiæ Beati exiſtunt in Altari Beati expoſitæ publicæ venerationi.

In Eccleſia Patrum Bernardinorum Conventus Varſavienſis, in Cappella, & Altari dicto Beato Ladislao dicatis eædem Reliquiæ expoſitæ retinentur, & ſemper in eodem Altari proſtant, non tantum autem à tempore vitæ meæ vidi eas expoſitas, ſed audivi à Patribus Bernardinis, quod dicta expoſitio Reliquiarum, & veneratio ſumpſerat initium ab elevatione Corporis prædicti Beati Ladislai, & ad hodie continuatur interruptè; Signa autem venerationis dictarum Reliquiarum obſervavi, quod accedentes ad eaſdem genuflectebant, alij expanſis manibus orabant, alij proſtrati in terram, alij cantilenas pias ab eodem Beato Ladislao compoſitas devotè decantabant, & iſta omnia cum fuiſſem ibi præſens, oculis meis vidi, itaque veneratio ad hodie non ceſſat, quinimò continuò perſeverat: videbam etiam hanc ipſam venerationem Illuſtriſſimi Loci Ordinarij Poſnanienſes, quoties aderant, me præſente orabant, Miſſæ Sacrificia celebrabant, & Or-

§. 2. A tempore Elevationis Sacri Corporis uſque ad præſens.

§. 3. Actus publici cultus, & venerationis erga dictas Reliquias præſtiti tùm à Populo, tùm ab ipſis Ordinariis.

Ordines Sacros ibidem conferebant, & ipſam tolerabant, prout ad præſens tolerant.

IV. *Adm. Rev. Pater Nicolaus Vvodzinski Definitor Generalis Ord. Eremitarum S. Auguſtini, annorum 61., Proc. fol.238. iuxta 22 Interrogatorium reſpondit* = Vidi in Altari in Eccleſia, & reſpectivè Cappella Patrum Bernardinorum Varſavienſium Reliquias Beati Ladislai de Gielniovv in Tumbula longitudinis pluſquam unius brachij, & hæ aſſervantur cum ſumma veneratione; quando autem Populus ad devotionem concurrit, ſolent velamina ab extra ejuſdem Tumbulæ pendentia pro majori ſatisfactione devoti Populi id poſtulantis removeri, & ut dixi, hæ Reliquiæ extant in Altari Beato Ladislao dicato in Cappella ſatis magnifica benè cratibus ferreis munita, & clauſa in Eccleſia Patrum Bernardinorum Conventus Varſavienſis, & ſolent eo modo, quo ſupra innui, iſta velamina removeri, quoties affectant Devoti recurrentes ad ipſius Baati Ladislai Patrocinium: & audiui à Majoribus meis, quod veneratio iſtarum Reliquiarum à ſubleuatione Corporis prædicti Beati Ladislai incæperit, & continuabatur; & id ipſum legi in varijs Scriptoribus, & de præſenti iſta veneratio continuatur, & perſeverat, & nunquam audiui, vidi, aut legi, quod aliquando ceſſauerit; & Ordinarij de facto horum notitiam, & ſcientiam habebant, & id tolerabant, quia ipſimet in Perſona, prout ſuperius recognoui, adeſſe ſolebant in loco, ubi prædictæ Reliquiæ quieſcunt.

§. 4. *Aſſervatio earundem Reliquiarum in ſupra dicto Altari cum ſumma veneratione.*

§. 5. *Uſque à tempore elevationis Sacri Corporis cum ſcientia Ordinariorum.*

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykievvicz S. Regiæ Maieſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol.324. juſta 22. Interrogatorium reſpondit* = Scio, quod adſint Reliquiæ Serui Dei Ladislai, quæ retinentur in Altari honori ejus dicato hic in Eccleſia Patrum Bernardinorum Varſauienſium, & habentur in veneratione à Populo, ſunt tamen clauſæ, & obſigillatæ: de alijs circumſtantijs hujus Interrogatorij non poſſum ſcire, quia id non obſeruaui, hoc ſolùm vidi, quod pro majori veneratione dictarum Sacrarum Reliquiarum ad expoſtulationem Deuoti Populi ad Seruum Dei Ladislaum de Gielniovv ſolent remoueri velamina toties quoties fit poſtulatio apud Patres Bernardinos, ut Cultum dictis Reliquijs exhibeant homines; à quo verò tempore incæperit dictus Cultus, præciſè recognoſcere non poſſum, audiui tamen à Matre Uxoris meæ, quæ compleverat nonaginta annos ætatis ſuæ, quod etiam in ante dictis Reliquijs præſtabatur veneratio, & nunc etiam præſtatur, & ad præſens perſeuerat, nec dubito, quod Ordinarii de his notitiam, & certam ſcientiam habuerint, quia Anteceſſores Epiſcopi id tolerabant, & modernus Illmus Loci Ordinarius tolerat.

§. 6. *Veneratio ſemper præſtita iiſdem Reliquiis in d. Altari exiſtentibus.*

VIII. *Dominus Albertus Betkovvicz Mercator Varſavienſis annorum 80., Proc. fol.358. iuxta 22. Interrogatorium reſpondit* = Vidi in Eccleſia apud Patres Bernardinos in Cappella Beato Ladislao erecta in medio Altaris, ſub Imagine ejuſdem Beati Ladislai, loculum retrò vitrum pulchrè elaboratum, in quo loculo ſunt Reliquiæ ejuſdem Beati Ladislai, uti mihi referebant ipſi Patres Bernardini, & oſtendebant illas occluſas mihi, pariter & alij homines ſeniores me idem affirmabant: venerationem harum Re-

§. 7.
Actus venerationis præſtiti iiſdem Reliquiis.

Reliquiarum in hoc conſiſtere iudico, quod homines variæ conditionis ante eas orent, genufleſtant, Miſſæ Sacrificia audiant, & quamvis eæ non exponantur, neque ex prædicto loculo moveantur, attamen vela propter deſiderantes videre, & venerari aperiuntur: a quo autem tempore cæpit hæc veneratio iſtarum Reliquiarum, difficile eſt mihi ſcire, attamen ſuppono, & homines etiam mihi de hoc narrabant, quod ab eleuatione harum Reliquiarum è Sepulchro communi ſupra Altare: de hoc autem nunquam audivi, aut legi, ut aliquando veneratio harum Reliquiarum ceſſaſſet, imò ſicuti perſeverabat, ſic & uſque ad hodiernum diem perſeverat: utrùm autem Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes expreſſe hoc approbaverint, de hoc neſcio, ſed tamen hanc venerationem nunquam interdicebant, neque impediebant.

§. 8.
Idque ab Elevatione Sacri Corporis, & cum permiſſione Ordinariorum.

X. *Dominus Adalbertus Biatecki Frenifex Varſavienſis annorum 64., Proc. fol. 411. t. juxta 22. Interrogatorium reſpondit* = Vidi hiſce oculis Reliquias Beati Ladiſlai in Altari ejus Cappellæ, in Eccleſia Patrom Bernardinorum Varſavienſium, in loculo pulchrè elaborato, & ſerico albo argentato, intus ornato, retro vitrum, antequam loculum ſunt vela plicatilia, quę tempore Sacrificij Miſſæ aperiuntur, ut ab hominibus advenientibus, ſi poſcunt, videantur, & venerentur dictæ Reliquiæ: Siquidem ex loco nunquam moventur, quia ſunt obſigillatæ: expoſitio publica harum Reliquiarum Sanctarum nunquam fit, ſed ſolùm, ut dixi, vela plicatilia aperiuntur; ſicuti audivi ab hominibus Senioribus me, ſic etiam legi in libris Polonico idiomate impreſſis, quod hæ Reliquię ſtatim, poſtquam fuerit extructa Cappella in honorem Beati Ladiſlai, ibi fuerunt depoſita, & uſque ad hodiernum diem ſunt; Suppono Illuſtriſſimos Epiſcopos Poſnanienſes benè de his omnibus ſciviſſe, quia aliqui eorum perſonaliter ibi fuerunt.

§. 9.
Conteſtatur aſſervationem earundem Reliquiarum in dicto Altari.

§. 10.
Quæ expoſitæ ſunt publicæ venerationi, ſtatim ac Cappella extructa eſt in honorem Beati.

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, II. Proc. fol. 187. juxta 22. Inter. =, *III. fol. 213. t. juxta 22. int.* =, *V. fol. 267. juxta 22. int.* = *& fol. 269. juxta idem Int.* =, *VI. fol. 294. juxta 22. int.* =, *IX. fol. 386. t. juxta 22. int.* =, *XII. fol. 455. t. juxta 22. Interrogatorium.*

Num. 21.
Teſtes deponentes, quod omnes publici Cultus ſpecies exhibentur noſtro Beato, ſicut & alijs Sanctis jam Canonizatis.

VI. *Per-Illuſtris Dominus Stephanus Skuvarczynski S. Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius annorum 63., Proc. fol. 295. t. juxta 25. Interrogatorium reſpondit* = Quantum obſervare potui, non aliom diverſum Cultum Beato Ladiſlao à devotis Chriſti Fidelibus fieri vidi in ejus Sacello Eccleſiæ Varſavienſis ad Ædes Sanctæ Annæ, niſi talem, qualis Dei Sanctis, & Amicis dari ſolet, & puto talem Cultum ejuſdem Servi Dei etiam alibi, ubi ejus Altaria, ſive Imagines conſiſtunt à Fidelibus exhiberi, talemque Cultum, ſeu Venerationem poſſe pro publico Cultu cenſeri, quoniam publicè in Eccleſia exhibetur; ſpeciem autem Cultus non aliam intelligo, niſi Erectionem Altaris, collocationem Imaginis ſuper eo, accenſionem Candelarum, Miſſarum celebrationem, Votorum, ſeu Tabellarum oblationem, Divinorum celebrationem, Invocationem talis Beati per pia ſuſpiria, aſſumptionem in Patronum alicujus Regni, genuflexiones, & alia his ſimilia, quæ

§. 1.
Recenſentur complures publici cultus ſpecies Beato exhibiti præſertim Varſaviæ

omnia exhibentur Beato Ladiſlao; & puto hunc Cultum, & Venerationem ortum ſumpſiſſe ab erectione prædictę Cappellæ, ſeu Sacelli, illumque, & illam continuaſſe, & continuari ex permiſſione, & ſcientia loci Ordinariorum, & pariter puto iſtam venerationem non eſſe diminutam, ſed potius auctam, attenta hominum erga iſtum Beatum Ladiſlaum peculiari devotione: credo autem Populum, qui ad hunc Servum Dei cum ſuis devotionibus recurrere ſolet, ſemper illuc accedere ſponte, motu propriæ devotionis, non autem aliqua humana arte, ſeu circumventione, & impulſu.

eum … Ordina-

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſeph Roykievviez S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 326. t. juxta 25. Interrogatorium reſpondit* = De alia ſpecie Venerationis, & Cultus, recognoſcere non poſſum, niſi de tali, quæ alijs Sanctis, & Beatis exhibetur, ita etiam & dicto Servo Dei Ladiſlao ſimilis veneratio præſtatur, tum circa Imagines, & Reliquias, & hęc certè eſt publica, non priuata, quia publicè fit; & ab antiquo hæc Veneratio pręſtabatur, vt audivi à Majoribus meis; neque diminutam aliquando vidi; neque audivi, imò quod in dies continuetur, hoc benè obſervo reſidens Varſaviæ, nec ulla arte, atque humana diligentia procuratur talis Veneratio, quia quilibet ex hominibus ſponte dictam Venerationem pręſtantibus habet intentionem implorandi ejus Patrocinium in ſuis anguſtijs, & tribulationibus, ſicut & egometipſe Protectionem ejus implorabam in neceſſitatibus meis, & Dei gratiam per ejus interceſſionem expertus ſum, nec dubito, quod Ordinarij habebant, & habent de his plenam notitiam, quia dictam venerationem ab hominibus ſponte præſtitam tolerabant, & tolerant.

§. 2.
Idque ab antiquo tempore ſine ulla diminutione.

VIII. *Dominus Albertus Betkovvicz Mercator Varſavienſis annorum 80., Proc. fol. 360. t. juxta 25. Interrogatorium reſpondit* = Scio benè, quod Beato Ladiſlao homines devoti eumdem honorem, ac Venerationem exhibent in ejus Cappella, ſicuti & alijs Sanctis, orando ad ipſum, genuflectendo, invocando illum in adjutorium in ſuis neceſſitatibus, recitando ad illum Orationem de ipſo compoſitam, vocando ipſum *Sanctum*, *Beatum*, *Protectorem*, & *Patronum*, offerendo ipſi varia Vota, Tabellulas argenteas, donando Lampades, Candelas ſupra illius Altare, & venerando Reliquias ejus, obſervando cum devotione Feſtum ipſius cum Confeſſionibus, & Sanctis Communionibus, & alijs pijs operibus: à quo autem tempore incæpit hęc veneratio, audivi ab hominibus Senioribus me, quod ſtatim ab elevatione è Sepulchro O ſium Beati Ladiſlai, eadem veneratio duravit, & durat: ut autem aliquando fuerit interrupta, aut neglecta, de hoc neque audivi, neque legi, imò nunc videtur augeri, ſiquidem creſcere video numerum Votorum, & luminum, & aliorum Ornamentorum in Cappella Beati Ladiſlai; & ſcio, quod hęc Veneratio, quam h-mines exhibent varijs modis Beato Ladiſlao, non ſit coacta, neque aliquo alio modo procurata, ſed propriè ex bona, & libera voluntate, & pia intentione ſimul in fiducia de protectione ejuſdem Beati Ladiſlai fundata: cum cujus autem permiſſione, & auctoritate hoc fieret, neſcio, ſed audivi, & ipſe per tot annos video, quod Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes in minimo huic non contradicunt.

§. 3.
Eodem publico cultu honoratur Beati memoria, qui alijs Sanctis exhibetur.

§. 4.
Sine ulla interruptione ab antiquo tempore uſque ad præſens, imò cum augumento, non contradicentibus Ordinarijs.

IX. *Do-*

IX. *Dominus Stanislaus VVenderlich Civis Varſavienſis annorum 64., Proc. fol. 387. t. juxta 25. Interrogatorium reſpondit* = Talem honorem, & Venerationem exhibent homines Seivo Dei Ladiſlao in Cappella ad Altare, ubi Sancta ejus oſſa ſunt depoſita, qualem ſolent exhibere alijs Sanctis, & Beatis, & hoc publicè, & recordor quo tempore vitæ meæ ita hunc Servum Dei homines colebant, & venerabantur; neque aliquando Cultus hic ceſſabat, imò magis augebatur, hoc autem ideò, quia Devoti ad hunc Beatum magnas gratias à Domino Deo per ejus interceſſionem recipiebant; & hoc non eſt res aliqua excogitata, ſed res vera, nam quis auderet de aliqua falſitate teſtimonium perhibere? & quia hoc patenter ante omnium oculos fit, & peragitur, & Illuſtriſſimi Epiſcopi pridem de hoc potuerunt ſciviſſe, & quod Modernus ſciat non dubito.

§. 5. Cultum exhiberi ſolitum alijs Sanctis exhibent Beato Fideles ab antiquo tempore, ſine interruptione, ſcientibus Ordinarijs.

XII. *Dominus Andreas Tarski Frenifex Varſavienſis annorum 67., Proc. fol. 457. juxta 25. Interrogatorium reſpondit* = Sic eſt, & non aliter, quod homines eum honorem, & venerationem Beato Ladiſlao exhibent, uti ſolent exhibere alijs Sanctis, & Beatis, & hoc fit in Cappella, & ad Altare in ejus honorem erectum, ubi Imago, & Sanctæ ejus Reliquiæ inveniuntur, & non paivatim, ſed publicè devoti homines colunt hunc Beatum Ladiſlaum tam per orationes, quàm per erogationem eleemoſynæ pro Sacrificijs Miſſę, & varia Vota: cujus autem facultate id fieret, uti & fit, de hoc ſcire non poſſum, ſatis, quod toto tempore permanentiæ meæ hic Varſavię, ut recordor, ſemper talis Cultus, & Veneratio exhibebatur Beato Ladiſlao ab hominibus volentibus impetrari ſibi gratias à Domino Deo, qualem ſolent exhibere alijs Sanctis, & Beatis; & hæc res non ſunt fictæ, neque procuratæ, quia ſaltem de hoc audiviſſem, ſed unicè ex devotione abſque fictione aliqua homines id faciunt; & Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes benè de hoc ſciviſſe ſupponuntur, uti & Modernus ſcit, tamquam ſæpè hic Varſaviæ reſidentes, & nunquam contradicebant, uti & Modernus non contradicit.

§. 6. Complures ſpecies publici cultus Beato exhibitæ ad eius Altare ſine interruptione, tolerantibus Ordinarijs.

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, X. Proc. fol. 413. t. juxta 35. Interrogatorium =, XI. fol. 441. juxta 25. Interrogatorium.

Num. 22.

Teſtes deponentes, quod idem Cultus, & Veneratio erga dictum Beatum, nedum ſpatio duorum, & ultra Sæculorum nunquam fuit interruptus vel diminutus, ſed dietim, & ad præſentia uſque tempora ſemper auctus, cum ſcientia, & tolerantia Ordinariorum pro tempore.

III. *Adm. Rev. Pater Carolus Kunip Diffinitor Provincialis Ordinis Min. Obſerv. S. Franciſci annorum 84., Proc. fol. 221. ſuper 15. articulo dixit* = Quot ſæcula interceſſerunt quorum initio incæpit, & continuatur hæc publica Veneratio, & Cultus erga Beatum Ladiſlaum, hoc recordari ego non poſſum, à Patribus tamen mei Ordinis de iſta Veneratione ab immemorabili tempore audivi, quod non tantùm in ante præſtabatur, ſed etiam ad præſens de tempore vitæ meæ quotidiè magis augetur, certè cum tolerantia Ordinariorum, & tam Secularium, quàm Eccleſiaſticorum Officialium, & Populi conſenſu, quia ipſi hunc Cultum, & Venerationem exercent, quos ego, quoties contigit mihi adeſſe in Conventu noſtro Varſavienſi, oculis meis vidi, nec in contrarium aliquid audivi, aut legi.

§. 1. Publicus cultus Beato exhibitus ab immemo-

IV. *Adm. Rev. Pater Nicolaus VVodzinski Definitor Generalis Ord. Eremitarum S. Auguſtini annorum 61., Proc. fol. 242. t. juxta 27. & 28. Interrogatorium reſpondit* = Quemadmodum recognovi,

rabili tempore uſque ad præſens.

vi, quod de his; quæ recenſui, Ordinarij ſcientiam habuerunt, ita eoſdem, quos poſſum recordari, ſpecificè exprimo, utpote Staniſlaum VVitvvichi, qui vixit aote annum milleſimom ſeptingenteſimum; Staniſlaum Svviæcicki, quem recordor vixiſſe circa annum milleſimum ſeptiogenteſimum ſecundum; Bartholomæum Tarto, quem reperi redux ex Italia Ordinarium Poſnanienſem; & Varſavienſem milleſimo ſeptingenteſimo decimo anno: Ex poſt Chriſtophorum Szembck modernum Primatem Regni; tandem Petrum Tarto; deinde Ioannem Tarto; ex poſt Staniſlaum Oſium uſque ad præſentem Theodorum Ozartoryski Ordinarium; poſt quos omnes in perſooa novi, quo autem modo ſcientiam, & noticiam de his, quæ recognovi, habuerunt, ſicut recognovi ſuperiùs, ita recognoſco, quia in noonullis actibus ſolebant adeſſe præſentes, videntes & ipſimet præſtantes Cultum, & Venerationem, & obſervantes devotiones ad dictum Beatum Ladiſlaum, de alijs antem actibus ſæpius reſidentes Varſaviæ optimè ſcire poteraut tamquam publicis, ad ipſorum enim officium id pertinebat.

§. 2.
Ab ipſis etiam loci Ordinarijs.

Quæ recognovi circa immemorabilem Cultum, & exceſſum centenariæ, de his habui ſcientiam à Majoribus meis ætate, & authoritate maturis, & provectis, & iſta immemorabilitas procedebat ab obitu ſtatim prædicti Beati Ladiſlai, quia ſic audivi præſertim à Patribus antiquioribus Bernardinis, & cootiuuativè idipſum audio, & ſtante vita mea video uſque in præſeos continuatam iſtam fuiſſe, & eſſe immemorabilitatem abſque ulla interruptione, & ceſſatione.

§. 3.
Statim ab obitu Beati publicus ipſi cultus exhibetur.

VII. *Perilluſtris Dominus Gregorius Joſephus Roykievviez S. Regiæ Majeſtatis Secretarius annorum 69., Proc. fol. 339. juxta 14. & 15. Interrogatorium reſpondit* = Satis ſunt argumenta manifeſta publiceq venerationis, & Cultus ab immemorabili tempore Beato Ladiſlao de Gielniovv exhibitis, de quibus ſuperiùs recognovi, quæ tolerabant loci Ordinarij pro tempore, alijque Miniſtri, & Officiales Eccleſiaſtici, & Seculares, omneſque fermè hic Varſaviæ degentes, & quis alia poſſet numerare argumenta? Satis eſt dicere, quod ea omnia præſtantur Beato Ladiſlao, quæ alijs Sanctis, & Beatis ſolent præſtari circa cultum, & venerationem.

§. 4.
Ab immemorabili tempore publicus cultus Beato exhibitus cum tolerantia Ordinariorum.

Sic, & non aliter eſt, quod iſta publica Veneratio, & Cultus erga Beatum Ladiſlaum ultra duo Secula eidem præſtabatur, hoc enim audivi ab Anteceſſoribus meis, notitiam à ſuis Senioribus habentibus, nec uoquam fuit diminutus, aut interruptus, ſed ſemper contiouatus, & modò in dies augetur, & percrebeſcit cum tolerantia loci Ordioariorum pro tempore, & etiam Eccleſiaſticorum, & Secularium Miniſtrorum, ac totius Populi conſeſſu, ſuntque iſta publica, & notoria, & ab antiquo fuit, & nunc eſt publica vox, & fama, atque communis reputatio, quæ ſemper eſt conſtans, & ioconcuſſa: de hacque Veneratione, & Cultu teſtaotur Annales, & Vita ipſius, & ego ipſemet non tantùm per viginti, triginta, & quadraginta annos, ſed à tempore, quo recordari poſſum, palàm publicè id dici audivi, Anteceſſoreſque mei mihi referebant, dicentes etiam à Senioribus ſuis id pro certo audiviſſe, aſſerentes hoc ipſum etiam per ſucceſſivam traditionem

§. 5.
Per duo ſæcula, & ultra, & conſtans in dies percrebeſcit.

Cauſa ſcientiæ.

in ipſos derivaſſe ab Antiquioribus, & nec egometipſe aliquid unquam dictum, factum, geſtum, vel ſcriptum, & auditum in contrarium ſcio, nec etiam Prædeceſſores mei ſciebant, imò aliter eſſe non poteſt, quia ſi ſecus eſſet, poſſem de facto aliter audiviſſe, vel ſciviſſe.

VIII. *Dominus Albertus Betkovvitz Mercator Varſavienſis annorum 80., Proc. fol. 371. t. ſuper 15. articulo dixit* = Et hoc eſt verum, quod hic Cultus, & Veneratio, quæ nunc exhibetur ab hominibus Beato Ladiſlao, non ſolum tempore vitæ meæ, uti recordari poſſum, ſed à duobus Sæculis, & ultra ſemper exhibebatur, nam ſic audivi ab Anteceſſoribus meis, qui pariter ab eorum Prædeceſſoribus ſciverunt; & nunc hic Cultus, ac Veneratio in dies augetur, & nunquam ceſſavit, neque ceſſat; vt autem Illuſtriſſimi Epiſcopi Poſnanienſes de hoc neſciverint, eſt impoſſibile, quia hoc peragitur ipſis palàm videntibus, uti & alijs Perſonis notabilibus, tam Spiritualis, quàm Equeſtris ſtatus; denique in præſentia omnium hic Varſaviæ permanentium; ut autem aliquid huic contrarij ſucceſſiſſet, nunquam audiui.

§. 6. *Per duo ſæcula, & ultra vſque ad præſens cum augumento exhibetur Beato cultus publicus, ſcientibus Ordinarijs.*

IX. *Dominus Stanislaus VVenderlich Civis Varſavienſis annorum 64., Proc. fol. 397. ſuper 15. articulo dixit* = Hic publicus Cultus, & Veneratio, quæ Beato Ladiſlao exhibetur ab hominibus, nunquam toto tempore vitæ meæ ceſſavit, neque ceſſat, ſed magis in dies augetur, & non ſolùm per unum Sæculum, ſed certè pluſquam per duo Sæcula eadem Veneratio exhibebatur; ſiquidem & ego ab Anteceſſoribus meis ſat in ætate evectis, uti de eis innui, audivi; qui pariter ab eorum grandævis Prædeceſſoribus de eodem Cultu, & Veneratione informati fuerunt, qui Beato Ladiſlao exhibebatur. & mihi de hoc narrabant; teſtantur de hoc etiam Hiſtorici fide digni: de oppoſita autem, & contraria huic veritati opinione humana nihil unquam audivi, neque legi.

§. 7. *Conteſtatur eumdem publicum cultum per duo Sæcula, & plus.*

Concordant etiam cum ſupradictis alij Teſtes, I. Proc. fol. 169. t. ſuper 15. articulo =, *II. fol. 189. juxta 25. Inter.* = *& fol. 199. ſuper 15. art.* =, *V. fol. 278. ſuper 15. art.* =, *VI. fol. 297. juxta 27. & 28. int.* = *& fol. 300. ſuper 15. art.* =, *X. fol. 414. t. juxta 27. int.* = *& fol. 426. ſuper 75. art.* =, *XI. fol. 441. t. juxta 27. & 28. int.* =, *XII. fol. 457. t. juxta 27. & 28. Inter.*

Num. 23. Judiciales Viſitationes Altaris, & Sepulchri, alteriuſque Altaris exiſtentium in Oppido Gielniouu, & in Ciuitate Varſauiæ reſpectiuè, factæ per Iudicem Delegatum Apoſtolicum.

CAPUT II.

Probatio ejuſdem publici, & antiquiſſimi Cultus, quæ eruitur ex Judicialibus Viſitationibus, tàm Altaris Beato dicati, exiſtentis in Eccleſia Sanctæ Crucis, & SS. Petri, & Pauli in Oppido de Gielniouu, quàm Sepulchri, alteriuſque Altaris, necnon Imaginum, & Reliquiarum ejuſdem exiſtentium in Eccleſia Sanctæ Annæ Patrum Bernardinorum Varſaviæ; expletis per Judicem à Sacra Congregatione delegatum.

In Nomine Domini Amen.

A *Prima judicialis Viſitatio Altaris in Oppido Gielniouu.* Proceſſ. fol. 484., & ſeqq.

PRæſenti publico Inſtrumento uniuerſis, & ſingulis ubique euidenter pateat, & ſit notum, quomodo Anno à Natiuitate Domini Noſtri JESU CHRISTI milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione Romana decima, die verò Martis, ſcilicet vigeſima ſexta Menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. Noſtri Domini BENEDICTI, Diuina Prouidentia PAPÆ eius nominis Decimi quarti, anno ipſius octauo hora nona ante meridiana in medio horologio in Oppido Gielniouu nuncupato, & in loco originis Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia, ſeu verius in Eccleſia Parochiali Gielnouienſi tituli Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum in Regno Poloniæ Palatinatu Sandomirien. Archidiæceſi Gneſnenſi, poſt præſtitam Sanctiſſimo Sacramento venerationem, per actamque deuotionem, & Sanctæ Miſſæ Sacrificii de Sancto Spiritu Celebrationem audientibus, Deumque in Sanctis eius laudantibus, & benedicentibus utriuſque ſexus hominibus, coram Per-Illu-

ſtri, & Reuerendiſſimo Domino Antonio in Grzegorzeuuice Grzegozzeuuski Vtriuſque Iuris Doctore in Eccleſia Cathedrali Poſnanienſi, Archidiacono Vicario in Spiritualibus, & Officiali Varſauienſi, ac per Ducatum Maſouiæ Generali, Abbate Coadintore Plocenſi pro conſtruendo Proceſſu ſuper Cultu ab immemorabili tempore eidem Venerabili Seruo Dei Ladislao de Gielniouv exhibito, & caſu excepto à Decretis felicis recordationis Vrbani Papæ Octaui in Congregatione Sacræ Inquiſitionis ſuper non cultu editis, ad Cauſam præſentem ſpecialiter Iudice Delegato Apoſtolico, in præſentia Generoſi Ioannis Czuuordouuice Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarii, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Aduocati Sub-Promotoris Fidei deputati, meique Notarii Actuarii, & Teſtium infraſcriptorum ad id ſpecialiter rogatorum, vocatorum, & adhibitorum, comparens perſonaliter Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia ad Cauſam præſentem conſtitutus Procurator, in termino ex præfixione ſupra recenſiti Per-Illuſtris Reuerendiſſimi Domini Iudicis Delegati, & ex citationibus in diem hodiernam prouenientibus, tam contra Dominos Fidei Sub-Promotores, quam Artis peritos emanatis, debitèque, & perſonaliter, ut apparebat ex dictis citationibus, ſeù executionibus in calce per Nuntium, ſeù Curſorem deputatum, & iuratum annotatis, petiitque contenta earumdem citationum fieri, aliàs ut dicti Domini Sub-Promotores Fidei, ſeu ex eiuſdem alter uter hac in Eccleſia Gielnouienſi compareat ad intereſſendum deſcriptioni Altaris, Tabellarum votiuarum, Imaginum, aliorumque publicum, & antiquiſſimum Cultum Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu præſeferendum, eorumque recognitioni, alioque cuicumque actui deſuper neceſſario, & opportuno in forma ſolita deſcribendæ &c.; Artifices verò periti ad præſtandum iuramentum ſuper veritate dicenda ad Interrogationes per Per-Illuſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem faciendas, ſeu de fideliter exercendo officium ſibi commiſſum &c.. Exaduerſo ſupraſcriptus Generoſus Ioannes Czuuordouiez, Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Aduocatus, Fidei Subpromotor deputatus, proteſtatus eſt; ſe offerendos ſe eſſe promptum, & paratum adeſſe, & conſenſiſſe in Viſitationem, recognitionem, & deſcriptionem Altaris dicti Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu, non aliàs tamen, niſi ſeruata forma Litterarum Remiſſorialium, ac decretorum felicis Recordationis Vrbani Papæ Octaui, & nouiſſimorum Sacræ Rituum Congregationis, aliiſque de jure, ſtylo, & conſuetudine ſeruandis, aliàs &c. omni &c.

§. 1.
Inſtantia Procuratoris pro acceſſu faciendo ad Eccleſiam Gielnouienſem, & delatione juramenti Peritis.

§. 2.
Proteſtatio d. Subp. Promotoris.

Qui Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus, qui ſupra &c. Artis Peritos jam citatos, & ad præſens comparentes videlicet honoratos, & famatos Antonium Sulc, & Mathiam Olſzeuuski Pictores Incolas Varſauienſes, Laurentium Filipouiez, & Petrum Kaffemberg Aurifices, Ioannem Rytter Arcularium Ciues Petricouienſes, & Antoninm Nouuski pariter Arcularium Ciuem Opocnenæ ante omnia ad juramentum admiſit &c.. Qui quidem Artis Periti hic, & incontinenti, & quidem

§. 3.
Judex Delegatus Peritis juramentum defert, quod illi præſtiterunt.

dem ſinguli tactis Sacroſanctis Euangeliis in manibus ſuæ Per-Illuſtris Reuerendiſſimæ Dominationis Polonico idiomate, cum latinam linguam alii totaliter, alii minus calleant, præſtiterunt in eam Rotam.

Ego NN. tactis hiſce Sacroſanctis Euangeliis coram me poſitis iuro veritatem dicere in his, de quibus interrogabor, & id fideliter, ac diſtinctè explere, ad quod ſum vocatus, & citatus, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

§. 4. *Formula iuramenti præſtiti per Peritos.*

Poſt quod præſtitum iuramentum, & exauditis inſtantiis Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus altememoratus acceſſum, viſitationem, & recognitionem Altaris Venerabilis Serui Dei Ladiſlai de Gielniouu in hac Eccleſia ſiti, aliorumque ſupra recenſitorum deſcriptionem hodie fieri debere adinuenit, pro eaque peragenda, & per me Notarium Actuarium exactiſſimè deſcribenda horam tertiam pomeridianam in medio horologio, & in præſentia Generoſi Ioannis Czuuordouuiez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarii &c. Fidei Sub-Promotoris, Teſtiumque ad id rogatorum, vocatorum, & adhibitorum infraſcriptorum præfixit, & aſſignauit.

Antonius Grzegorzeuuski Archidiaconus, Officialis Generalis Varſauienſis Iudex Delegatus Apoſtolicus manu propria.

Ioannes Czuuordouuicz Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius Notarius Apoſtolicus ad Cauſam præſentem Sub Promotor Deputatus manu propria.

Antonius Klichouuski Canonicus Liuoniæ Præpoſitus Cappellæ Sanctæ Crucis Teſtis ad præmiſſa rogatus, vocatus, & adhibitus manu propria,

Mathias Ant Sulima Pagouuski Præpoſitus Parochialis Opocnenſis Teſtis ad præmiſſa vocatus, rogatus, & adhibitus manu propria,

Caſimirus Kozola Brüozouuki Parochus Gelnouienſis Teſtis rogatus ad præmiſſa, vocatus, & adhibitus manu propria.

In Nomine Domini Amen.

Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat euidenter, & ſit notum quomodo anno à Natiuitate Domini Noſtri JESU CHRISTI milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, indictione Romana decima, die verò Martis ſcilicet vigeſima ſexta menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Noſtri Domini Benedicti, Diuina Prouidentia Papæ eius nominis Decimi quarti, anno ipſius octauo, hora tertia pomeridiana in medio horologio, Oppidum Gielniouv nuncupat., ſeu verius Eccleſiam Parochialem tituli Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum in Regno Poloniæ Palatinatus Sando mirienſis Archidiæceſi Gneſnenſi ſitum; Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Antonius in Grzegorzeuuice Grzegorzeuuski Vtriuſque Iuris Doctor in Eccleſia Cathedrali Poſnanienſi Archidiaconus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Varſauienſis, ac per Ducatum Maſouiæ Generalis Abbas Coadiutor Plocenſis, pro conſtruendo Proceſſu ſuper Cultu ab immemorabili tempore Venerabili Seruo Dei Ladiſlao de Gielniouu exhibito, & caſu excepto à Decretis Felicis Recordationis Vrbani Papæ Octaui in Congregatione Sacræ Inquiſitionis ſuper non cultu

§. 5. *Acceſſus Iudicis Delegati unà cum Sub-Promotore, Peritis Notario Actuario aliiſque ad Eccleſiam Tituli S. Crucis, & SS. Petri, & Pauli in Oppido Gielnouii.*

cultu editis ſpecialiter Iudex Delegatus; tum Generoſus Ioannes Czuuordouuiez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius, & Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Aduocatus, Fidei Subpromotor Deputatus, atque Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Lector Iubilatus Prouinciæ Maioris Poloniæ Exprouincialis ad Cauſam Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu eiuſdem Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia Profeſſi ſpecialiter conſtitutus Procurator, nec non Honorati, & Famati Antonius Szule, & Mathias Olszuuski Pictores ex Ciuitate Varſauienſi Metropolitana, Laurentius Filſpouuitz, & Petrus Kaffemberg Aurifices, Ioannes Rytter Arcularius ex Ciuitate Regia Petricouienſi, & Antonius Nouuacki Incola Opocnenſis Viri periti electi; tum Honeſtus Franciſcus Bednarski Nuntius, ſeu Curſor deputatus, & iuratus unà cum Per-Illuſtri, & Illuſtribus Admodum Reuerendis Antonio Klichouuski Canonico Liuoniæ, & Præpoſito Cappellæ Petricouienſis Sanctæ Crucis, Mathia Antonio Sulima Pęgouuski Præpoſito Opocnenſi, Caſimiro Rozuſe Brzozouuski Parocho Gelnouienſi Teſtibus ad actum præſentem rogatis, vocatis, & adhibitis, meque Antonio Palezeuuski Cappellæ Regio Ducalis ad Inſignem Eccleſiam Collegiatam Varſauienſem Manſionario publico Sacra Auctoritate Apoſtolica, & Cauſæ præſentis Notario Actuario, ingreſſi ſunt ſupradictam Eccleſiam Gielnouienſem, & poſt factam Sanctiſſimo Sacramento Adorationem, & Orationem, alte memoratus Per Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Judex Delegatus Apoſtolicus mandauit claudi Portas dictæ Eccleſiæ, & extra excludi omnes, & quaſcumque Perſonas præter ſuperius expreſſas, prout de facto omnes, & ſinguli receſſerunt, ac ſolus Per-Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus cum Generoſo Ioanne Czuuordouuiez Fidei Sub-Promotore, Curſore, Peritis Teſtibuſque ſupra recenſitis, & infra ſubſcriptis, meque Notario remanſit, Portæque in Eccleſia clauſæ, & incontinenti ſuprafatus Religioſus Admodum Reuerendus Matthæus Roznerski Cauſæ præſentis Procurator contenta citationum repetiit, ac inſtetit deueniri ad Viſitationem, recognitionem, & deſcriptionem ex præfixione termini hodierni per Decretum Per-Illuſtris Reuerendiſſimi Domini Iudicis Delegati Apoſtolici deſignati, ac citationibus contra Dominos Fidei Sub-Promotores, & Artis Peritos emanatis, Altaris in honorem Beati Ladislai de Gielniouu extructi, Tabellarum votiuarum, Imaginum, & aliorum publicum, & antiquiſſimum Cultum dicti Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu præſeferendum, eorumque recognitionem, & alia quæcumque deſuper neceſſaria, & opportuna fieri, & interponi &c. omni &c.

§. 6. Reproductio citationum executarum, & Inſtantia pro d. Viſitatione peragenda.

Exaduerſo Generoſus Ioannes Czuuordouuiez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Aduocatus, Sub Promotor Fidei repetita ſua proteſtatione in immediata ſeſſione facta &c. declarando ſe eſſe paratum, & promptum intereſſe, & conſenſiſſe in Viſitationem, recognitionem, & deſcriptionem Altaris Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniouu, & aliorum, non aliàs tamen niſi ſeruata forma Lite-

§. 7. Proteſtatio Domini Sub Promotoris repetita.

te-

terarum Remiſſorialium, ac Decretorum felicis Recordationis Vrbani Papæ Octaui, & nouiſſimorum Sacræ Rituum Congregationis, aliiſque de iure ſeruandis &c. omni &c.

Et Per-Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus &c., qui ſupra viſis, & auditis præmiſſis, commiſit mihi Actuario Notario, vt regiſtrem in Actis præſentis Proceſſus antedictas Citationes, earumque in calce per Curſorem deputatum, & iuratum annotats executiones, & de omnibus contentis publicum conficiam Inſtrumentum,

Deindè omnes, vt ſupra recenſiti acceſſerunt ad Altare Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniov, vbi ex tunc Per Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus ſupra memoratus mandauit mihi Notario Actuario, quantùm ex oculari inſpectione, & diligenti reuiſione deprehendi poteſt, vt illius ſtatum, formam, & qualitatem, nimirùm latitudinem, poſitionem, materiam, inſcriptiones, & alias circumſtantias, necnon in Altari Candelas in honorem dicti Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniov extructo accendi ſolitas; & omnes Imagines repræſentantes, & exprimentes eundem Beatum Ladislaum de Gielniov, necnon Tabellas argenteas, & ſimilia, quæ exiſtunt circa hoc Altare, & ſingulas eorum circumſtantias deſcribam, proùt videntibus, & audientibus Generoſo Ioanne Czvvordovvicz Sub-Promotore Fidei, & Teſtibus, Ego Notarius Actuarius coram prælibato Per-Illuſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico deſcripſi in hunc, qui ſequitur modum: In Eccleſia Parochiali Gielnouienſi Tituli Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Archidiæceſis Gnieſneoſis eſt erectum Altare Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniov à Cornu Euangelij Maioris Altaris, diſtans paſſibus ab eodem Maiori Altari quindecim, ſcilicèt in maiori Choro eiuſdem Eccleſiæ, aliàs ex oppoſito forium, ſeù ingreſſus Collateralis ad eamdem Eccleſiam, quod Altare protenditur in altum quinque, & medij, in latum quatuor, & medij cubitorum, circa quod Altare, ſeù lateribus proſtant Statuæ duæ de ligno affabrè factæ, ex vno ſcilicèt dextro Sanctæ Barbaræ, ex altero Sanctæ Catharinæ deauratæ; Surſum extant duo Angeli pariter lignei deaurati, in ſummitate verò eiuſdem Altaris eſt Statua lignea deaurata Sancti Franciſci altitudinis vnius cubiti, & medij; in medio autem infra eamdem Statuam, & ſupra Beati Ladislai de Gielniov Effigiem eſt Sanctus Spiritus intra radios totus cum radijs deauratus in forma Columbæ: Columnæ binæ arte ſculptoria decentèr elaboratæ, partim deauratæ, partim deargentatæ; reliquæ partes eiuſdem Altaris ad inſtar florum deauratæ, & deargentatæ in partibus; Menſa Altaris decentèr adornata, circa quam eſt antependium ſat decens; gradus ad idem Altare ex Lapide ſciſſo; proſtant in hoc Altari ſex Candelabra lignea deargentata cum Candelis de Cera alba; Imagine Beati Ioannis Cantij, clauditur, & aperitur idem Altare, ſeù verius Imago antiquiſſimæ Picturæ Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniov in Tabula lignea, proùt antiquitùs ſimiles pingebantur Imagines, & communi exiſtimatione omnium pro antiquiſſimis habentur, quæ Tabula fermè iàm putredine præ antiquitate in parte conſumpta, in longum cubitum, & medium, in latum verò cubitum,

§.8.

Iudex Delegatus mandauit fieri per Notarium exactam deſcriptionem dicti Altaris, Imaginem, aliorũque Cultum erga Beatum præſeferentium.

§.9.

Deſcriptio dicti Altaris erecti in ſupradicta Eccleſia in honorẽ Beati Ladislai.

§.10.

Deſcriptio Imaginis Beati ſculptæ in Tabula lignea antiquiſſima cum radijs argenteis circa Caput.

tum, & vnam partem cubiti excedens: hæc ipſa verò Imago Beati Ladislai de Gielnion eſt depicta genuflectens in Habitu Religioſorum Patrum Ordinis Minorum de Obſeruantia vulgò Bernardinorum nuncupatorum; In eadem Imagine eſt depictum Altariolum, in quo conſpicitur flagellatio Chriſti Domini, & duæ Candelæ in Candelabrulis, ac ſi accenſæ paritèr depictæ, in quo Altariolo cernitur Liber, in quo Libro ſunt hæc ſequentia.

Beata Terra Dilecti mei Sanguine rigata, quis me felici transmutatione mutabit in illam? Carol. Script. in Amore Diuino; in altero depicto folio eiuſdem Libri hæc ſunt verba.

Ego ſum qui peccaui, tu quid meritus es amor meus? Carol. Script. in amore Dei; Circa Caput Beati Ladislai ſunt radij ex argento confecti, & circum circa eiuſdem Statuæ Beati Ladislai flores ſunt ſculpti deaurati; E' diametro verò faciei ipſius radij apparent, ac ſi de Cœlo emicantes: Vota in eius Imagine reperiuntur quatuor argentea, circum circa eamdem Imaginem extant alia nouem Vota ex Cera vitro obducta, & ad inſtar votiuarum Tabellarum.

§.11. *In qua Imagine ſunt quatuor Vota, circa verò illam extant alia nouem Vota.*

Deſcriptio Votorum in Altari Beati Ladislai de Gielnou pendentium: Votum primum eſt argenteum in latum quarta pars cubiti, in longitudinem paritèr, in quo Voto eſt inciſa Imago Chriſti Domini ad Columnam alligati, coram qua cernitur Effigies Beati Ladislai de Gielniov genuflectentis vnam extenſam manum, aliam verò Cordi applicatam habentis cum circulo ſupra Caput, in extremitate verò eiuſdem Tabellæ, ſeù Voti eſt inciſum Stemma Cygni cum Litteris maioribus ex una parte Z., & altera K., paulò inferiùs ſequens Inſcriptio Polonico Idiomate = *Ad Laudem, & Gloriam Domino Deo, vni in Sanctiſſima Trinitate, & Mariæ Virgini, ac Beato Ladislao de Gielniov datum pro recepta gratia*; in ipſo verò calce extremitatis annotatus annus reperitur talis, *milleſimus, ſexcenteſimus, trigeſimus octauus*.

§.12. *Deſcriptio Votorum in Altari Beati pendentium.*

Secundum Votum paritèr argenteum, in quo eſt Effigies Beati Ladislai de Gielniov ſtantis, manus compoſitas, & radios circa Caput habentis, nomen Ieſu in nubibus exiſtens aſpicientis, in medio verò eiuſdem Voti eſt Inſcriptio hæc = *Sanctus Ladislaus* =, inferiùs verò inciſæ ſunt duæ Perſonæ Maris, & Fæminæ cum earum Stemmate, ſcilicèt Vrſæ, magnitudo verò eiuſdem Voti in longum eſt pluſquam media pars cubiti, in latum ſimilitèr.

Tertium Votum paritèr argenteum paulò minùs à ſuperiori, in quo cernitur ſimilis Effigies eiuſdem Beati Ladislai ſtantis, manibus Crucem amplectentis, & circa Caput Circulum habentis.

Quartum Votum argenteum, eiuſdem vt ſupra magnitudinis, in quo eſt Effigies Chriſti Domini à Columna flagellationis procidentis, & in Terra Veſtes colligentis, ſub qua eſt Effigies Beati Ladislai flectentis, orantis, & Oculos in Cœlum eleuantis.

Altera Imago eiuſdem Beati Ladislai in eadem Eccleſia Parochiali Gielniuienſi in Carbaſo depicti parieti affixa à Cornu Euangelij Maioris Altaris conſiderabilis magnitudinis, ſcilicèt in longum cubitorum quinque, in latum verò cubitorum ſex ſine quarta parte cubiti; Circa quam Imaginem ſunt tendiculæ arte ſculptoria vetuſta efformatæ in aliquibus partibus deauratæ; in ipſa vero Ima-

§.13. *Deſcriptio alterius Imaginis Beati parieti affixæ à Cornu Euangelij Altaris Maioris.*

Imagine eſt Effigies dicti Beati Ladiſlai de Gielniov antiquæ Picturæ ante Altariolum Chriſti Domini flagellati (in Altariolo verò ſunt duę Candelæ in Candelabris depictæ quaſi ardentes) genuflectentis, orantis, & manus ad formam Crucis in Pectore, radioſque circa Caput habentis, deorſum verò in eadem Imagine, aliàs ſub pedibus eſt ſequens Inſcriptio = *Beatus Ladislaus de Gielniou Ordinis Minorum de Obſeruantia Sancti Franſiſci repoſitus Varſauiæ*; à latere verò eiuſdem Effigiei depictæ ſunt duæ Perſonæ, ſcilicèt Mas, & Fæmina in antiquo Veſtitu, ſub quibus Perſonis depicta ſunt quatuor Stemmata, quorum tria ſunt benè apparentia, vnum ſcilicèt Cygni, alterum Soleæ, ſuper qua Crux, infrà verò Sagitta, & tertium Soleæ inuerſæ Crucem in medio habentis; quartum non aliud, niſi gladius euaginatus apparens.

Tertia Imago altitudinis duorum cubitorum, & medij, latitudinis verò vnius, & medij cubiti, in qua eſt Effigies Beati Ladiſlai de Gielnion genuflexi, & inclinati, manus ad formam Crucis ad pectus, & radios circa Caput habentis ante paruum Altare depictum (in quo ſimiliter cernitur Effigies flagellati Chriſti Domini), & lacrymantis Caluariamque ſub Oculis, & Diſciplinam intra digitos habentis; in ſummitate verò eiuſdem Imaginis extat hæc Inſcriptio = *Beate Ladiſlae*; in extremitate verò = *Ora pro Nobis*; ſub pedibus verò eiuſdem Beati Ladiſlai ſunt duo Stemmata depicta, quæ forsàn propter antiquitatem, ſeù in Proceſſionibus publicis geſtatum, recognoſci non poſſunt; à tergo verò eiuſdem Imaginis eſt Effigies Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Cœlum aſſumptæ, quæ Imago conſueuit portari in publicis Proceſſionibus, & in hac Eccleſia ſemper extat. §. 14. *Deſcriptio tertiæ Imaginis Beati.*

Poſt peractam deſcriptionem Altaris, Votorum, & Imaginum, idem Per-Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus deſcendit ad recognitionem, & quidèm in primis ad Artem Arculariorum, & ſic vnum quoque ſigillatim examinando ad Interrogatoria ex Officio ſuo exhibita.

Primus itàque Famatus Ioannes Rytter Magiſter ſuæ Profeſſionis Arculariæ, qui ſic fuit Interrogatus Polonico Idiomate Per-Illuſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum &c., ſcilicèt quidnàm ſentiret de antiquitate Altaris Beati Ladiſlai, qui ſic *reſpondit*. §. 15. *Recognitio ſupradicti Altaris facta per Peritos.*

Antiquitatem huius Altaris Beati Ladiſlai benè conſiderando, & lignum, ex quo Altare eſt factum hìc in Eccleſia Gelnouienſi, tempero, & iudico eſſe factum ab Annis ad minimum centum ſexaginta. Secundò reſpondit antiquitatem huius Altaris indè cognoſco, quod factura ſit antiqua, quæ eo Sæculo fuit in vſu, nunc autem non plus practicatur. Tertiò lignum huius Altaris partim Pini, partim Alneum, in quo iàm multæ partes propter antiquitatem adeò ſunt putrefactæ, ſicuti autem ſuperiùs dixi de antiquitate huius Altaris, & nunc idem addo; quia habeo in hoc experientiam, nàm tot Altaria vidi, & circa ea laboravi varia per loca, vbi antiquitatem à factura recentiori diſtinguebam; Et ideò iudico hoc Altare à tot Annis eſſe factum. §. 16. *Relatio primi Periti arcularij iudicātis illud eſſe factum ab annis ſaltèm 160.*

Secundus Famatus Antonius Nouvacki eiuſdem Artis Magiſter ſimilitèr interrogatus à Per-Illuſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice De-

Delegato de antiquitate, & circumſtantijs Altaris Beati Ladislai de Gielniov Polonico Idiomate, qui ſic *reſpondit*.

Vt poſſum conſiderare formam, & compoſitionem huius Altaris, hoc verè fateri poſſum, & fateor, quod hoc Altare ſit factum ante Annos circitèr centum, & octoginta, & hoc obſeruo, quod figura partium huius Altaris ſit antiqua, quam nunc non habemus in vſu, ſed ſecundum nouam, & differentem figuram Altaria facimus. Laborabam & Ego circa Altaria noua, & antiqua, & ideò didici diſtinguere, quod ſit antiquum, & quod nouum: Quare, & de hoc Altari judico, quod ſit ante ſupradictos à me Annos factum.

§.17. *Relatio alterius Periti arcularij iudicantis dictum Altare factum eſſe ab annis 180.*

Subſequentèr idem qui ſupra Per-Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus interrogauit de antiquitate Imaginum, & quidèm primò Honoratum Antonium Szule Artis Pictoriæ Peritum Polonico ſcilicèt Idiomate, quidnàm ſentiret, qui ſic *reſpondit*, & quidèm primò de Imagine in Altari exiſtente, & in honorem Beati Ladislai de Gielniov extructo.

§.18. *Recognitio Imaginum facta per Peritos Pictores.*

Secundum meam profeſſionem, & perfectionem, qualem poſſideo in Arte Pictoria, ità arbitror, & iudico, quod hæc Imago Beati Ladislai in Altari Eccleſiæ Gielnouienſis exiſtens ſit depicta ante Annos centum octoginta, vel plus, & indè hoc percipere, & ſcire poſſum benè, quia hæc Imago non ſit depicta hoc modo, & vſu, quo his temporibus Imagines depingi ſolent, quasì nunc & Ego ipſe pingo: Siquidèm fundamentum huius Picturæ poſitum eſt in Creta, ſeù Gypſo luſtrato, quod fundamentum elaboratum in flores inciſoria manifactura: Atque nitidè inauratum, quam benè obſeruaui, & conſideraui antiquitatem eius ſimilitèr, & ſignum, ideſt Tabulam alneam, in qua eſt depicta, & inſupèr aduerto, antiquitatem huius Imaginis, inde, quod Tabula, in qua eſt dipicta hæc Imago, adeò antiquitate penetrata, vt ſi probando abſcinditur particula, ſtatim in puluerem conuertitur.

§.19. *Relatio primi Periti Pictoris iudicatis primam Imaginem in Altari exiſtentem eſſe depictà ante annos 180., vel plus.*

Deindè idem, qui ſuprà Magiſter interrogatus per Per-Illuſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum &c. Polonico *Idiomate* de ſecunda videlicèt Imagine, quæ eſt appenſa Parieti à Cornu Euangelij Maioris Altaris, quidnàm ſentiret de illius antiquitate, qui paritèr Polonico Sermone *recognouit*.

Imago hæc eſt depicta ab Annis centum quinquaginta, & quidèm ea ratione, quod ſit depicta vſu antiquo, & deauratio iugamentorum ad margines, talis nunc non eſt in vſu; Ego cognoſco, quia practicabam Opera illis temporibus facta, & etiam ex profeſſione mea didici dignoſcere Opera antiqua à modernis.

§.20. *Alteram verò Imaginem appenſam Parieti depictam eſſe ab annis 150.*

Tandèm de tertia, ac vltima Imagine per Per-Illuſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum &c., ſcilicèt de illius antiquitate Polonico Idiomate interrogatus, qui ſequentia iuxtà Interrogatoria *recognouit*.

Sic arbitror, quod hæc Imago non pluſquam à quadraginta Annis ſit depicta, & quamuis ea ex aſpectu videatur antiquior, hoc prouenit ex frequenti vſu in Proceſſionibus, in quibus publicè portari ſolet, vbi Ventus, Sol, & Pluuia ſatis deſtruit Picturam, & quod vſus Picturæ ſat vicina eſt vſui moderno.

§.21. *Tertiam tandèm Imaginem depictam eſſe ab annis quadraginta.*

Se-

Secundus Honoratus Matthias Olſzevvski Artis Pictoriæ Magiſter interrogatus ſuper antiquitate Imaginum &c., qui ſic *reſpondit*, quoad primam. §. 22. *Relatio alterius Periti Pictoris.*

Antiquitas huius Imaginis eſt in Altari in honorem Beati Ladiſlai erecto ab Annis centum ſeptuaginta, & plus quidèm, eò quod in ea Pictura ſit antiqua, & minùs compta non ità, vt his temporibus ſolemus pingere Imagines cum adumbratione, & accommodatione colorum ſubtiliorum, hanc autem Imaginem, de qua dico, & indè arbitror eſſe antiquam, quod fundamentum eius de Creta, ſeù Gypſo, & deauratum; Inſupèr video ex ipſa Tabella Imaginis, quod dum volo probando frangere particulam, conteritur in puluerem. §. 23. *Qui indicat, quod dicta prima Imago ſit depicta ab annis 170. & plus.*

Quoad ſecundam Imaginem ad interrogationes Polonico Idiomate ſic *reſpondit*.

Hæc Imago ad Altare maius ſuppono, quod ſit ab annis centum ſexaginta circiter eo quòd appareat aliquo modo comptiùs depicta, quàm prima, quæ eſt in Altari, jugamenta eiuſdem pariter vſu antiquo ſunt deaurata. §. 24. *Secunda verò Imago ab annis 160. circiter.*

Quoad tertiam Imaginem interrogatus per Perilluſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum Polonico idiomate, quid ſentiret de antiquitate huius Imaginis, qui *reſpondit*.

Hanc Imaginem non iudico eſſe antiquiorem, quàm ab annis quadraginta, quia adhuc fundamentum eius parum eſt deſtructum, quamuis ſit in frequenti vſu nempe in Proceſſionibus publicis hic Gielnouij, etiam in ea eſt aliqua ſimilitudo ad modernum modum pingendi. §. 25. *Tertia tandem Imago ab annis 40.*

Deinde Honoratus Laurentius Filiſzovvicz Aurifex quantum ad vota interrogatus per Perilluſtrem Reverendiſſimum Dominum Iudicem delegatum Polonico idiomate ſcilicet, quid etiam ſentiret de eorum antiquitate, qui ſic *reſpondit*. §. 26. *Recognitio votorum quatuor in Altari Beati exiſtentium facta per Peritos Aurifices.*

Votum hoc argenteum, quod eſt largum quarta parte Cubiti, vnum pendet in Imagine Beati Ladiſlai, habet ſuum annum exſculptum, nempe milleſimum ſexcenteſimum trigeſimum octauum, & noſcitur hoc in antiquitate Sculpturæ, quod iam ſit pluſquam ab annis centum cognoſco, quia ſum verſatus hac in experientia, tamquam antiquos Magiſter Artis, & ipſe faciebam, ac videbam ſimilia Vota; Argentum autem in hôc Voto eſt purum, ut dicimus duodecimæ probæ: Alia autem tria Vota minora pendentia in Altari Beati Ladiſlai hic in Eccleſia Gielniouienſi ſunt recentiora, quia inciſiones ſunt aliquantùm ſubtiliores, & ſimiliores ad modernum vſum incidendi, in quo habeo experientiam, quia id practico, in quibus tribus Votis argentum eſt vilius, nam duo eorum ſunt probæ vndecimæ, & tertium ſolùm decimæ probæ. §. 27. *Relatio primi Periti Aurificis iudicantis primum votum ſculptū eſſe anno 1636.* §. 28. *Cætera tria vota eſſe recentiora.*

Secundus Honoratus Petrus Raffemberg Aurifex ſimiliter interrogatus per Perilluſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem delegatum Polonico idiomate, quidnam ſentiret de antiquitate votorum ſequentium, qui ſic *reſpondit*.

Hæc Tabellula, cuius largitudo eſt una quadrante cubiti pendens in Imagine Beati Ladiſlai in Altari Eccleſiæ Gielniouienſis cum inſcriptione, & expreſſione anni, fuit ſecundum meum Iudicium facta ad minimum ante centum nouem annos, quod cognoſco §. 29. *Relatio alterius Periti Aurificis indicantis, quod primum ſcul-*

tum ſit ſaltem ante 109. annos.

§. 30.

Cætera tria voto eſſe recentiora.

ex antiquitate inciſionis, & experientia profeſſionis meæ; Alia autem tria vota, ſeu Tabellulæ in eadem Imagine pariter pendentia, etiam obſeruaui quod ſint recentiores à primo Voto, & noſcitur ex inciſione ſubtiliori, & compoſiori, primum etiam Votum, de quo dixi, eſt ex argento probæ duodecimæ; horum autem duo undecimæ, & tertium ſolùm decimæ.

His itaque omnibus, & ſingulis tali, vt præmiſſum eſt, modo, & ordine debitè in Eccleſia Parochiali Gielniouienſi Tituli Sanctæ Crucis, & Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſuperiùs reviſis, peractis, deſcriptis, ac fideliter connotatis, in maius robur, & teſtimonium omnium præmiſſorum ſupra recenſitus Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex delegatus Apoſtolicus vnà cum dicto Generoſo Ioanne Czuvordovviez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Aduocato, Fidei Supromotore, ac Teſtibus, meque Notario Actuario ſe ſe ſubſcripſerunt.

Antonius Grzegorevvski Archidiaconus, & officialis generalis Varſauienſis Iudex delegatus Apoſtolicus manu propria.

Ioannes Czvvordovviez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius Notarius Apoſtolicus ad Cauſam præſentem Subpromotor deputatus manu propria.

Antonius Klicvvski Cantor, ſiue Præpoſitus Cappellæ Sanctæ Crucis Teſtis ad præmiſſa rogatus, vocatus, & adhibitus manu propria;

Matthias Antonius Solima Pęgovvski Prępoſitus Parochialis Opocnenſis ad premiſſa vocatus, rogatus, & adhibitus Teſtis manu propria.

Caſimirus Kozula Brzozovvski Parochus Gielnouienſis Teſtis ad præmiſſa rogatus, vocatus, & adhibitus manu propria.

Antonius Palczevvski Manſionarius Cappellæ Regioducalis ad inſignem Eccleſiam Collegiatam Varſavienſem publicus Sacra auctoritate Apoſtolica Notarius, & ad Cauſam ſupraſcriptam deputatus Actuarius manu propria.

B

Altera judicialis viſitatio Sepulchri, Altaris, & Cappellæ Beati erectæ in Eccleſia S. Annæ Ciuitatis Varſauiæ.

Proc. fol. 510. ter. & ſeqq.

Qui Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex delegatus Apoſtolicus alteme moratus, tum Generoſus Ioannes Czuodovviez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius, & Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ Aduocatus, Fidei Supromotor, atque Religioſus admodum Reuerendus in Chriſto Pater Mattheus Roznerki Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia præ entis Cauſæ Procurator, vnà cum Illuſtribus Admodum Reuerendis Chriſtophoro Kraker Sacræ Theologiæ, & vtriuſque Iuris Doctore; & Floriano Limpeſcki inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Varſavienſis Canonicis Gratialibus Teſtibus ad actum præſentem rogatis, vocatis, & adhibitis, meque Antonio Palczevvski Cappellæ Regioducalis ad inſignem Eccleſiam Collegiatam Varſavienſem Manſionario publico, ſacra auctoritate Apoſtolica, & Cauſæ præſentis Notario Actuario, nec non Franciſco Bebnarski Curſore, ſeu Nuncio jurato, & deputato ingreſſi ſunt Eccleſiam ſub Titulo Sanctæ Annæ Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, vulgò Bernardinorum nuncupatorum in Suburbio Cracovienſi Ciuitatis Varſavienſis ſitam, & præciſè Cappellam

§. 1.

Acceſſus eiuſdem Iudicis, Sub-Promotoris, & Notarij ad

in

in honorem Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniovv erectam, poſt factamque Santiſſimo Sacramento adorationem, & orationem dictus Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex delegatus Apoſtolicus in primis, & ante omnia mandauit claudi Portas eiuſdem Eccleſiæ, & extra excludi omnes, & quaſcumque Perſonas præter ſuperiùs expreſſas, prout de facto omnes, & ſinguli receſſerunt, ac ſolus Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus cum Generoſo Ioanne Czuordouiez &c. Fidei Subpromotore, Teſtibus ſupra recenſitis, Religioſo Admodum Reuerendo Roznerski Procuratore Cauſæ, meque Notario, cum Curſore remanſit &c. Ex poſt verò auditis Inſtantijs, ſuprarecenſitus Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex delegatus Apoſtolicus Viſitationem, deſcriptionem, & recognitionem Cappellæ, & Altaris in honorem Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniovv extructi hac in Eccleſia à Cornu Euangelij Maioris Altaris ſitæ, vbi Sancta Oſſa extant eiuſdem Venerabilis Serui Dei Ladislai, aliorumque ad mentem Decretorum felicis recordationis Vrbani Papæ Octaui, & nouiſſimorum Sacræ Rituum Congregationis hodie fieri debere adiunxit, mihique Notario Actuario, quantum ex oculari inſpectione deprehendi poteſt, ut illorum ſtatum, formam, & qualitatem, nimirum latitudinem, poſitionem, materiam, inſcriptiones, & alias extrinſecas, & intrinſecas circumſtantias, nec non candelas in Cappella, ſeu Altari dicti Venerabilis Serui Dei Ladislai accendi ſolitas, omneſque Imagines repræſentantes, & exprimentes eumdem Venerabilem Seruum Dei Ladislaum de Gielniovv, quæ exiſtunt in hac Eccleſia, & Refectorio, & in quocumque huius Clauſtri, ac Conuentus loco, ſingulaſque earum circumſtantias deſcribam, commiſit, prout videntibus, & audientibus Generoſo Ioanne Czvvordovviez, & Fidei Subpromotore, & Teſtibus, ego Notarius Actuarius coram prælibato Perilluſtri, & Reuerendiſſimo Domino Iudice delegato Apoſtolico ſequentem veram, & fidelem confeci omnium, & ſingulorum deſcriptionem, in hunc ſcilicet, qui ſequitur modum.

Eccleſiam S. Annæ, & ad Cappellam B. ti in ea erectam Ciuitatis Varſauiæ.

§. 2.

R.mus Iud. x delegatus decernit fieri deſcriptionem d. Cappellæ Altaris, ſepulcbri, Imaginum, aliorumque cultum erga Beatum præſeferentium.

Et quidem primò eſt Cappella de latere cocto Beati Ladislai de Gielniovv in Eccleſia Tituli Sanctæ Annæ Religioſorum Patrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, vulgo Bernardinorum nuncupatorum erecta ad cornu Euangelij prope Altare Maius, vno eodemque pariete coniuncta minori Choro eiuſdem Eccleſiæ, ex qua parte clauditur Cratibus ex ferro ductili ſat eleganter factis, & notabiliter deauratis, ipſæ verò fores ſat magnificè extructæ obducuntur quibuſdam circumſtantijs arte muratoria elaboratis ſuperiùs in figuram Arcus deſinentibus, & huic demum arcui Sphera Mundi ſuper impoſita manet, huic verò firma vno pede fixa ſculptoriè de arbore exciſa ſat eleganter albo colore picta, & aliàs ad inſtar alabaſtri, aut Marmoris albi ſuperſtans conſpicitur una manu tubam cum hac Singraphe quaſi per aerem volante = *Varſauia ſis grata* =, altera Effigiem Beati Ladislai per medium Perſonæ depictam in tendiculis deauratis figuræ rotundæ tenens adiecta hac inſcriptione = *Beato Ladislao Patrono ſuo* =, ad calcem Spheræ Mundi ſtant duo Genij eadem arte ſculptoria formati, & ſimiliter ac fama, & Sphera dicta

§. 3.

Deſcriptio Cappellæ in honorem Beati Ladislai erectæ in dicta Eccleſia.

po-

politè depicti, quorum vnus diſciplinam, alter columnam cum Chriſto eidem alligato, tamquam inſignia iſtius Beati repræſentant: Ex altera verò parte videlicet Maioris Chori, ſiue Nauis Eccleſię, vnde ad Cappellam patet proſpectus, prædicta Cappella ſolo medio ſui pariete eidem Choro iungitur, & ibidem etiam Cratibus ferreis, ſed iam non ita affabrè factis clauditur, ſupra quas eſt Imago Beati Ladiſlai de Gielnovv, & probabiliter illa, quæ tempore Peſtis in publica Proceſſione ex inſigni Eccleſia Collegiata Sancti Ioannis ad hanc Eccleſiam fuerat deportata, ſat bellè depicta, ac tela ſerica hinc inde iectis varijs floribus amæna venuſtè circumornata ſequentem habens inferiùs ſubſcriptionem = *B. Ladiſlaus* =, eadem Cappella muris, & tectis imbracteatis, ſeu lamina alba ſtamno ſuper infuſa obductis in altum protenditur cubitis triginta quinque, & medio, in longum cubitis viginti, & vna parte cubiti, in latum cubitis quatuordecim habens teſtudinem in formam Hemiſferij extructam, cui iterum alia teſtudo parua in medio cum ſex feneſtrellis, tam lucem, quàm proportionem ſtructuræ comptæ facientibus, ac communicantibus eſt ſuperpoſita, denique ſuper hanc paruam teſtudinem ſtat Crux iuxtæ magnitudinis tota deaurata, ſed deauratura non niſi parumper apparet præ vetuſtate, & humiditate ex pluuia prouenienre; hęc Cappella habet feneſtras tres in arcum diſpoſitas, vnam verſus Orientem, duas verſus Septentrionem, parietes periſtromatibus ſanctæ paupertati conuenientibus ſuot ornati, qui tamen propter varias Imagines in tela linea, ac etiam in tela ſericea pictas non indecori apparent: In medio eiuſdem Cappellæ rectà tendendo, verſus Sepulchrum Illuſtriſſimorum Fundatorum pendet lampas argentea, ex diametro Altaris ſtat Confeſſionale, vbi Magnates, & aliæ Perſonæ diſtinctioris Status, non rarò etiam alij pæniteotes confiteri ſolent; Scamna ex vtraque parte in eadem Cappella pro commoditate Deuotorum, & Sancta Miſſæ Sacrificia audieotium ſat debitè diſpoſita.

Deſcriptio Altaris Beati Ladiſlai.

§. 4. *Deſcriptio Altaris in honorem Beati dicati.*

Altare Beati Ladiſlai eſt altum cubitorum tredecim, & vna parte cubiti, latum cubitorum octo, & medij cubiti ex ligno arte tam ſculptoria, quàm arcularia fabrè factum, in contignatione inferiori habens columnas quatuor in toto deauratas, pariter duos Sanctos, ſcilicet Bernardinum, & Capiſtranum; ſurſum duo Angeli inclinati iacent ſimiliter deaurati; Superior autem contignatio eiuſdem Altaris ſolis planis columnulis arte arcularia elaboratis, & hinc inde floribus ſculptoriè inciſis, ac deauratis decoratur; in ſummitate verò habet nomen *Ieſu* ſculptum ſimiliter, ac aliæ partes ſculptoricæ eiuſdem Altaris deauratum, vbi in medio eſt depicta Imago Beati Ladiſlai eo modo, quo tempore Peſtis apparuit ſupra Varſauiam; iam autem in medio, ac ſi diuideote vtramque contignationem Altaris apparent duo minoris ſtaturæ An-

Angeli, tenentes Stemma Fundatoris videlicet, duo Vomeres à tergo ſibi adiacentes cum Corona deaurata ſculptoriè facta, ligaturis verò depictis ab ea pendentibus circumductum, talibus circa illud adiectis litteris = *B. M. E. V. P.* = quæ literæ nil aliud inſinuant, ac ſignificant, niſi quod = Bonauentura Madalinski Epiſcopus Vladiſlauienſis Pomeraniæque erexerit hoc Altare: Etenim nunc in toto hoc Regno Poloniæ modica ſupereſt familia præter ſolam, & vnicam Madalinskianam Inſigniorem, quæ prædicto utitur Stemmate, prout demonſtratum eſt ex libro = *Orbis Polonus* = intitulato Auctore, & Collectore Stemmatum Regni Poloniæ Reuerendo Patre Ckolski Ordinis Prædicatorum typis impreſſo; idem patuit ex alio libro = *Facies rerum Sarmaticarum* = nominato auctore Reuerendo Patre Naramovvski Societatis Ieſu edito, vbi in ſerie Epiſcoporum Vladiſlavienſium, Pomeraniæque etiam Bonauentura Madalinski reperitur, paulò inferiùs ſub hoc Stemmate pendet Baldecinum de holoſerico viridi cum velis eiuſdem coloris ab utraque parte procedentibus, habens Coronidem acu pictam, atque auro intertextam, quod tam eſt amplum, vt totam non modicæ magnitudinis Imaginem Beati Ladislai veſte argentea, ac Tabellis argenteis decoram plenè circumdet, & ornet; Menſa Altaris Eccleſiaſtica ſupellectili ſat decenter, & antependio pretij non modici circumornata, quam hinc inde duæ, & duæ Tabellę cum Oratione typo impreſſa de Beato Ladislao circumſtant; gradus in eodem Altari conſpiciuntur pictoriè deargentati, in quibus variæ Reliquiæ Sanctorum ſub feneſtrellis, auro pictorio obductis ſunt repoſitæ, & in horum medio ſub duplici velo plicatili auro, argentoque diſtincto Tumbula cum Reliquijs Beati Ladislai, pariter tabula vitrea obducta apparet, ſuper hos gradus ſtant maiora Candelabra ſex de Stamno, duo minora cum totidem Candelis de cera alba fuſis, infra gradus duo lignei ad idem Altare extant, & pauimentum ſat decens de lapide ſecto ſtratum.

Deſcriptio Tumbulæ.

§. 5. *Deſcriptio Tumbulæ, in qua depoſita ſunt oſſa Beati.*

Hæc Tumbula, in qua depoſita ſunt Sancta Oſſa Beati Ladislai, protenditur in altum vna parte cubiti, & digitis tribus; in longum medio cubito, & vna parte cubiti, ac duobus digitis in latum medio cubito, & vno ac medio digito; tota obducta eſt tela argenteis filis intertexta, circumcirca ligamentis ſericeis obvoluta, & clauibus auro pictorio in ſummitatibus deauratis cincta, roſiſque artificioſis, inter quas Effigies Crucifixi de cera compacta continetur, alijſque fructibus varij generis, & coloris decorata eſt, ac denique duobus globulis de aurichalco fuſis innixa manet, & in medio Altaris inter Reliquias aliorum Sanctorum conſervatur benè clauſa, duobuſque Sigillis ex hac, & illa parte obſignata, quæ ob antiquitatem recognoſci non poſſunt.

DE-

Deſcriptio Imaginum.

§. 6.

Deſcriptio plurium Imaginum exprimentium Beatum varijs modis, cum radijs ſupra caput.

Prima Imago Beati Ladislai inferiùs Altari impoſita mirifica comptitudine picta, longa tribus cubitis, & medio; ac ſemi tribus digitis, lata duobus cubitis, & vna parte cubiti, repræſentans Beatum Ladislaum lacrymis ſuperfuſum, ac ſupra ſugeſtum eleuatum, vnà manu diſciplinam, alterà Columnam cum Chriſto eidem aligato tenentem, tamquam indicijs ſuæ Sanctitatis, cum radijs circa Caput argenteis deauratis, & lapillis Bohemicis ijſdem inſertis.

Secunda in ſuperiori contignatione eiuſdem Altaris eſt altera Imago longa vno cubito, & medio, ac ſemi tribus digitis, lata tribus cubitis; repræſentans Chriſtum Iridi inſidentem, manu dextrà ſagittas vibrantem, & ſiniſtrà Crucem tenentem, inferius verò Beatus Ladislaus in nubibus genuflexus, expanſis manibus orat, ex cuius oppoſito Ciuitas Varſauienſis, & ex aduerſo ipſius Draco in ripa exhalans fumum apparet, ſubſcriptio verò in ſummitate eiuſdem Imaginis eſt talis = *Varſauia ſis grata*.

Tertia ſupra fores, ſeu Cratem Cappellæ præfatæ; verſus maiorem Chorum Eccleſiæ eſt affixa Imago in longum cubito vno, & medio, ac ſemi tribus digitis, in latum verò vno cubito, & quinque digitis protenſa; repræſentans Beatum Ladislaum in aerem nubibus ſubuectum, circa Caput radijs illuminatum, & conſueta Inſignia ſua, ſcilicet Chriſtum flagellatum, & diſciplinam manu tenentem.

Quarta in vexillo Confraternitatis Sanctæ Annæ depictus eſt Beatus Ladislaus cum radijs circa Caput in nubibus genuflexus orans, placando ſua oratione Chriſtum in Iride ſedentem, ne manu, quà ignitas ſtringit Sagittas, alterà itidem tenens Crucem, projiciat in Ciuitatem Varſauienſem inferiùs depictam, contra quam Draco horrendus ignem ſpirat; quæ Imago longitudinis habet vnum cubitum, & medium, latitudinis vnum cubitum, & digitos quatuor.

Quinta in Porta Conuentus eiuſdem, eſt Imago repræſentans Beatum Ladislaum cum Inſignijs ſolitis; radij circa Caput non apparent, ex quo Pictura in ſuis coloribus eſt valde diminuta, & attrita.

Sexta in ambitu Clauſtri repræſentans Beatum Ladislaum multis radijs ſuper, & circa Caput fulgidum pariter cum Columna Chriſti ligati in vna, & diſciplina in altera manu depictis ſupra Ambonam elevatum; hæc Imago longa eſt cubitis quatuor lata cubitis duobus, & medio.

Septima in Refectorio exiſtens, in longum cubitorum quatuor, in latum cubitorum duorum, & medij extenſa repræſentat Beatum Ladislaum ſimiliter, ac in ſuperioribus viſum eſt, nempe qualiter ſupra ſugeſtum in extaſim raptus fuerat, hinc diſciplinam, illinc Columnam cum Chriſto ad eam ligato manutenens ad cuius Imaginis calcem ſunt duo verſus conſcripti, ſed præ attritione colorum non poſſunt legi.

Octaua eſt denique Imago papyracea, præ vetuſtate lacera, in qua

ad

ad inſtar Altaris in ſuperiori parte eſt impreſſa effigies Beati Ladislai de Gielniovv cum circulo circa Caput in nubibus flectentis, & Chriſtum in Iride ſedentem placantis, ac ante ſe Ciuitatem Varſauienſem, & ſub ſe Draconem habentis; jam verò in inferiori parte habet effigiatum dictum Beatum Ladislaum cum radijs circa Caput ſub illa expreſſione quomodo ſupra Ambonam concionando in aerem eleuatus fuit, manu vnà diſciplinam, alterà Columnam cum Chriſto eidem alligato tenens: Hæ verò duæ effigies Beati Ladislai floribus pariter impreſſis in quadrum adornatur; infra autem harum Imaginum eſt Oratio polonico Idiomate typo impreſſa eadem, quæ in vita eiuſdem Beati Ladiſlai legitur.

Deſcriptio Tabellarum, Veſtis, & Lampadis Argenteæ.

§. 7. *Deſcriptio plurium Tabellarum, in quibus ut plurimum recenſetur raptus Servi Dei in vita, cum titulo* Beati, *&* Sancti, *& cum radiis ſupra caput.*

Prima Tabella argentea deaurata in ſuperficie cum tali expreſſione: infra eſt Cor ſpinis circumſeptum cum hac inſcriptione = *Tenent me anguſtiæ*; à corde verò hujuſmodi procedunt verba = *Beate Ladislae ora pro me Dominum Deum*; qui Beatus habens radios circa caput in nubibus genuflexus, manibus compoſitis, orat. Providentiam Divinam ob oculos ſibi poſitam, a qua inter radios ad cor directos, iſta leguntur = *Gloria, & honore coronaberis*; hæc Tabella a quodam Comite Polono anonymo oblata eſt.

Secunda Tabella repræſentans in nubibus Beatum Ladislaum, ſimiliter cum radiis circa Caput, ac cum Columna ligati Chriſti, & diſciplina, oblata eſt ab Illuſtriſſimo Comite Rybinski Artiteriæ Regni Generali cum hac ſubſcriptione = *Conſolator Afflictorum*.

Tertia Tabella repræſentat pariter Beatum Ladislaum cum diſciplina, & Columna Chriſti Domini ad eam legati, in Extaſim raptum, quæ eſt oblata a R verendiſſimo Capitulo Illuſtriſſimarum Canoniſſarum Varſavienſium.

Quarta Tabella ſimiliter repræſentat Beatum Ladislaum cum radiis circa caput in nubibus, una manu Columnam cum Chriſti, altera diſciplinam tenentem, inferius, genuflectunt orantes Mas, & Fæmina; hæc oblata eſt ab Illuſtri Magnifico Iaroſzevvski Succamerario Palatinatus Plocen.

Quinta Tabella etiam repræſentat Beatum Ladislaum cum ſolitis ſuis Inſigniis, ſcilicet in Nubibus ſtantem, & inferiùs Matrem cum Filia, ac duobus Filiis genuflectentibus, quæ Tabella oblata eſt ab Illuſtri Domina Hovvoicyska Capitanea Prajecenſi.

Sexta Tabella ſimiliter cum expreſſione Beati Ladislai circa Caput circulum habentis, genuflexi ante Chriſtum Dominum in nubibus poſitum ſagittas in Civitatem Varſavienſem jacientem ex adverſo, cujus infra terribilis Draco halitum evomit; hæc oblata eſt a Generoſo Groſzevvicz Notario Apoſtolico, & Advocato Conſiſtorii Primatialis Lovicienſis.

Septima Tabella itidem repræſentans Beatum Ladiſlaum pariter radios circa Caput habentem, cum diſciplina in una manu, & in alia cum libro eidem inſerto, inferiùs verò Mas, & Fæmina genuflectunt, ſub quibus ſex Filii, & una Filia manibus exemplo ſuorum Parentum complicatis genuflectentes conſpiciuntur; hæc Tabella oblata eſt ab honorato Zacharyaszevvſcz Scabino Civitatis Therunenſis.

Octava Tabella, in qua ſculptus eſt Beatus Ladiſlaus in Nubibus utraque manu Chriſtum Dominum Columnæ alligatum ſupportans, ante quem infra in cervicali jacet Infans faſciis obvolutus; hæc oblata eſt ab Anonymo.

Nona Tabella repræſentans Beatum Ladiſlaum in Pallio ante Crucem expanſis manibus genuflexum, & orantem cum tali ſubſcriptione, & anni inciſione = *Sancte Vladiſlae ora pro nobis*, ex voto anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo, oblata ab Anonymo.

Decima Tabella cum expreſſione Nominis *Ieſu*, & infra trium Perſonarum, ſcilicet Patris, Matris, & Filiæ oblata eſt a Domina Robocinski Civiſſa Varſavienſi.

Vndecima Tabella in qua ſculptus eſt Beatus Ladiſlaus una manu Crucem tenens, altera Providentiam Divinam indigitans, ante quam Vir quidam genuflectit, & orat; hæc oblata eſt a Domino Zieminski Incola Varſavienſi.

Duodecima Tabella repræſentans Beatum Ladiſlaum cum ſolitis Inſigniis in nubibus poſitis, inferiùs verò Patrem cum Filia genuflectentem cum hac ſubſcriptione = *Sancte Ladiſlae*; oblata eſt a quodam Cive Varſavienſe.

Decima tertia Tabella ſimiliter repræſentat Beatum Ladiſlaum cum circulo circa Caput ſtantem, ad cujus pedes Virgo quædam genuflectit, quæ Tabella oblata eſt à quadam Virgine.

Decima quarta Tabella ſolùm oculos repræſentans ab Anonymo oblata.

Decima quinta Tabella repræſentans figuram Equi, ſimiliter ab Anonymo oblata.

Decima ſexta Tabella pariter repræſentat figuram Equi, oblata a Generoſo Rachevvski, anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo.

Decima ſeptima Tabella cum expreſſione Beati Ladiſlai circa Caput circulum habentis in nubibus cum ſolitis inſigniis, inferius Parentes cum Filiabus duabus, & uno filio genuflectentes, ab Anonymo oblata.

Decima octava Tabella, ſeu veriùs duo Vota, unum in figuram Manus, aliud in formam pedis anonymè oblata appenſa ſunt, ac tandem duo annuli aurei ſponſalitii anonymè oblati conſpiciuntur, in quorum uno hæc leguntur verba = *Deus ipſe corda conjungere poteſt* = in altero verò = *ſi coniunxiſti, teneat ea Deus*; in utroque eſt annotatus annus milleſimus ſeptingenteſimus trigeſimus nonus.

Decima nona Tabella repræſentans Beatum Ladiſlaum ſupra nubes raptum cum radiis ſupra, & circa Caput, atque cum Inſigniis ſuis

ſuis ſolitis, videlicet diſciplina, & Columna cum Chriſto Domino illi alligato in manibus præſeferentes; inferius verò genuflectit Perſona in veſtitu Polono cum framea pendente à latere, & pileo ante ipſam jacente; ad calcem autem ſubſcriptio eſt talis = *Per merita, & interceſſionem Beati Ladislai Jeſu flagellate propitiare peccatis meis, & ſana infirmitatem meam*; oblata ab Anonymo.

Porrò ex his Tabellis argenteis una eſt in longum fermè ad medium cubitum; altera eſt eiuſdem menſuræ abſque digito uno; Cæteræ verò nonnullæ adæquant, nonnullæ excedunt partem cubiti; aliæ parvæ, & non niſi ſunt mediæ partis cubiti.

§. 8.
Deſcriptio veſtis in Imagine Beati ſita in d. Altari.

In eadem Imagine Beati Ladislai in Altari ſita eſt veſtis tota argentea arte aurifabrili ſat eleganter confecta, circa Caput eiuſdem Beati corona radiis promicantibus deauratis, & Adamantibus Bohemicis, ut hic vulgò dicitur adornata; Inſignia pariter iſtius Beati, nempè diſciplina, & Columna cum Chriſto eidem alligato argentea, in nonnullis partibus ſunt pariter deaurata, ſimiliter etiam Cingulus cum corona præcatoria, & Cruce, calepodiiſque, ſeu ſocculis ſunt auro obducta.

§. 9.
Deſcribitur Lampas ardens ante Altare Beati.

Tandem Lampas iuſtæ magnitudinis eadem arte auri fabrili, ſat eleganter efformata in medio, & præcisè ante Altare Beati Ladislai pendens quaſi continuò ardens conſpicitur. Supra expreſſæ omnes Tabellæ, Veſtis, Lampas a piis Benefactoribus oblata ſunt, ex puro argento efformata fuerant, & alia plurima Vota, ac Tabellæ a Devoto Populo, Beato Ladislao oblatæ, ſed ab impiis hominibus tempore exuſtionis hujus Eccleſiæ ſunt ablatæ, prout conſtat ex documentis in Bibliotheca eiuſdem Conventus Varſavienſis conſervatis &c.

Interea his ut ſupra per me Notarium Actuarium deſcriptis, Perilluſtris Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, qui ſupra ob tarditatem horæ mandavit ab ulteriori deſcriptione, & aliàs conſequenti recognitione ſuperſederi.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat, evidenter, & ſit notum, quomodo anno a Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, Indictione Romana decima, die verò lunæ, ſcilicet decima ſexta menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Noſtri Domini Benedicti, Divina Providentia Papæ eius Nominis Decimi quarti, anno ipſius Octavo, hora tertia pomeridiana in medio horologio Varſavię in Civitate Metropolitana Ducatus Maſoviæ in Regno Poloniæ Diæceſis Poſnanienſis in termino ex citationibus contra Generoſum Fidei ſubpromotorem, & Artis Peritos emanatis, & ad mentem ſui decreti in immediata ſeſſione prolati: Per Illuſtris Reverendiſſimus Dominus Antonius in Grzegorzevvice Grzgorzevvski utriuſque Iuris Doctor in Eccleſia Cathedrali Poſnanienſi Archidiaconus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Varſavienſis, ac per Ducatum Maſoviæ Generalis Ab-

bus Coadiutor Plocenſis, a Sacra Rituum Congregatione ad Cauſam Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniou Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, ac pro conſtruendo Proceſſu ſuper cultu ab immemorabili tempore eidem Venerabili Servo Dei exhibito, & caſu excepto a Decretis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & felicis recordationis Vrbani Papæ Octavi ſuper non Cultu editis ſpecialiter Iudex Delegatus Apoſtolicus, tum Generoſus Ioannes Czvvordovvicz Sacræ Regiæ Majeſtatis Secretarius, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Advocatus, Fidei Subpromotor Deputatus, atque Religioſus Admodum Reverendus Matthæus Roznersk Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Lector Iubilatus Provinciæ Maioris Poloniæ Exprovincialis ad Cauſam dicti Venerabilis Servi Dei Ladislai &c. ſpecialiter conſtitutus Procurator, necnon Honorati Antonius Szulc, & Matthias Olszevvski Pictores. Auguſtinus Sitkicvviez, & Andreas Vvachszteyoski Aurifices, Michael Rottor, & Eberhardus Kober Arcularius Albertus Grybovvski, & Simon de Birski Murarii, Cives, & Incolæ Varſavienſes, una cum Illuſtribus Admodum Reverendis Chriſtophoro Kraker Sacræ Theologiæ, & utriuſque Iuris Doctore, & Floriano Lampecki Canonicis Gratialibus Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ, Varſavienſis, Teſtibus rogatis, vocatis, & adhibitis, meque Antonio Palczevvski Cappellæ Regio Ducalis ad inſignem Eccleſiam Collegiatam Varſavienſem Manſionario publico Sacra auctoritate Apoſtolica, & Cauſæ præſentis Notario Actuario, tum Honeſtus Franciſcus Bednarski Nuntius, ſeu Curſor deputatus, & juratus ingreſſi ſunt Eccleſiam ſub titulo Sanctæ Annæ Religioſorum Patrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, vulgò Bernardinorum nuncupatorum in Suburbio Cracovienſi Civitatis Varſavienſis, & præcisè Cappellam Beati Ladislai de Gielniovv ſitam, poſt factamque Sanctiſſimo Sacramento adorationem, & Orationem altememoratus Perilluſtris, & Reverendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus mandavit iterum claudi Portas dictæ Eccleſiæ, *& in* continenti ſuprafatus Religioſus Admodum Reverendus Mathęus Roznerski Cauſæ præſentis Procurator, contenta citationum jam aliàs tam contra Generoſum Ioannem Czvvordovviez Sacræ Regiæ Majeſtatis Secretarium, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Advocatum, fidei Subpromotorem, quam Artis Peritos emanatarum fieri expetiit, ac inſtetit deveniri ad recognitionem Cappellæ, & Altaris in honorem Beati Ladislai de Gielniovv extructorum, Imaginum, Tabellarum votivarum, & aliorum publicum, & antiquiſſimum Cultum dicti Beati præſeferentium, præſente Generoſo Ioanne Czvvordovvicz Sacræ Regiæ Majeſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Advocato, Fidei Subpromotore, & in recognitionem Cappellę, & Altaris, Imaginum, Tabellarum Votivarum, Lampadum, aliarumque memoriarum conſentiente, non aliàs tamen, niſi ſervata forma Literarum Remiſſorialium, ac Decretorum felicis recordationis Vrbani Papæ Octavi, & noviſſimorum Sacræ Rituum Congregationis, aliiſque de jure ſervandis &c.

§. 10. Inſtantia Procuratoris cauſæ pro recognitione dd. Cappellæ, Altaris &c.

§. 11. Proteſtatio Sub-Promotoris.

Et

Et Perilluſtris Reverendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, qui ſupra ante omnia Honoratos artis Peritos citatos, & ad præſeos comparentes ſupra ſpecificatos, ac expreſſos, omnes Cives, & Incolas Varſavienſes ad præſtandum juramentum admiſit, quiquidem artis Periti hic, & incontinenti, & quidem unus poſt alterum, tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis in manibus Suę Perilluſtris Reverendiſſimæ Dominationis Polonico idiomate, cum latinam, nonnulli totaliter, alii non adeò calleant linguam, præſtitit in ſequentem, videlicet Rotham = Ego tactis hiſce Sacroſanctis Evangeliis ante me poſitis, juro veritatem dicere in his, de quibus interrogabor, & id fideliter, ac diſtinctè adimplere, ad quod ſum inductus, & citatus, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. §.12. *Iudex Delegatus Apoſtolicus juramentum detulit Peritis.*

Poſt quod præſtitum, viſiſque, & auditis præmiſſis, commiſit mihi Notario Actuario, ut regiſtrem in actis præſentis Proceſſus antedictas Citationes, & relationes in calce per Curſorem annotatas, de omnibuſque conficiam publicum Inſtrumentum, deinde omnes, & ſinguli non niſi ſupracenſiti jam in dicta Cappella exiſtentes, in qua extant Oſſa Venerabilis Servi Dei Ladislai de Gielniovv, ubi ex tunc altememoratus Perilluſtris Reverendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus ad recognitionem per me Notarium Actuarium connotandam ſeſe acceſſurum declaravit, prout ſucceſſivè, & incontinenti proceſſit ſequenti videlicet modo; & in primis quoad Imagines. §.13. *Et ſucceſſivè mandat fieri recognitionem.*

Idem Perilluſtris Reverendiſſimus Iudex delegatus Apoſtolicus interrogavit alterum ex artis Peritis, videlicet Honoratum Antonium Szulc Pictorem Polonico idiomate, ſcilicet quidnam ſentiat de Imagine in Cappella, ſeu Altari ibidem ſita, a quonam tempore poſſit eſſe picta? & unde hoc ſciat, & quomodo? &c. & de aliis circumſtantiis juxta Interrogationes &c.; qui pariter Polonico idiomate dictus Peritus *reſpondit*.

Imago Beati Ladislai, quæ eſt in Altari infra in Cappella eidem Beato Ladislao, eſtructa eſt ab annis quinquaginta quatuor, vel plus depicta, quod inde dignoſco, quia hoc modo, quo iſta Imago depicta eſt, nunc ampliùs non pingimus, ut etiam ex experientia, quam practico in arte mea: Alteram Imaginem, quæ eſt ſupra eam Imaginem in eodem Altari, ſuppono eſſe depictam ab annis circiter octoginta quatuor, & inde devenio, quod modus ille pingendi eſt antiquior, & ſat antiquo uſu depicta, & inde etiam cognoſco, quod viderim ſimilis Picturæ Imagines cum aliis Peritis, & conveniebamus ſuper eoſdem annos benè conſiderando. §.14. *Relatio I. Periti Pictoris ſuper antiquitate dd. Imaginum: primam Imaginem exiſtentem in Altari Beati judicat eſſe depictam ab annis 50.* §.15. *Altera exiſtens in eodem Altari eſt depicta ab annis 84.*

Idem Perilluſtris Reverendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, ſimiliter ut ſupra Polonico idiomate interrogavit de Imagine in Refectorio ejuſdem Conventus ſita, in carbaſo picta, qui Pictor requiſitus ſic *reſpondit*: hanc autem Imaginem ſuppono, & judico ab annis circiter centum triginta eſſe depictam, & quidem inde devenio, quod colores in ea ſint adeò inveterati, ut difficiles ſint ad diſtinguendum, & in ſe Pictura eſt ſat antiqua, quod pariter devenio per experientiam, quam pridem jam practicare incæpi. §.16. *Imago ſita in Refectorio Conventus eſt depicta ab annis 130*

Ite-

§. 17. *Imago ſita in Curritorio d. Conuentus eſt depicta ab annis 52.*

§. 18. *Eiuſdem antiquitatis eſt alia exiſtens in Porta d. Conuentus.*

Iterum de duabus Imaginibus ſimili methodo vt ſupra interrogauit ſupra fatus Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, qui artis Peritus ſic *reſpondit*: dum conſidero modum pingendi huius Imaginis in Curritorio eiuſdem Conuentus ſuppono eam eſſe depictam ab annis plus minus quinquaginta duobus: alia ſimiliter in Porta, ſeu Ianua eodem tempore cum illa videtur eſſe depicta, quæ quamuis antiquiores eſſe videntur, non ſunt tamen ob cauſam humiditatis, in qua ſemper cum ſint, mutant colorum ſubſtantiam.

§. 19. *Imago ſita ſupra crates Cappellæ Beati eſt depicta ab annis 70.*

Deinde interrogatus idem, qui ſupra artis Peritus de Imagine ſupra Crates Cappellæ, qui ſic *reſpondit*: hanc Imaginem, quæ eſt ſupra Cancellos, ſeu Crates Cappellæ, ſuppono eſſe depictam ante annos ſeptuaginta plus minus, quod deuenio ex tela, in qua eſt depictus Beatus Ladislaus, quia tali his temporibus non vtimur, & colores ſunt viles, qui in ſiccitate longius durant ſubtilioribus.

§. 20. *Imago in Vexillo Confraternitatis S. Annæ depicta eſt ab annis 85.*

Quantum ad Imaginem in Vexillo Confraternitatis Sanctæ Annæ depictam *reſpondit*: Imago hæc in Vexillo depicta eſt ab annis octoginta quinque plus minus, quod deuenio inde, quod ſit depicta coloribus vilibus, & modo pingendi ſatis antiquo.

§. 21. *Octaua Imago papyracea eſt ab annis 150 circiter.*

Quo verò ad octauam, & vltimam Imaginem papyraceam interrogatus per Perilluſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum Apoſtolicum *reſpondit*: hæc autem Imago in papyro expreſſa ſuppono, quod habeat annos centum quinquaginta aliquid plus, vel minus; rationem autem do hanc, quod flores huiuſmodi, quos video in circumferentia Imaginis huius, nunc non ſunt in vſu quamuis vidi variæ ſculpturæ Imagines in papyro, & etiam ex praxi mea iudico, quod ſit eius antiquitatis, vt dixi.

§. 22. *Relatio II. Periti Pictoris ſuper antiquitate dd. Imaginum. Prima ſita in Altari eſt ab annis 60.*

§. 23. *Altera in eodem Altari eſt depicta ab annis 94.*

Qua recognitione facta, & concluſa per ſuprafatum Honoratum Pictorem: idem qui ſupra Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus iterum alterum ſcilicet Honoratum Olszevvski Pictorem interrogauit pariter Polonico ſermone, quid nam ſentiret de antiquitate, & alijs circumſtantijs primæ, & aliarum Imaginum? qui ſic interrogatus *reſpondit*: *Quoad primam* inferiùs in Altari ſitam, Imago hæc, quæ eſt in Altari Cappellæ Beati Ladislai, ſuppono, quod ſit depicta ab annis ſexaginta, ratio eſt hæc, quod jam pictura ſit huius ſæculi, & comptiùs eſt depicta, vti & ex adaptatione colorum, & adumbrationum percipio, quod neque antiquior, neque recentior ſit ijs annis: quoad ſecundam in eodem Altari ſitam interrogatus ſic *reſpondit*; ſupra eamdem Imaginem altera ſuppono, quod ſit depicta ab annis nonaginta quatuor plus, vel minus, quod percipio ex delineatione, & coloribus, quod ex arte antiqua, quia nunc talis pictura non eſt in vſu.

Quantum ad Imaginem in Refectorio ſitam interrogatus reſpondit ſequentia.

§. 24. *Alia in Refectorio vt ſupra ſita, eſt depicta ab annis 140.*

Obſeruaui benè Imaginem in Refectorio nunc, quam iudico eſſe depictam ab annis circiter centum quadraginta; ratio huius eſt, quod colores ſint vſu antiquo adaptati; & modo pingendi antiquo, quod recognoſco tam ex experientia in videndo picturas antiquas, quàm etiam ex praxi, quam nunc habeo.

Si-

Similiter ad Imagines in ambitu, & Porta ſitas eiuſdem Clauſtri interrogatus hac methodo, vt ſupra, qui ſic *reſpondit*: hæ duæ Imagines, hoc eſt in Curritorio, & in Ianua ſuppono, quod ſint depictæ ab annis ſexaginta, & quidem hac ratione, quod pictura non ſit adeò antiqua, & adaptatio colorum eſt ſatiùs ſæculi moderni. §.25. *Imagines depictæ in Curritorio, & Porta, vt ſupra, ſunt ab annis 60.*

Succeſſiuè interrogatus, quid nam ſentiret de Imagine ſupra Cratem ad Cappellam Beati Ladiſlai, ſeu parieti affixa? qui ſic *recognouit*.

Deuenio, quod Imago ſit depicta ab annis ſeptuaginta duobus, & quidèm hac ratione, quod non adeò antiquo pingendi vſu depicta, in qua habeo experientiam quia variæ picturæ Imagines vidi. §.26. *Alia Imago ſita ſupra cratem Cappellæ eſt ab annis 72.*

Quoad Imaginem in Vexillo Confraternitatis Sanctæ Annæ pictam, interrogatus *reſpondit*:

Imaginem in Vexillo ſuppono eſſe ab annis ſeptuaginta nouem, vel plus, & deuenio à confractis jam coloribus, & modus pingendi eſt antiquior modo horum temporum, quod pariter deuenio ex experientia mea, quam habeo in arte pictoria. §.27. *Alia Imago in d. Vexillo eſt ab annis 79.*

Quantum ad vltimam papyraceam Imaginem, ſic vt ſupra interrogatus *reſpondit*:

Sculptura huius Imaginis poteſt eſſe ab annis centum triginta, quod inde cognoſco, quia in circumferentia eius ſunt flores, quibus antiqui Pictores vtebantur, tam in pictis quàm ſculptis Imaginibus, qui his temporibus totaliter non ſunt in vſu; & inſuper vidi antiquas Imagines ſimili modo ſculptas, ſicuti modernæ, & inde etiam deuenio. §.28. *Vltima demum Imago papyracea ſculpta eſt ab annis 130*

Succeſſiuè finità quoad Imagines recognitionis deſcriptione, Idem, qui ſupra Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus proceſſit ad recognitionem votiuarum Tabellarum, lampadis, & veſtis argentearum, ſequenti videlicet modo, & quidem primò interrogauit alterum ex Peritis, ſcilicet Honoratum Auguſtinum Sitkievviez Aurificem de antiquitate Votorum, ſeu Tabellarum votiuarum, qui diſtinguendo non niſi vnum Votum ab alijs recentioribus, ita *recognouit*.

Ego ipſemet perfeci medietatem habitus argentei Beato Ladiſlao, quæ fuerat furto ablata, & quidem ex Votis eidem Beato Ladiſlao oblatis ab hominibus deuotis ad ipſum, partim Votis antiquis, partim recentioribus, partim etiam ex alio argento donato ab hominibus, & hoc conſideraui benè, quod ea Vota, ex quibus perficiebam medietatem habitus longè erant antiquiora ab his, quæ nunc adhuc reperiuntur, quia ex his omnibus, quæ nunc ſunt, vnum ſolum reperitur, quod poteſt eſſe ab annis circiter quadraginta, alia autem omnia ſunt recentiora, alia etiam moderna: Lampadis autem, & alterius partis habitus, ſimiliter eſt moderni ſæculi factura; quæ omnia experientia Profeſſionis meæ deuenio, vti & ex manifactura, ac ſculptura, quæ & nunc in vſu eſſe ſolet; hæc autem Vota omnia, quæ ſunt numero viginti ponderant muas, ſeu minas decem: habitus autem, flagellum, precatorij globuli, columna, & Sandalia ponderant muas triginta octo, & ſemiuncias octo: Lampas autem muas viginti quatuor. §.29. *Relatio I. Periti Aurificis judicantis vnũ Votum exaratum eſſe ab annis 50.; alia antiquiora Vota argentea fuerunt per Peritum adhibita pro habitu Beati.*

Qua

Qua reſponſione facta, & concluſa per primum Aurificem recognitione, dictus Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus ſimiliter interrogauit alterum Peritum, videlicet Honoratum Andream Vvchztegriski, qui ſecundum interrogationes ſic *recognouit*.

§.30. *Relatio II. Periti idem iudicium ferentis de antiquitate d. Voti. Cætera Vota, Lampas, & veſtis Beati ſunt recentiora.*

Ex omnibus his Votis vnum ſolummodò eſt, quod poteſt eſſe factum ab annis circiter quadraginta, & hoc inde deuenio, quod eo modo ſit factum, quem nunc non habemus in vſu; alia autem Vota facta ſunt vſu moderno: De Habitu, & Lampade, idem dico, quod ſint factura moderni temporis, & inde deuenio, quia & ego ab annis jam octodecim eodem vſu ſolitus ſum facere Habitus, & lampades ad varias Eccleſias; quod autem attinet pondus concordo cum meo Collega, quod non plus, neque minus ponderent omnia Vota, quàm muas decem: Habitus autem, flagellum, globuli precatorij, Sandalia, muas triginta octo, & ſemiuncias octo: Lampas pariter muas viginti quatuor.

Deinde ſucceſſiuè Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus condeſcendit ad recognitionem Altaris, interrogando ſcilicet Honoratum Michaelem Rocter Arcularium, quid nam ſentiret de antiquitate Altaris Beati Ladiſlai, & alias juxta Interrogationes Polonicas dicti Perilluſtris, & Reuerendiſſimi Domini Iudicis Delegati, hæc ſequentia Polonico idiomate *recognouit*.

§.31. *Relatio I. Periti Arcularij judicantis d. Altare factum eſſe ab annis 60., vel plus.*

Altare Beati Ladiſlai ſuppono, quod ſit factum ab annis ſexaginta, vel plus, & quidem hac ratione, quod his temporibus neque Arcarij, neque ſculptores hoc modo, & vſu faciunt, ſed alio comptiori, & ſubtiliori, quod habeo ex experientia mea, quia etiam laborabam circa Altaria, vbi didici dignoſcere antiquam à moderna factura.

§.32. *Eiuſdem antiquitatis eſt Theca, in qua repoſitæ ſunt Reliquiæ Beati.*

Loculus autem, vbi ſunt Reliquiæ Beati Ladiſlai, eſt factus ante annos circiter ſexaginta, & inde hoc deuenio, quod quamuis in eo ſit lignum alneum, quod eſt durabile, tamen propter antiquitatem incipit aliquantum deſtrui.

Secundus videlicet Honoratus Kober Arcularius ad Interrogationem ſimiliter per Perilluſtrem Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum Apoſtolicum factam, ſequentia *recognouit*.

§.33. *Relatio II. Periti Arcularij judicantis d. Altare eſſe ab annis 66. circiter.*

Hoc Altare Beati Ladiſlai, vt conſidero, poteſt eſſe factum ab annis ſexaginta ſex circiter, quod deuenio ex experientia in arte mea arcaria, vti & inde quod jam ab annis ſexaginta non habetur in vſu ſimilis proportio, quod concluđo ex proiecturis, factura arcariæ artis, cuius ſum Peritus, tamquam à tot annis Magiſter huius Artis, quia hæc eſt mea Profeſſio; & inde etiam cognoſco, quia videbam antiquam manifacturam in alijs Altaribus huic ſimilem, & eam conſiderabam; inſuper faciebam Altaria ſecundum vſum modernum, & ideò ſcio, quis modus fuit faciendi antiquis, & quis modernis temporibus;

§.34. *Theca Reliquiarum eſt ab annis 58. vel plus.*

Loculus autem, vt conſidero, poteſt eſſe factus ab annis quinquaginta octo, vel plus, quod deuenio maximè ex ligno, ſiquidem tale lignum, vt eſt Alneum, ſat eſt durabile, attamen incipit deſtrui ab antiquitate.

§.35. *Sequitur recognitio Cappellæ Beati.*

Et incontinenti idem, qui ſupra Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus condeſcendit ad recognitionem per me Notarium Actuarium, prout & ſupra connotantur Cappellæ ex latere cocto in honorem Beati Ladiſlai de Gielniovv exſtructæ

ſtructæ, & quidem juxta ſuas Interrogationes Polonico idiomate factas Famatum Simonem de Debinski Murarium examinauit, qui ſequentia *recognouit*.

De hac Cappella hoc dico, quod ſteterit jam ab annis centum viginti; hoc autem inde deuenio, quod probauerim murum inſtrumento ferreo artis noſtræ Murariorum ſecundum profeſſionem, & practicam noſtram; in quo muro non ſolùm calx jam petroſa, dura, & inutilis eſt, vt fieri ſolet ob antiquitatem, ſed etiam lateres meliùs cocti, & duriores ijs, qui his temporibus fiunt, quod ego non ſemel practicaui, & deueni diruendo muros antiquos huic ſimiles, & depromendo antiqua fundamenta pluſquam ante centum annos condita, vbi aduertebam duritiam calcis, & laterum, qui ſunt ſimiles his, qui in muro huius Cappellæ inuenientur, vti etiam deuenio ex eius proiecturis, & proportione, quod ſit extructa vſu antiquo. §.36. *Relatio I. Periti judicantis d. Cappellam eſſe ab annis 120.*

Secundus verò Famatus Adalbertus Gribovvski eiuſdem artis Magiſter, pariter juxta Interrogationes Per Illuſtris Reuerendiſſimi Domini Iudicis Delegati Apoſtolici, Polonico idiomate, vt alij omnes artis Periti, *recognouit* hæc ſequentia.

Perſpiciendo benè hanc Cappellam interius, & exteriùs conſidero, & percipio, quod ſi extructa ſecundum proportionem, & vſum antiquum, vti etiam ex lateribus, & calce deuenio, quod ſint duriores, & durabiliores ijs, qui his temporibus confici ſolent; hoc dico, ſiquidem habeo experientia n artis huius, quam ex vi profeſſionis meæ acquiſiui, vti etiam varias antiquas ſtructuras ex muro confectas diruendo obſeruabam, tam in lateribus, quàm calce antiquitatem facturæ, & ſic didici diſtinguere antiquos muros à recentioribus. §.37. *Relatio II. Periti Murarii judicantis d. Cappellam extructam eſſe ſecundum vſum antiquum.*

Quibus quidem omnibus, & ſingulis hoc, vt præmiſſum eſt, modo, & ordine in Eccleſia Tituli Sanctæ Annæ Religioſorum Patrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Conuentus Varſauienſis ſupra peractis, reuiſis, deſcriptis, fideliterque per me Notarium Actuarium connotatis, altememoratus Perilluſtris Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, vna cum Generoſo Ioanne Czvvordovviez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretario, & Tribunalis Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ Aduocato, Subpromotore Fidei, & Teſtibus ſeſe ſubſcripſerunt.

Antonius Grzegorzevvski Archidiaconus, & Officialis Generalis Varſauienſis Iudex Delegatus Apoſtolicus manu propria.

Ioannes Czvvordovviez Sacræ Regiæ Maieſtatis Secretarius Notarius Apoſtolicus ad Cauſam præſentem Subpromotor deputatus manu propria.

Chriſtophorus Kraker Sacræ Theologiæ, & vtriuſque Iuris Doctor Canonicus Varſauienſis, Teſtis rogatus, vocatus, & adhibitus, manu propria.

Florianus Lampecki Canonicus Gratialis, ac Viceceſtos Inſignis Collegiatæ Varſauienſis ad actum præſentem Teſtis rogatus, vocatus, & adhibitus manu propria.

CAPVT III.

Num. 24.
Particulæ Hiſtoricorum, qui in eorum operibus tàm manuſcriptis, quàm impreſſis à tempore vſque obitus Serui Dei, illum ſemper cum titulo *Sancti*, vel *Beati* denominarunt.

Probatio eiuſdem antiquiſſimi Cultus, quæ depromitur ex grauiſſimis Hiſtoricis, tàm antiquis, quàm modernis, qui dictum Dei Seruum cum titulo Sancti, *vel* Beati *ſemper condecorarunt in eorum Hiſtorijs, in Proceſſu formiter compulſatis.*

Ex compendio Vitæ Beati, Authore Andrea Critio Cancellario Reginali, & poſteà Archiepiſcopo Gneſnenſi, Authore coætaneo = ex Summario præcedentis Cauſæ Poſitionis ſuper Signatura Commiſſionis reaſſumptionis Cauſæ pag. 62. & ſequenti, ibi = Proc. fol. 167. *ad* 168. = Produxit poſteà Hiſtoriam Vitæ eius, ab Andrea Critio Cancellario Reginali, & poſteà Epiſcopo Præmislienſi, ac demum Archiepiſcopo Gneſnenſi in Tabula pergameno ſuper indua lignea, veteri charactere eleganti facto, antiquo, quibuſdam literis varijs coloribus depictis deſcriptam compendioſè, tituli, & tenoris talis.

Pro *Beato* Patre Ladislao, Fratre de Obſeruantia Sancti Franciſci in Varſauia.

§. 1.
Enarrantur heroicæ virtutes Viri Dei cum titulo Beati.

Frater Ladislaus de Gielniouu Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia, mira Sanctimonia vitæ præditus, doctrina, & vitæ moribus clarus, puritate, & innocentia adhuc à pueritia integer, jeuniis, vigiliis, & prædicationibus ſupra quàm dici poteſt, inuictus in obſeruantia Religionis, & Cultu Dei, maximè Virginis Deiparæ ſedulus, in cujus laudem Ryhthmos, & Cantilenas complures edidit, in colloquio benignus, & mitis, in reprehenſione rigidus, in Præfecturis Ordinis diligens, & cunctis exemplo fuit. In Sacro Preparationis die ad Populum Concionem concionans, cùm ad flagellationem ejus venturus erat, viſus ab omnibus publicè, vltra ſugeſtum, nullo adminiculo humano, eleuari, denique ſenſim deficere, & velut animo raptus vlteriùs loqui non potuiſſe, vnde mox languore correptus, ac menſe vno lectulo decumbens cum ſumma deuotione, & alacritate in mærentium Fratrum manibus deſiderium ſuum omnibus reliquit, & glorioſiſſimè mortuus, hic in loco conditus eſt anno ſalutis milleſimo quingenteſimo quinto. Cujus merita, & ſanctitatem Deus Optimus Maxi-

§. 2.
Mirabilis raptus in die Paraſceues, ac ſucceſſiua eius pretioſa mors.

mus manifeſtis, & admirabilibus indiciis declarare, & illuſtrare mox cæpit, nam Puella graui morbo laborans, & ceruical ejus ſanguine ex naribus tinctum lauans, ſubitò conualuit: de hinc Puer quidam Nobilis ab Equo ictus, & confeſtim mortuus, flebili inuocatione, & voto Parentum ad *Beatum* Ladislaum rogantibus omnibus reuixit: Alter item Puer non minùs inſignis, morte correptus, jamque penitus extinctus vitæ reſtitutus eſt: deinde Puella in flumen delapſa, & vix poſt quatuor horas exanimis inuenta, voto ad Tumulum hunc allata, vitam recepit, & alia infinita innumerabilia beneficia præſtantur his, qui auxilium *Beati* Patris iſtius fideli animo implorant. Hæc tibi Lector ſtrictim ne fis inſcius annotata, clarius ipſe turè cognoſcens, cùm illum precibus, & meritis aliquibus proſequi, & obſeruare volueris. = Andreas Critius Reginalis Majeſtatis Cancellarius.

§. 3. Referuntur nonnulla miracula Beati Viri cum titulo Beati.

§. 4. Reiteratè Seruus Dei appellatur cum nomenclatura Beati, *ad cujus intereeſſionem innumera miracula patrantur.*

Ex antiquiſſimo libro manuſcripto, cui Titulus = Incipit breue Memoriale &c. *Authore Patre Ioanne de Komorgnuo Ordinis Minorum de Obſeruantia, pariter coæuo, Proc. fol. 589. t. ad 596. f. ibi*= Item idem Religioſus admodum Reuerendus Procurator Cauſæ coram dicto Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus infraſcriptis exhibuit librum ex Archiuio Prouinciæ hùc comportatum, & in Bibliotheca hujus Conuentus Varſauienſis aſſeruatum Gothico charactere à Religioſo admodum Reuerendo Ioanne de Komorouuo ejuſdem Ordinis, & Prouinciæ Poloniæ primo Chronologo conſcriptum, cujus titulus eſt talis = *Incipit breue Memoriale &c.* Primus verſus ejuſdem libri incipit ita = *Memoriale tuum &c.* vltimus verò in anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto ita deſinit = *Cum ſumma concordia Fratrum, & letitia*; in quo libro deſcribens is Chronologus initia Ordinis Seraphici adhuc ſub ipſo Sancto Franciſco, quo primo Miniſtro Generali ejuſdem Ordinis omnia ſucceſſiuè, quæ de anno in annum ſub ſuis reſpectiuè Miniſtris Generalibus agebantur vſque ad Reuerendiſſimum Vincentium Lunellum Generalem in anno ſuperiùs inſinuato, videlicet milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto; pagina centeſima decima, hæc de Beato Ladislao [quem paſſim, & ſparſim in eodem libro *Beatum* nominat] ſequentia teſtatur.

Ex eodem anno (videlicet milleſimo quingenteſimo quinto) Reuerendus, ac *Beatus* Pater Ladislaus de Gielniouu Prædicator feruentiſſimus in officio Guardianatus exiſtens, ac raptus in Deum extaticos ſæpenumero expertus, plenus dierum, omnibus Sacramentis munitus, quarto nonas Maij vitam præſentem in æternam commutauit, Varſauiæ in loco Fratrum ſepultus claret innumeris miraculis; vnde idem Pater manu propria Rhythmos tales de ſe compoſuerat.

§. 5. Enarrantur circumſtantiæ pretioſæ mortis Serui Dei, & denominatur Beatus.

= *Anno Chriſti milleno quadrinſex in ſecundo*
= *Ad Vincla* S. *Petri accepi vincula Clauſtri,*
= *Me Petrus genuit in Gielniouu, Petrus at almus*
= *Clauſtro me clauſit, vinculaque mea tulit,*
= *Grates reddo Deo cantando cum Cithariſta*
= *Dirupiſti mea vincula alme Deus,*
= *Gratia ſit miſero, vt perſoluam vota mea,*
= *Vt benè perficiam, gratia ſit miſero.*

Et multos alios Rhythmos ediderat de Sanctis per totum annum, qui communiter traduntur Pueris in Scholis, & multas alias devotiones, Rhythmos, Pſalteria, Coronas Virginis, Cantilenas deinde in vulgari diverſas = *Ieſum Iudas vendidit &c.* edidit, quæ communiter cantantur in Eccleſiis noſtris poſt Sermones, e per multos annos ſuæ Prædicationis vtebatur themate tàm de tempore, quàm de Sanctis = *Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum*; & ſecundum etymologiam præfati tituli prædicationes ſuas cum deuotione, & Populi ædificatione perficiebat, cantumque *Ieſus Nazarenus* contra Paganos ipſe confecit; initium poſt ſacram mortem ejuſdem Portentorum ſuorum diverſorum circa Mauſuleum *Beati* Patris meritis patratorum; quædam Nobilis, & Palatinides Margareta de Tertio Ordine S. Franciſci duo ceruicalia ob infirmitatis ſæuitiam *Beati* Patris accomodaverat, quibus in infirmitate ſua vſus decubans cruore è naſo cruentata, Spiritum Deo in eiſdem jacens deuotiſſimè reddidit: Patre itaque defuncto, illi Sorori præfata ceruicalia reddita ſunt; illa honori ea habens cum aliis veſtibus prohibuit lauari; alia autem Soror Catharina nomine, quæ etiam Fratribus per multos annos fidelifſimè ſeruiuit, vti Procuratrix authoritate Apoſtolica inſtituta dicta Suiderska tunc valdè infirma libenter illa lauit, & illicò ab infirmitate liberata eſt. Soror præfata Marghareta Palatinides maximis, & importabilibus affiiciebatur tentationibus *voto cum quinque candelis* viſitare ejus Sepulchrum deuotè facto, & expleto, liberata eſt ab eis, & hoc cum flebili flamine præfata Soror referebat multoties grata exiſtens. Soror etiam præfata Marghareta eodem die, quo mortuus eſt Pater *Beatus* orare pro anima ejus, *Pater noſter*, multis vicibus attentans, nec tamen finire potuit, illa tantùm in corde cogitans dixit = fortè Pater mi Peccatricis non indiges orationibus? ſed ego peccatrix tuæ Sanctitati me recommendo, ſtatim tantam dulcedinem meditationis Sacræ Dominicæ Paſſionis ſenſit, illa verba, quæ ſæpè prædicauit meditando = *Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum* = quod nullam talem ante habuerat conſolationem, nec poſt. Vt cum vltimatè ante mortem prædicaſſet in Eccleſia Paſſionem Dominicam, viſus eſt raptus, & eleuatus ſupra Ambonam à multis, & Dominus *Kryſtek* Procurator Loci, homo Senex, grauis moribus, & verax aſſerebat eum raptum vidiſſe. Nobilis quidam, a Varſouia vnum milliare diſtans, *Beato* Patri erat affectus deuotione adhuc viuenti, itaut indubiè teneret, ipſum carum Deo, carum Cunctipotenti; hic vir infirmatus æſtimans *Beatum* Patrem jam mortuum, ſe iturum vouit, ſi ſuperuixerit, ad ſuum Sepulchrum, illicò ſurrexit ſanus, venienſque ad Fratres, ſciſcitatur vbi ſit ſepultus *Beatus* Ladiſlaus, reſponderunt Fratres, quod in Infirmaria adhuc viuus manet; ille tandem faſſus eſt, quia ego ejus meritis hodiè infirmitatem, & mortem, gratia Dei euaſi. Dux Anna, quæ jacet tumulata Varſauiæ in Choro Eccleſiæ noſtræ, dum adhuc viueret, ſæpè referebat, quia in omnibus negotiis quamtumcumque grauibus, & perplexis, dum eiuſdem Patris conſilium accepi, & me Orationi, & Ducatum commendaui, in omnibus cauſis meis Deus Omnipotens eſt conſolatus, & in finem bonum optata deduxi. Nobilis Matthias Pietrouuski à Cersko anno

§. 6. *Complures deuotiones, orationes, ac pios cantilenas compoſuit Beatus pro Dei gloria, & Proximi ſalute.*

§. 7. *Complura miracula recenſentur à Seruo Dei patrata, & appellatur* Beatus.

§. 8. *Poſt mortem Beati candelæ appenſæ ad ejus Sepulchrum.*

§. 9. *Extaſis Beati ante mortem.*

anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto feria tertia Pentecoſtes, me, qui hæc ſcripſi, coram poſito pro re certa, & indubitabili cum obortis faſſus eſt lacrymis, quia Stanislaus ejus Filius trieonis, graui infirmitate detentus in brachiis Patris Spiritum Deo dedit, idemque Pater oculos, & os ſibi clauſit, de Filij tandem morte dolens cum Vxore ſua clamoroſis vocibus ad Sanctos diuerſos vota emittebant, nec tamen exauditi ſunt, tandem Vxor præfati Viri dixit: Domine magna Sanctitatis *Beati* Ladislai fama aures noſtras percutit, mox ambo votum emiſerant, dicentes: *Si hic Puer reuixerit meritis Beati Patris, Sepulchrum ejus vnà cum offertorio viſitare promittimus*:

§. 10. Oblatio facta ad Sepulchrum Beati, ad cujus interceſſionem præmortuus reuixerat.

Illicò cor Pueri trepidare cœpit, & tandem oſcitare, & extendi, & finaliter cum Patre loqui orſus eſt, hinc jam ſanus factus. Eiusdem nobilis Filia ferè eadem infirmitate cępit infirmari grauiſſimè, & pro eiusdem ſanitate ad Beati Patris Sepulchrum voto facto, ejusdem meritis ſana ſurrexit, qui voto ſatisfacientes ſuo *Beati* Patris Sepulchrum adierant, gratias Deo referentes de beneficiis eis exhibitis.

§. 11. Votum oblatum ad Sepulchrum Beati.

Quidam Ciuis Varſauiæ, cujus Filia magna infirmitate detinebatur, Pater videns Filiæ mortem imminere, non potuit pęnæ eiusdem, & agoni adeſſe, ad Eccleſiam Sancti Ioannis Varſauiæ in tędio, & dolore cordis iuit, Deo illam recommendare, Vxori ſuæ committens, vt illam ad *Beati* Patris Mauſoleum voueret deferendam, facto voto, Filia ſana ſurrexit, ac eſurire, ac ſi nunquam aliquid moleſti pateretur, cæpit. Quędam honeſta Perſona in Suburbio Varſauienſi ad Eccleſiam Fratrum pro ſermone audiendo iuit, Filiam domi quinquennem relinquendo, quæ, vt aſſolent Pueri, colluſit cato, & ille in hortum ſaliens à Puella fugatur, perueniens ad aquam viuarij perfoſſatam ſaliit, illa volens eum ſequi in aquam cecidit, & manſit ſub aqua ſubmerſa circiter quatuor horas, Mater reueniens domum, Puellam ſciſcitatur, quæritque, in aqua tandem ſuffocatam inuenit, quam extrahens de aqua, voce flebili Patris *Beati* reſuſcitandam meritis ſupplex optat, & paulò poſt Filia animam, & vires priſtinas meritis *Beati* Patris accepit, & illa præfata Matrona, Fratribus Puellam videntibus, retulit.

§. 12. Reſuſcitatio Puellæ in aquis ſubmerſæ.

Eodem anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto ipſo die Pentecoſtes veniens Generoſus Dominus Ioannes Pſarski Notarius Terræ Szochaczouienz recognouit, quia Sabbatho magno Stanislaus Filius ſuus quinquennis, per equum magnum ſubferratum ictu pedis interfectus eſt, quem cum fletu *Beato* Patri Ladislao vouens, Sepulchrum ejus viſitare, ſi ſanum Filium ejus meritis haberet, illicò Puer habet Caput ictu equi conquaſſatum, ſanus reuixit, & tandem ſatisfaciens voto ſuo, venit cum Vxore, ac Filio *Ceram* pro Inſigniis bajulantes.

§. 13. Alia ſimilis reſuſcitatio Pueri ictu Equi interfecti, & oblatio ceræ ad Sepulchrum Beati.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo Varſauiæ in modum ſæuiebat peſtilentia, Guardiano tunc exiſtente Patre Innocentio de Koſten, coemptæ erant aliquæ areæ circum Eccleſiam, & aliquæ propter Deum datæ, & pacificatus eſt locus, prout modò ſtat circumſeptus, ita quod erat & fames magna in Ciuitate, quia prohibitum erat ſub pænis, ne aliquis propter infectionem peſtilentiæ aliquid conduceret pro foco; quędam mulier pauper, quæ hæc mihi retulit, qui hæc ſcripſi, quia fame fatigata iuit cum duobus Pueris ſuis ad Syluam de-

prope,

prope, vt glandine famem extingueret ſuam; euntibus circa viſtulæ ripam, viderunt ex oppoſito Eccleſiæ noſtræ Arcum cæleſtem, ſuper quem ſedebat quaſi Iudex Angelorum Majeſtate circumdatus, deinde viderunt in aere quaſi quemdam Fratrem Minorem ex oppoſito Iudicis à parte Ciuitatis flectentem, & orantem, labia enim videbant moueri ejus, ſed nil audiebant; ex alia autem parte viſtulæ circa Pragam viderunt teterrimum Draconem flammam ex ore Ciuitatem verſus emittentem; cum ſic ſtarent ſtupentes, ac timentes, ſuperuenit quidam Vir ad eos Senex artis ſutoriæ, qui etiam eadem de cauſa Syluam verſus iter faciebat, retinuit eum verbis Mulier præfata: vides, ait, hæc, quæ aguntur ſuper viſtulam ex oppoſito clauſtri Patrum Bernardinorum, reſpondit, nihil video: oremus, inquit Mulier, omnes, *Pater noſter*, flectentes, vt tibi Deus oſtendat, ſicut ego video cum Pueris meis; ſtatim aperti ſunt ei oculi, vt videret omnia, vti & ipſa; randem ille Draco crepuit medius, & vox audita eſt per aera: *Is qui orat Iudicem, eſt magnus Dominus coram Deo Omnipotente, Varſauia ſis grata* = & poſteà Viſio diſparuit, & ab illo tempore ceſſauit morbus ſæuire Epidemiæ in Varſauia. Multa alia prodigia fecit hic *Beatus* Pater, & quaſi innumerabilia, quæ Fratres diuerſi conſcripſerunt, ſed hæc pro præſenti ſufficiant in laudem Dei Omnipotentis, & *Beati* Ladislai; Quod autem hic Scriptor, ſeu Cronologus fuerit coætaneus Beati Ladislai, ex eodem libro non obſcurè deducitur, nam pagina centeſima vigeſima ſecunda in facie tranſuerſa hæc de ſe ſcribit.

§. 14. *Innumerabilia alia miracula ad Beati intercesſionem operatus eſt Altiſſimus.*

Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo Pater Lucas Capitulum Prouinciale celebrat Poſnaniæ, vbi & reelegitur, & omnes Commiſſarii Iubilei erant conuocati, & per vim eorum ex mandato Patris Vicarij per Fratrem Ioannem de Komorouuo facta eſt declâratio Bullæ Iubilei.

§. 15. *Plures rationes adducuntur ad oſtendendum præfatum Hiſtoricum fuiſſe coæuum Beati.*

Item pagina centeſima vigeſima ſeptima, pariter iſta ſcribit ſub anno milleſimo quingenteſimo decimo tertio, quo anno celebratum eſt Capitulum in Lublin.

Et ante ſecundo anno locus Varſauienſis per Patrem Antonium de Biecz, tunc ibi primiziatum Guardianum cæpit ædificari in muro impenſis Domini Balcer Ciuis Varſauienſis &c., & Frater Ioannes de Komorouuo poſt eum Guardianus exiſtens ex præfato Capitulo Lublinenſi ædificauit Domum ab Eccleſia vſque ad Canapam. Tandem ſuccedens el Scriptor diuerſo jam charactere ſub anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto facta mentione de morte cujusdam Patris Pauli de Wegrouice, iſta ad marginem ex vtraque parte paginæ centeſimæ ſexageſimæ adjecit.

Octauo dje eumdem ſecutus eſt Reuerendus Pater Ioannes de Komorouuo, qui pro Religione, & Prouincia Domi, & foris, præſertim in Capitulis generalibus Romæ, Aſſiſij, & Lugduni præclara fecit monumenta, interfuit diuiſioni Obſeruantium à Conuentualibus ſub Leone Decimo Commiſſarium Prouinciæ agens; interfuit in Capitulo Lugduni Orator munitus Sacræ Regiæ Majeſtatis Litteris Sigiſmundi Primi Regis Poloniæ, & Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Regni, quatenus Loca, & Conuentus Pruſſiæ in dominio Regis Poloniæ Fratres Poloni inhabitarent ſub

ele-

electione Reuerendiſſimi Patris Franciſci Lioheti Miniſtri Generalis: idem dignìſſimus Pater Vitas Beatorum Patrum noſtrorum Simonis Lipnicenſis, & Ioannis Duklani, & Chronicon hocce conſcripſit Commiſſarius pro erectione Prouinciæ Lithuaniæ à Clemente Octauo deſignatus eſt, inſtante Sereniſſimo Sigiſmundo Primo Rege Poloniæ. Exordium naſcentis Obſeruantiæ per Beatum Patrem Ioannem à Capiſtrano introductę eleganter deſcripſit, meritò dicendus primus Hiſtoriographus Obſeruantiæ noſtræ &c.

In Catalogo autem Mortuorum infra compulſando in anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, de eodem Patre iſta adnotantur = Item ibidem, nempe Cracouiæ, Venerabilis Pater Ioannes Komorovvski, qui fuit bis Miniſter Prouinciæ, optimus Declarator Regulæ Sanctæ, memoratiuus, Bonis affabilis, Dyſcolis rigidus, ſemper Cuſtos, aut Guardianus.

Depoſitio primi Periti Scriptoris ſuper antiquitate dicti Libri; Proc. fol. 554. ter. ad 555. ibi &c. = Secundo, deinde idem Religioſus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski &c. monſtrauit Summarium in Cauſa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Serui Dei Simonis de Lipnica Sacerdotis Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, ex cuius Summarij inſpectione ſimiliter interrogatus vt ſupra per Per-Illuſtrem, & Reuerendiſſimum Dominum Iudicem Delegatum Apoſtolicum, qui ita *reſpondit*.

Viſo hoc Summario dicti Beati Simonis de Lipnica Typis Romæ anno milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo quinto impreſſo, in quo inter alia continentur ſequentia = Quoad tertium Librum antiquiſſimum manuſcriptum Reuerendi olim in Chriſto Patris Ioannis de Komorovvo Ordinis Minorum de Obſeruantia, cuius Titulus eſt talis = *Incipit Breue Memoriale Ordinis Minorum maximè Rectorum ipſius Ordinis &c.* Itaque exhibitum Librum in quarto vetuſtiſſimo charactere ſcriptum, qui inchoatur verbis ſequentibus = *Incipit breue Memoriale Ordinis Minorum maximè Rectorum &c.*, & terminatur in verbis = *Cum ſumma concordia Fratrum, & lætitia*; obſeruauique eumdem librum fuiſſe finitum de anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, vnde ex præmiſſis eumdem librum in quarto, quamquam ſine ſpecificatione Authoris arguo conſcriptum eſſe à Reuerendo Patre Komorovvio, quem indicat ipſum Summarium Romanum, de quo ſupra; & Characterem à ducentis, & viginti circiter annis iudico, & conformem anno immediatè inſinuato, cum in loco continuam praxim habeam.

§. 16. *Primus Peritus Scriptor recognoſcens antiquitatem dicti manuſcripti, retulit, conſcriptum illum fuiſſe à ducentis viginti circiter annis, & finitum anno 1535. prout in eodem adnotatum habetur.*

§. 17. *Auctor præfati manuſcripti eſt P. Ioannes Komorovuius.*

Depoſitio alterius Periti Scriptoris ſupra eiuſdem Libri antiquitate; Proc. fol. 568. ter. ad 569. ter. ibi = Et deindè idem Religioſus Admodum Reuerendus Matthæus Roznerki Procurator Cauſæ produxit librum antiquiſſimum manuſcriptum cum tali intitulatione = *Incipit breue Memoriale &c.*, qui incipit à verbis ſequentibus = *Memoriale tuum &c.*, & in hæc deſinit = *cum ſumma concordia Fratrum, & lætitia &c.*, ſuper quo, & eius antiquitate Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus interrogauit dictum Generoſum Petrum Iaſtrzemski Scriptorem Peritum, qui ita *reſpondit*.

Li-

Librum hunc, qui mihi ad præſens exhibetur compactus per totum ſcriptus, & antiquitate attritus, cui Titulus = *Incipit breue Memoriale Ordinis Fratrum Minorum, maximè Rectorum ipſius Ordinis &c.* . Initium autem memorati Libri poſt intitulationem præmiſſam eſt de tenore tali = *Memoriale tuum &c.* =, finis dicti Libri in anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, deſinens eſt in his verbis = *Cum ſumma concordia Fratrum, & lætitia*, cenſeo à Religioſo Patre Ioanne de Komorovvo, Religioſo Ordinis Patrum Obſeruantium conſcriptum eſſe, cum reuoluendo eumdem Librum in charta centeſima ſexageſima ad marginem video annotationem, quod Chronicon in eodem libro contentum conſcripſerit Religioſus Pater Ioannes de Komorovvo Religioſus dicti Ordinis; antiquitatem huius Libri cenſeo, & iudico nedum ex attritione, & conſumptione nonnullorum foliorum, ſeù Chartarum in ipſo contentarum, vti apparet, verùm etiam ex ipſa facie characteris Gottici in eodem libro expreſſi, ac adnotatione anni milleſimi quingenteſimi trigeſimi quinti eodemmet charactere Gottico facta, quod dictus Liber à ducentis viginti circiter annis conſcriptus ſit, cum contingit mihi ſępiſſimè varias Scripturas, tum Priuilegia Regum originalia in papyro, ac pergameno de illo tempore ſimili charactere Gottico, ac varios libros in Archiuio Metrices huius Regni exiſtentes conſcripta, & conſcriptos videre, legere, & ex illis extractus facere, & indè etiam facilitatem legendi characterem hunc acquiſiui.

§. 18. *Alter Peritus Scriptor iudicat Authorem d. manuſcripti eſſe P. Komorrouuium, prout adnotatur in margine præfati manuſcripti.*

§. 19. *Quod conſcriptum fuit ab annis 220. circiter.*

Ex altero antiquiſſimo libro, cui Titulus = Catalogus Fratrum mortuorum Ordinis Minorum &c. = *conſcripto à Patre Franciſco à Leopoli, dicto* Corvus, *anno* 1531., *Proc. fol.* 599., *& ter. ibi* = Denique ſupra inſinuatus Religioſus Admodum Reuerendus &c. Procurator Cauſæ protulit coram Per-Illuſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Sub-Promotore, & Teſtibus, Librum quemdam antiquum ſub titulo = Incipit Catalogus Fratrum mortuorum Ordinis Minorum de Obſeruantia Beati Franciſci in Prouincia Polona &c. conſcriptus &c. anno milleſimo ſexcenteſimo quarto, vbi ſubſequenter ponitur talis Titulus = *Sequitur Catalogus Fratrum mortuorum Ordinis Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci in Prouincia Polona conſcriptus per Patrem Franciſcum à Leopoli dictum Corvus ab anno Domini milleſimo quingentiſſimo trigeſimo primo, ad annum Domini milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimam tertiam*; & ſub eodem Titulo de anno immediatè ſpecificato videlicet, *milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo*, inter alios hoc eodem anno mortuos numeratur Poſnaniæ.

§. 20. *Recenſetur obitus Fr. Floriani de anno 1531., & hac occaſione fit mentio de Seruo Dei eum titulo* Beati.

Frater Florianus de Buk quæſtuarius vitæ ſanctæ, Columbinæ ſimplicitatis, amator Religionis, hunc induit habitu *Beatus Ladiſlaus*, qui Varſauiæ tumulatus eſt, deditque ſibi habitum, quem ſeruauit vſque ad mortem; Bonus Frater erat.

Ex altero compendio Vitæ Beati exarato à quodam Religioſo Sene, extracto ex antiquiſſimo Libro, pergameno vetuſto conſcripto = Ex Summario præcedentis Cauſæ Poſitionis ſuper Signatura Commiſſionis, *pag.* 57. *ad* 59. *ibi* = Proc. fol. 158. ad 166. ter.; Produxit prætereà idem Reuerendus Pater Frater Georgius Godziszeuius Cuſtos Conuentus Varſauienſis, inſtante Reuerendo Patre

Vin-

Vincentio Moravvski Procuratore Generali Canonizationis Serui Dei Beati Patris Fratris Ladiſlai Gielnouij, coram eiſdem Admodum Reuerendis Dominis Iudicibus Apoſtolicis Subdelegatis Remiſſorialibus, & Compulſorialibus, quartum quemdam Librum ſimpliciter compilatum, pergameno vetuſto conſcripto confectum, à quodam Sene Fratre eiuſdem Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia conſcriptum; in quo primo loco poſuit officia Patronorum Regni Sueciæ. Secundo loco deſcriptionem Regum Poloniæ. Tertio Catalogum omnium Patronorum Regni Poloniæ, tam Canonizatorum, quàm Beatorum nondum Canonizatorum. Quarto Catalogum Beatorum Martyrum, & Confeſſorum ſolius Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia Prouinciæ Poloniæ ab initio ſuæ erectionis, vbi & fundationem Conuentus, & Vitas horum Beatorum deſcribit cum Miraculis, quibus clarueruntt. In eodem itaque Libro huius Serui Dei, de quo ſupra inter Patronos Regni, talem mentionem facit = *Beatus* Ladiſlaus, qui Varſauiæ Ordinis Minorum de Obſeruantia &c. Poſtea in Regeſtro Beatorum ſolius ſui Ordinis, ſic de eo ſcribit = *Beatus* Ladiſlaus de Oppido Gielniouu Miraculis inſignis Varſauiæ, qui obijt anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, Maij quarta die; demum breuem hiſtoriam Vitæ ipſius exarando, ſic de eo ſcribit.

§.21. *Seruus Dei appellatur* Beatus *ab Hiſtorico, & inter Patronos Regni connumeratur.*

De *Sancto* Patre Ladiſlao Ordinis Fratrum Minorum Vita, qui obijt anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, die quarta Maij.

§.22. *Condecoratur etiam* Sancti *titulo.*

Inter eos omnes, quorum glorioſis Locus Varſauienſis gaudet Reliquijs, Vitæ Sanctitate, doctrina, & Miraculis inſignes, ac admirabiles Ordinis noſtri Patres, maximè omnium admirabilis, & inſignis, famæque conſtantia apud omnes omnium ætatum, & conditionum homines, Celeberrimus Pater *Beatus* Ladiſlaus iudicandus eſt, vtpote cuius ſumma laudis encomia magnifica Sanctitatis, ac rerum à ſe præclare geſtarum, necnon ſplendeſcentium Miraculorum monumenta in ore omnium verſantur. Hic de Oppido Gielniovu de diſtrictu Opocinenſi oriundus, vt primum cùm Inſtituti Diui Franciſci Fratribus de Obſeruantia manum iunxiſſet, facilè illi in hac via Domini egregia Virtutum, atque Ornamentorum Religioſæ Vitæ, gloria omnibus antecellere contigit. Ac ad tantum deinceps cultum conſcendit, vt perfectiſſimorum quorumcumque Sanctiſſimus, & Sanctiſſimorum perfectiſſimus omnium euaderet. Fieri enim nequaquam potuit, quin Pater ille Cæleſtis, qui flammam accendi conſpicit, eoſdem quoque pro ſua immenſa bonitate, ac benignitate potioribus gratiæ ſuæ opibus cumulet, ineffabilibus gaudijs, & conſolationibus lætificet, iucundiſſimas mentes eorum luce clariùs perfundat, ac ſumma denique gloria tam in vita, quàm in morte ſplendidiùs ornet. Nec minus illud, imò multò præſtantius, clarius, & potioris Dei in dilectos ſuos gratiæ argumentum exiſtimandum eſt, quando non ſolùm animum, mentemque hac in mortali vita degentium tantis donis, & honoribus extulit, ſed ipſum etiam craſſum, & ponderoſum Corpus per delicatiſſimos illos, ac extaticos in Deum raptus ſuæ quodammodò Diuinitatis, & Gloriæ participes facit. Quod quidem in hoc Viro Dei decus, dum manifeſtius, & eui-

§.23. *Teſtatur Hiſtoricus celeberrimum Famam Sanctitatis, & mira culorum Serui Dei, & appellat* Beatum.

§.24. *Heroicæ virtutes, & Sanctitas Beati.*

§.25. *Qui extaſum, & raptuum dono fuit inſignitus.*

& euidentius elucescit profectò vel hanc potiſſimùm ob cauſam, ſumma commendatione, laudeque adeò dignus cenſetur, vt ſi aliæ rationes deſint, cum tamen multæ ſint, hoc vnum ſufficeret; nemini namque dubium eſſe debet, quantopere ſe totum ille Diuino obſequio addixerit, quantoperèque in accenſo, ac viuifico Charitatis, Bonitatiſque Dei amore efferbuerit, ita quod frequentiſſimè in contemplatione, Orationeque poſitus, ex mulra gratiarum fluentia Cor Diuino Amore inflammatum habeat, & extatico correptus feruore, vi illa cæleſti in ſublime aliquantum ferri videbatur multoties; quodam enim tempore, iam decreſcente ætate, cum pro die Paraſceues deuotiſſimè, & compaſſiuo animo Paſſionem Dominicam in Eccleſia frequenti Populo prædicaret, vt in ſe, ac deuotis Auditorum mentibus compaſſiuum Crucifixi Domini dolorem expreſſiſſe videretur, ecce continuò multis videntibus raptus, & ſuper Ambonam eleuatus eſt, quod quidem admirandum Dei opus, cum multi pij, deuotique homines, præcipuè tamen Dominus Kriſtek Ciuis Varſauienſis, ac Loci Procurator maturus ętate, ac moribus, fideque dignus ſe vidiſſe proteſtatus eſt. Prædicationis officium exercens, per multos annos hoc ſaltem vnico themate vtebatur = *Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum*. Hoc glorioſo Chriſti in Cruce pendentis titulo iam apertè, tamque continuè omnes ſuos per totum annum, tam de tempore, quàm de Sanctis inſigniebat ſermones, vt nihil potuerit elegantius; Sed cum omnium Virtutum, tum vel maximè Obedientiæ, ac abnegationis ſuæ voluntatis magnus cultor emicuit; Chriſtum namque obedientem vſque ad mortem contemplari voluit; ideò exemplo ipſius vſque ad mortem ſuis Superioribus obediens fuit; vndè ſenio iam confectus in Capitulo Cracouienſi exiſtens, quod celebrabatur Anno Domini milleſimo quingenteſimo quarto, Patres Capitulares, habita ratione Dignitatis, & ſenectutis, Sanctitatiſque ſuæ, voluerunt illi indulgere, ne quibuſcumque in Ordine grauaretur officijs, ſed in aliquo commodiſſimo loco dies ſuos in pace compleret, indignum arbitrati, ſi tantus Pater quinquies electus Prouincialis, Vicarij officio functus, in extrema ſenecta conſtitutus, ſuo priuaretur ſolatio.

§.26. *In die Paraſceues paſſus eſt mirabilem raptum cum corporis eleuatione.*

§.27. *Feruidus fuit diuini verbi præco.*

Mittunt itaque ad eum graues quoſdam de Diffinitoribus Patres, qui hæc ſibi proponerent, videlicet vt locum vbicumque vellet morati ſibi placitum eligeret, gratumque, qui à ſuis eſſet obſequijs, ſeruitorem adiungeret: ad hæc ille humiliter reſpondit. *ego promiſi ſeruare obedientiam vſque ad mortem, cur ergo deſideratis à me, vt faciam voluntatem meam, Officium, & Locum mibi deligendo? Faciant de me Patres quicquid volunt paratus ſum omnia exequi*. Quid hac nobilius virtute? quid Religioſo nomine dignius? certè nihil. Hic ergo Reuerendus Pater Ladiſlaus feruidus, & glorioſus Prædicator, ac pro tunc Guardianatus fungens officio, raptuſque in Deum extaticos ſæpenumero expertus, plenus dierum, ac omnibus Sacramentis Eccleſiæ munitus, quarto nonas Maij præſentem vitam in æternam commutauit; Varſauiæ loco Fratrum ad Sanctam Annam ſepultus, cuius tale à ſe compoſitum, ſuaque manu conſcriptum reſtat Elogium. Anno milleſimo quadringenteſimo ſexinque ſecundo, vincula ad Alma Petri &c.; Et multos alios de Sanctis per totum annum addidit Rhyth-

§.28. *Rara Obedientia, & abnegatio propriæ voluntatis præfulſit in Beato vſque ad extremum vitæ.*

§.29. *Pretioſa ipſius mors.*

Rhythmos, qui paſſim Pueris in pleriſque Scholis traduntur. Multas etiam alias Deuotiones, vtpotè Pſalteria, Coronas Beatæ Virginis Mariæ, cantilenas in vulgari diuerſas, quæ in Eccleſijs noſtris per Sermonem à Pauperibus decantantur. Præſertim verò illa de Paſſione Domini *Iezuſa Iudas przedat &c.* Poſtquam igitur Sacratum ipſius Corpus terræ mandatum eſt, ſtatim innumeris clarere cæpit Miraculis, quorum Miraculorum numerum hic infrà videbis = Recenſet poſteà hic Hiſtoricus eadem miracula, & eodem ordine, quo referuntur à P. Ioanne Komorrouio *præſenti num.24. à §.7. ad.14.*

§.30. *Pia opuſcula, & cantilenæ editæ à Beato.*

§.31. *Innumera patrauit miracula ſtatim poſt obitum.*

Ex Libro, cui Titulus = Annales Eccleſiaſtici, Authore Patre Abrahamo Bzouio Polono Ordinis Prædicatorum = impreſſo Coloniæ Agrippinæ anno 1630. = Proceſſ. fol.617. ter. uſque ad 627. ibi =

Eodem anno die quarta Maii Varſaviæ in Polonia apud Minoritas Obſeruantes, rebus humanis exemptus *Beatus* Ladiſlaus Ordinem Minorum Profeſſus; natus eſt modicis, ſed honeſtis Parentibus Gielnoviæ Territorii Opocineoſis Oppido, ibidemque à Parentibus ad omnem pietatem formatus, poſtquam Cracoviæ literis operam dediſſet, ibidemque Minores Obſeruantes, ante aliquot annos introductos omnis Sanctitatis, ac Doctrinæ ſplendore conſpicuos, verbo, & exemplo virtutes docere aſpexiſſet, & ipſe diuiniore ſpiritu afflatus idem Inſtitutum Varſauiæ Calendis Auguſti Anno milleſimo quatuorcenteſimo ſexageſimo ſecundo ſuſcepit, & anno elapſo profeſſus eſt &c.

§.32. *Enarratur Patria, ſtudia, & ſuſceptio habitus Religioſi, & appellatur cum denominatione Beati.*

Hoc anno paulò antequam vita excederet, die Sacræ Paraſceues Varſaviæ in ſui Ordinis Eccleſia pro Concione verba faciens, cum flagellationis Chriſti Hiſtoriam expenderet, totus in ſpiritu abſorptus, & in extaſim raptus, viſus eſt ſupra ſugeſtum in aere eleuatus, & quaſi ſuſpenſus magnitudine amoris, & feruoris Diuini corpoream molam in aera ſubſtollente. Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſecundo ſuperſtites aliquot Clues Varſavienſes Teſtes omni exceptione majores, referebant ſe aliqui vidiſſe, aliqui à Parentibus, & Majoribus, qui aſpexerant audiuiſſe Ladiſlaum ad eum modum in extaſi eleuatum &c.

§.33. *Mirabilis raptus Beati in die Paraſceues, ut ſupra.*

Ter, vel quater Cęnobiis ſui Ordinis Vicarius Prouincialis in Regno Poloniæ præfectus, tanto odore Sanctitatis, una cum ſuis Minoritis apud omnes flagrauit, ut Alexander Magnus Dux Lithuaniæ ab eo petierit, qui Poloniam Urbem Coloniam Fratrum ſuorum mitteret Schiſmaticis, & Paganis conuertendis. Condito illic Cęnobio ab Alexandro, Ladiſlaus eò ſuos miſit, quorum vigilanti opera multa Infidelium millia ad Sacrum Fontem, & complures Schiſmaticorum ad Gremium Eccleſiæ adducti ſunt. Nicolaus quoque Coſcellicius ejus Epiſcopus Culmenſis in Oppido Skepæ Territorii Dobrinenſis Diœceſis Ploceoſis Monaſterium Nobile Minoritarum Obſeruantium a ſe conditum, Ladiſlao obtulit, ut is illic incoleret, ubi Beatiſſima Virgo Maria propter frequentiſſima Miracula coleretur. Otii impatiens, Meditationi, Lectioni, aut ſcriptioni Concionum vacabat, aut verò Confeſſiones pœnitentium excipiebat, æquos mærentes, vinctos viſitabat, vel interdum aliquod manuale facie-

§.34. *Seruus Dei miſit Poloniam Religioſos Fratres pro Paganis, & Sciſmaticis conuertendis.*

 bat

§.35. *Sanctitas vitæ, & pretioſa mors Beati.*

bat &c. Ille per omnes perfectionis Religioſæ gradus aſcendens poſt multa Sanctitatis exempla Sacramentis Eccleſiæ deuotiſſimè ſuſceptis ad eum, quem feruentiſſimè amauerat, emigrauit, Miraculis poſt mortem Clariſſimus Franciſcus Commendonus Cardinalis Legatus, & Vincentius Porticus Apoſtolicæ Sedis Nuntius ad Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ miſſi, viſa

§.36. *Iuſſu duorum Legatorum Apoſtolicorum eleuatum eſt ſacrum Beati Corpus.*

ex iis erga Ladislaum Populi deuotione Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Dominica, quàm in in Albis vocant, Cadauer illius exhumare, & Marmoreo ſupra terram Sepulchro, Imagine illius Inſigni ſeponi juſſerunt, præſentibus ad ſpectaculum plurimis Regni Principibus, Senatoribus, & ex Equeſtri Ordine Proceribus &c.

Cum qualibet beneficia à Domino Deo, maximè autem per interceſſionem Sanctorum collata non ſint celanda, verùm quo magis ipſemet Optimus Maximus in Sanctis ſuis Glorioſus appareat, reuelanda, ac prædicanda ſunt &c.

§.37. *Recenſetur miraculum ad interceſſionem Beati à Deo patratum anno 1609.*

Stanislaus Sniecioski Notarius Terreſtris Terræ Varſauienſis omnibus tam præſentibus, quàm futuris horum notitiam habituris notum, teſtatumque facio his præſentibus manu mea ſubſcriptis, quod cum Anno præſenti milleſimo ſexcenteſimo nono diebus viginti quatuor, viginti quinque, & ſubſequentibus ultimis Junii, tum quoque prima, & aliis diebus Julii infirmitate ex dolore Capitis, & aliorum membrorum contracta decumberem hic Varſauiæ, ingraueſcente morbo, omni ſenſuum meorum officio priuatus, ac jam ſemiuiuus eſſem; cum hoc Amici mei cernerent, nihilque aliud reſidui ſibi ſupereſſe rati, niſi implorationem Diuini auxilii, & interceſſionem *Beati* Ladislai Confeſſoris Ordinis Sancti Franciſci Minorum de Obſeruantia, cujus Corpus in Eccleſia Patrum ejuſdem Ordinis hic Varſauiæ requieſcit, cujuſque *Beati* Patris interceſſionem apud Deum Optimum Maximum à priori mea infirmitate liberatus, expertus ſum, feciſſentque Votum ſupplices Domino Deo, & proptereà inuocando Patrocinium *Beati* Ladislai vouentes pro me, quod Sepulchrum dicti *Beati* Ladislai Sanitati reſtitutus viſitarem, poſt tale Votum illicò me Sanitati meliori, ac tandem integrè reſtitutum eſſe; ad cujus Miraculi per interceſſionem dicti *Beati* Ladislai in me facti perpetuam memoriam reſtitutus integrè priori ſanitati, illiuſque Sepulchrum viſitans, hoc ſignaculum ad hoc idem Sepulchrum dicti *Beati* Ladislai appendere curaui. Actum Varſauiæ die decima Julii Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nono &c.

§.38. *Recenſetur aliud miraculum ſecutum anno 1591.*

Gregorius Badovvski Conſul Varſauienſis in præſens, dum Puer Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo luderet pila cum Luca æquali, ſed peſte, ex qua poſtridiè obiit, infecto & ipſe quoque Epidemia correptus decubuit apoſtematibus apparentibus jam ferè agens animam; Mater ejus dolentiſſima ſtatim ad Templum Minoritarum cucurrit, & ad Miſſæ Sacrificium, cui intereat Votis pro moribundo Filiolo ad *Beatum* Ladislaum fuſis, Domum reuerſa, Puerum non tantùm incolumem, verùm etiam ludentem reperit. Is ipſe Amicorum meorum intimus Anno milleſimo ſexcenteſimo nono die trigeſima

Augu-

Auguſti repentina, & mortali infirmitate proſtratus, jamque in terram, ut faciliùs Animam ageret, expiraretque depoſitus, per interceſſionem Sanctorum Hyacinthi, & Ladislai ſanus ſurrexit illo ipſo die &c.

§.39. *Aliud miraculum anno 1609.*

Vincentius Moravvski Sacræ Teologiæ Lector Ordinis Minorum de Obſervantia ex Proceſſibus Auctoritate Ordinaria factis, & ex Confeſſionibus conteſtatis, aliis munimentis publicis in Vita *Beati* Ladislai Gielniouienſis Typis data Cracouiæ apud Nicolaum Labum Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſecundo, & Sereniſſimo Ladislao Poloniæ, ac Sueciæ Principi inſcripta &c.

§.40. *Vita Beati conſcripta à Moravvski ex juridicis, & publicis monumentis.*

Ex Libro, cui Titulus = Annales Minorum = Auctore Patre Luca Vvadingo, impreſſo anno 1654.; Proceſs. fol.602. ter. ad 607. ibi =

Ladislaus Polonus natus in Oppido Gielnouli in Palatinatu Sandomirienſi in Territorio Apocinenſi (potius Opocinenſi) Diœceſis Gneſnenſis, hoc etiam anno deceſſit &c.

Sixtus Quintus in quodam ſuo Diplomate dato Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto Varſauiæ Oppidum à Depoſito illic Ladislai Corpore commendat, dum ita de Ladislao interloquitur.

§.41. *Refert particulam Diplomatis Sixti V., qu honorificè loquitur de Seruo Dei appellando Beatum.*

Prætereà cum Oppidum Varſauiæ Poſnanienſis Diœceſis, in quo Generalia totius Regni Poloniæ Comitia haberi ſolent, venerandumque Corpus Beati Ladislai in Eccleſia Domus ejuſdem Sanctæ Annæ ipſius Oppidi dicti Ordinis reconditum eſt, celeberrimum ſit, & inſigne. Id ipſum commendandi Oppidi argumentum anteà Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo ſuſceperat Joannes Andreas Epiſcopus Britonienſis Sedis Apoſtolicæ Nuntius, quod inquit.

Dominus tam Glorioſi Confeſſoris ſui Ladislai Sancto Corpore nobilitauit. Auctoritate Cardinalis Commendoni ad Sigiſmundum Regem Legati Apoſtolici Staniſlaus Karnckovius tunc Epiſcopus Vladislauienſis, & Pomeraniæ, poſteà Archiepiſcopus Gneſnenſis deuotione confluentis Populi, & Miraculorum multitudine commotus, Oſſa Sancti Viri è Terra ſubleuauit, & in alium locum decentiorem propè Altare Majus reuerenter collocauit, admoto magno lapide, cui Inſculpta eſt ejus Effigies, Caput habens radiis circularibus redimitum; hæc facta ſunt Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Dominica in Albis, in præſentia Principum, & Procerum Regni ſub Comitiis Generalibus. Lapidi hæc inciſa ſunt Carmina.

Oſſa Ladislai tumulus tegit iſte Beati,
Qui minimè fauit Mundi nequam iniquitati.
Conregnat Sanctis, ſuccurrit debilitati.

§.42. *Eleuatio ſacri Corporis facta auctoritate Card. Commendoni de anno 1522., & lapidi ſepulchrali inciſus titulus Beati.*

Andreas *Krytius* Vir celeberrimus, primum Cancellarius Regni (potius Reginæ] Poloniæ, deinde Epiſcopus Præmislienſis, demum Archiepiſcopus Gneſnenſis, mortuus Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo talem reliquit de Ladislao, quam cognouerat narrationem &c.

§.43. *Andreas Krytius fuit coætaneus Beati.*

Poſtremò id Ladislai commendationi accedit, quod Franciſcus Simoneta Epiſcopus Fulginatenſis Nuntius Apoſtolicus ad Sigiſmundum Tertium Regem Varſaviæ anno milleſimo ſexcenteſi-

§.44. *Ab Auctore Annaliū Minorum condecora-*

teſi-

tur Servus Dei titulo Beati.

teſimo decimo ſecundo Animam agens locum Sepulturæ delegerit prope Sepulchrum Beati Ladislai. Multa ad ejus tumulum appenſa ſunt Donaria, & Tabulæ Votivæ varia beneficia ejus meritis accepta teſtificantes &c.

Ex Libro manuſcripto, cui Titulus Hierarchia concentrica, conſcripto de anno 1655., Proceſſ. fol.581. ter. ad fol. 589. ter. = ibi =

Primò produxit Religioſus Admodum Reverendus in Chriſto Pater Mathæus Rozocrski Cauſæ præſentis Procurator coram Perilluſtri Reverendiſſimo Domino Judice Delegato Apoſtolico præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus infraſcriptis Librum nonum Archivii Provinciæ ſignatum littera I. cum tali intitulatione = *Hierarchia concentrica &c.* ab anno Incarnatæ Sapientiæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, per Secretarios juratos Provinciæ conſcriptum, in quo de Erectione Eccleſiæ, & Conventus Varſavienſis Religioſorum Patrum, vulgò Bernardinorum nuncupatorum folio 52. hæc habentur.

§ 45. *Combuſtio Conventus, & Eccleſiæ Varſavienſis tituli S. Annæ anno 1657.*

Circa conflagrationem, vel potiùs combuſtionem à noſtris factam Conventus, & Eccleſiæ Varſavienſis ad Sanctam Annam ſub tempus invaſionis Varſavienſis à Rakocio Sueco, & Cozaccis anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo in eſtivo tempore.

Copia Literarum.

AD REGEM SERENISSIMUM.

Sereniſſime, Invictiſſime Rex Domine, Domine Clementiſſime Potentiſſime.

§.46. *Literæ datæ anno 1657. ad Regem Poloniæ conteſtantes dictam combuſtionem factam per impios homines ſine ullo reſpectu divino, vel humano.*

Eòuſque tandem pauper Conventus noſter Varſavienſis cum Eccleſia ſua pervenit, ut quod inimica non præſumpſerat tangere manus, hoc Sacrilega ſuorum abſque neceſſitate in termino Tractatuum modo &c. inſolentia indicibili perfecit impietas; Nullus Fundationis Sereniſſimorum Regum; Nullus Depoſitorum Sanctorum Servorum Dei, ibi ab antiquis temporibus requieſcentium; Nullus Altarium, & Imaginum Sanctarum, quaſi in Strues coacervabant, & ſuccendebant: Nullus denique Erectionis Feliciſſimi quondam Ducis Poloniæ Sancti Capiſtrani reſpectus fuit ipſa inimica impietas talem abhorreos Auctorem incendii, ſi ipſe manifeſtus appareat, ex nunc ignominioſiſſimo damnare ſupplicio parata fuit. Maluimus attamen ipſi ſatiùs tam amarum dehaurire abſynthium, quàm alium de; & non à veſtra Sereniſſima Regia Majeſtate Domini Noſtri Clementiſſimi tam virulentæ afflictionis quærere medelam. Nunc ad Sacræ, & Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ Domini Noſtri Clementiſſimi, miſericordioſo oculo ſuo reſpicere, & quid cum tam magna injuria Dei

Dei faciendum ſit nobis modum, ac informationem tribuere dignetur; Nos autem pro longo, ne feliciſſimo Dominio Veſtræ Regiæ Majeſtatis Domini Noſtri Clementiſſimi, Deum exorare non ceſſabimus. Nunc humillime ad pedes Veſtræ Regiæ Majeſtatis Domini Noſtri Clementiſſimi prouoluor cum Fratribus meis.

Datum Louicii menſe Julii decima nona milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

Fidelis Subditus, & Seruus, ac Orator Frater Caſimirus Gambinius Ordinis Fratrum Minorum Obſeruantium Sancti Franciſci Minoris Prouinciæ manu propria.

Copia Literarum.

AD SERENISSIMAM REGINAM.

Sereniſſima Regina Domina Noſtra Clementiſſima,

§.47.
Conſimiles Literæ datæ eodem anno ad Reginã Poloniæ d. combuſtionem conteſtantes

In noſtro ſatis amaro luctu ſupra iniuriam Domus Dei, & Conuentus noſtri Varſauienſis magnum ſolamen Clementiſſimus Sacræ Veſtræ Regiæ Maieſtatis oculus nobis efficit, per condolentiam Veſtræ Regiæ Maieſtatis Dominæ Noſtræ Clementiſſimæ, vnde magis confiſi ad pedes Regiæ Veſtræ Maieſtatis *Dominæ* Noſtræ Clementiſſimæ humillimè me proſternendo propter maiorem energiam tranſmitto informationem meam, quam habui viſitando ſupradicti Templi ruinas. Iam Dominus Generalis Commendator Varſauienſis ſuos tractatus cum inimicis pangere finiuerat, reſoluens ſe ſubdere illis: Et ecce noſtrates ipſi, qui in Conuentu noſtro fuerunt, abſque iuſſu Commendatoris, & abſque neceſſitate, non præcautis nobis, vt ſaltem Imagines Sanctorum Dei eripere, & ſaluare poſſemus, imò certos nos fecerunt, quod nihil fieret: immanes ignes confecerunt tam in Conuentu, quàm in Eccleſia, & vſque Altaria, ac Imagines Sanctorum in ſtrues coaceruabant, & ſuccendebant, & ſic Conuentum, ac Eccleſiam deuaſtarunt. En quale præmium pauperis Conuentus poſt ducentos ſuos annos, qualis obſeruantia Fundationis Sereniſſimorum Regum Poloniæ, & Corporum Sanctorum *Dei* in ea Eccleſia depoſitorum: Eouſque peruenerunt Altaria, & Imagines Sanctorum, eouſque zeloſus feruor Defenſoris quondam, & Ducis Poloniæ Sancti Capiſtrani.

§.48.
Impij homines inopinatè admoto igne, ac ipſis Altaribus, & Imaginibus Sanctorum in vnum conglobatis, & ſuccenſis Eccleſiam, & Conuentum Varſauien. ad cineres ferè redegerunt.

Quapropter ego afflictus, & Conuentibus exiguæ Prouinciæ meæ penitùs deſtitutus cum magno mærore doloroſè ſuſpirando, neſcio quid mihi aliud faciendum ſit, quàm ſolùm humillimè ad pedes *Veſtræ Regiæ* Maieſtatis Dominæ Noſtræ Clementiſſimæ prouoluendo; hanc Dei, & Sanctorum ejus iniuriam ſub miſericordioſam *Veſtræ Regiæ* Maieſtatis Dominæ Noſtræ Clementiſſimæ protectionem deponere, cui & nunc me cum toto reſiduo Prouinciæ meæ humilliè ſubijcio. V. R. M. D. N. C. humillimus Orator, & Subditus Fr. Caſimirus Ordinis Ber-

nardinorum Maioris Poloniæ Prouincialis manu propria. Datum ibidem menſe, die, & anno vt ſupra.

Deindè ex eodem Libro folio quinquageſimo quarto, ſuper exuſtione Eccleſiæ, & Conuentus Varſauienſis ſequentia inſeruntur circa Feſtum Sancti Michaelis Arcangeli ad finem Septembis milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo = miſſa eſt & alia ad Sacratiſſimam Regiam Maieſtatem Epiſtola ex parte vtriuſque tam Poſnanienſis, quàm Varſauienſis Conuentus, tum & ad Illuſtriſſimum Regni Cancellarium &c. Vltima verò Septembis ad Illuſtriſſimum Dominum Palatinum Poſnanienſem Syndicum Generalem Prouinciæ noſtræ in eadem materia cum forma Proteſtationis contra Auctores, & Complices incendij &c., in ſtylo ſequenti &c.

§. 49. Alia Literæ datæ d. anno ad Palatinum Poſnanien. cum forma Proteſtationis contra Auctores, & complices incendij.

Ad officium, & acta præſentia Caſtrenſia Capitaneatus . . . . . . perſonaliter veniens Illuſtriſſimus, & Magnificus Ioannes Comes de Leszno Leszczynski Palatinus Poſnanienſis &c. = Capitaneus &c. Generalis per Poloniam à Sacra Sede Apoſtolica deſtinatus Ordinis Seraphici Patrum Minorum de Obſeruantia Syndicus, & protector, poſtquam ſibi negotijs Reipublicæ diſtentio aditus ad acta patuit, atque de tam malitioſo progreſſu plenam notitiam accepit, queruloſam, atque [illegible] coram Officio præſentem depoſuit querelam, ſolemniterque proteſtatus eſt contra certas Perſonas, Proceſſibus, & citationibus nominandas, quarum aliæ conſilio, ſuggeſtione, concitatione, & aliæ immiſſione, adactione, & imperioſo mandato, aliæ demum manuali, & ſacrilego opere, & facto horrendo in impiam deuaſtationem Sanctuarij Diuini, & Clauſtri infraſcripti concatenatæ, & confederatæ principales, & comprincipales, & complices extiterunt. Ideò quod cum à ducentis ferè annis zeloſa illa Illuſtriſſimorum, & Sereniſſimorum Ducum Maſouiæ in Religionem Catholicam, & Romanam Eccleſiam Pietas, & pius erga Religionem Fratrum Ordinis Sancti Franciſci affectus à primis fundamentis Eccleſiam Sanctæ Annæ dicatam vnà cum Clauſtro pro Fratribus Sancti Franciſci ſatis amplo, vt illud Seculum ferebat in Ciuitatis Varſauienſis Suburbio erexiſſet, munifica poſtmodum manus primùm Sereniſſimæ olim Reginæ Polonæ Annæ, & aliorum Sereniſſimorum Regum Poloniæ, tum Illuſtriſſimorum Senatorum, tàm Spiritualium, quàm Secularium, ipſiuſque Nobilitatis, ac Ciuium liberalis in Religionem, & Locum Sanctum affectus diuerſis tam Eccleſiam ipſam, quàm Monaſterium ſtructuris de latere cocto affabrè factis auxiſſet Cappellis, Altaribus, Imaginibus, Epitaphijs, Organis, & alijs ornamentis elaborata manu, ac pretio magno comparatis adornaſſet, & apparamentis ad conficienda Sancta Sanctorum opulentis in honorem Dei Potentis ditaſſet, illaque Eccleſia ſic ornata cum ſuo Clauſtro, quaſi prælucens alijs, omnes Chriſti Fideles Varſauiæ degentes, & Aduenas in deuotionem quotidianam prouocaſſet ipſos etiam hoſtes Regni diuerſarum licet Sectarum, & Nationum in quoddam obſequium pij affectus, ac defenſam loci illius Sacri, ne per rapinas ſæuientium deuaſtaretur mancipabat, & per omnes inſultus, & aggreſſiones hoſtium intacta, & rapinis immunis ſingulari Dei Proui-

den-

dentia remanſit. Tum demum hoc triſti, ac luctuoſo tempore, quo tam multæ Eccleſiæ per hoſtes deprædatæ, dirutæ, & exuſtæ, ceſſante, tam malitioſi, & quodam infernali perciti odio Patritij Regni, & Ciuitatis Varſauienſis exorti ſunt, qui obliti honoris, & humanitatis ſuæ, ac conſcientiæ propriæ immemores, indignationis *Diuinæ*, ſeueritatiſque Legum publicarum inuiolatores Eccleſiarum, & Clauſtrorum, & præſertim ſecuritatis ſub tempus expeditionis generalis bellicę rigoroſè nimis cautæ, inaudito, & horrendo exemplo manus ſcelestas, impias, & ſacrilegas in exurendo Templo Dei, & Sanctuarij, omniumque Monaſterij Varſauienſis Patrum Sancti Franciſci Minorum de Obſeruantia ædificiorum apponere non ſunt veriti. Etenim tempore nuper præterito, quo iam Ciuitas Varſauienſis ab obſidione hoſtium Hungarorum, & Valachorum, Moldauorum, & Coſacchorum ſoluta per ſuos adminiſtratores, & Gubernatores in deditionem ſui hoſti inclinauerat, iamque mutua pacta deditionis interuenerunt, paxque, & induciæ ab vtrinque ſolemnes celebrabantur, nihilque hoſtili ex vtraque parte attentari ex mutuo pacto fas erat, eo illo tempore nempè Sabbato poſt Feſtum Sancti Antonij, neſcitur quo prętextu; non enim non modo publici boni ratio, ſed & nec ſpecies præſeferri poteſt, certæ Perſonæ ad Clauſtrum hoc idem, & Eccleſiam memoratam, vbi quoque certus numerus præſidiariorũ ab Adminiſtratoribus Ciuitatis collocatus fuerat, immiſſæ, & deſtinatæ ſuperuenientes, nulla facta ſi quid in bonum publicum facere intenderent denuntiatione Fratribus, & Superiori ipſorum, vt conſulerent ornamentis, Imaginibus, Altaribus, Apparamentis, Vaſis Sacris, Sanctuario, & Sanctiſſimo, atque Auguſtiſſimo Sacramento Corporis Domini, haberentque aliquod in id perficiendum interſtitium temporis, ſed conſultò, ac deliberatè ex mutua præhabita conſpiratione, quo magis, ac magis damnificarent, iniuriarent, & annihilarent locum Sacrum, ipſa mera, & flagitioſa malitia duce, quaſi excæcati, & furioſi irruentes turmatim ad Ædificia, & Templum Dei cum facibus incenſis, & ardentibus inſtrumentis, Altaria, ſcamna, Cathedras in Eccleſia incendebant, atque vt maiorem flammam excitarent, Imagines parietibus affixas manu impia abripiendo, foco imponebant; ac flammam, ac ardorem augebant, itaut præſlagranti incendio omnia Altaria, Ornamenta, Epitaphia Virorum Illuſtrium, Chori, Organa &c. flamma concepta eamdem quoq; tegumento, & trabibus, quibus tegumenta impendebant, porrexerint, quo factũ eſt, vt concidentibus in fornicem Templi trabibus fornix ipſa concideret, fruſtra exorantium per Sacra Fratrũ apud indomita pectora adlaborabant lacrymoſa ſupplicatio, non illos tot exuuiæ manuum piorum Catholicorum, non Nobilitatis, & Illuſtrium Virorum Depoſita Corpora, non Sacri Cineres *Beati* Ladiſlai ibi quieſcentis, non Reliquiæ tot Sanctorum ibi depoſitæ, non demum ipſa præſentia Dei Saluatoris ſui in Auguſtiſſimo, & Sanctiſſimo Sacramento arcere à deſtinato malo potuit, verùm vt effrenatæ beſtiæ, ac indomita iumenta magis, ac magis ſæuierunt, & debacchati ſunt; quouſque hæc omnia cum Vaſis Sacris, Pixidibus, Mappis, antependijs, veſtimentis Sa-

§. 50. *Recenſent Auctores, tempus, aliaque circumſtantia incendij.*

§. 51. *Altaria, Imagines, Epitaphia, aliaque ornamenta incendio ſumpta.*

§. 52. *Seruo Dei tribuitur titulus* Beati.

O cer-

cerdotalibus, ornatis Cappis albis, Humeralibus, Superpelliceis, & alia tota ſuppellectili Eccleſiaſtica tunc in Eccleſia contenta, non adurerentur. Hæc dum erat ſatis, rapinis quoque manus ſceleſtas appoſuerunt, & inter ſe partiebantur. Alij demum ſub hoc idem tempus Clauſtro exurendo, & ruinando malitioſè, &

§.53. Combuſtio Conuentus facta per eoſdem impios homines.

barbarè intenderunt, ac vbi flamma in muros ſæuire nequibat fomentà varia addebant; Imagines Sanctorum per Curritoria, & Cellas exiſtentes, ligna, lectiſternia, ſtramina in rogos partim proiecta ſuccendebant, itaut muri, & fornices ardore ignis rumperentur, & omnes ſtructuræ conciderent, & quaſi conquaſſatæ, & dirutæ ſolo adæquarentur, in quo Clauſtro Bibliotheca per tot Sęcula, cui ſimilem Ordo hic nullibi in Polonia habuit, & tot Benefactoribus ex multis, & diuerſis Auctorum libris, tam in Sacris Scripturis, quàm alijs Neothericis ad erudiendum, concionandum, meditandum &c. aptis &c. conge-

§.54. Inter alia omnia, quæ igne abſumpta ſunt, adnumeratur celeberrima Bibliotheca exiſtens in d. Conuentu.

ſta, cuius valor triginta millia florenorum Polonorum excedebat, exuſta eſt, ſuppellex licèt paupercula, ſed ad neceſſitatem Religioſorum appimè ſeruiens, eaque non niſi larga manu Piorum comparanda abſumpta, & diſtracta, victualia omnia, beneficio miſerentium Catholicorum erga Religioſos Pauperes largè conuecta, & per Superiorum prouidentiam habito reſpectu iniquitatis temporum aſſeruata, partim aduſta, partim muris concidentibus compreſſa, & cineri, ac calci contuſo adinixta, nulli vſui apta reddita ſunt, aliaque omnia quæcumque tam in Clauſtro, quàm Templo continebantur (quis enim hæc enumerare poſſet?] peſſundata, annihilata, & concremata ſunt, adeòut hoſtis ipſe tantam cladem Templi, & Clauſtri videns inquiſierit, num ex parte ſui quiſquam tale facinus tentauerit, ſpondens ſe furià, & grauiſſimis pænis omnes cooperatores abſque vllo perſonarum reſpectu mulctaturum; Et tam ingens damnum refuſurum, nec loco ſe moturum, quouſque plena iuſtitia, & ſatisfactio à ſe non preſtaretur, indignabundus contra Patratores, poſtquam reſciuit, quod Patritij regni *id auſi* ſint attentare &c. quo tam impio auſu, & barbaro, ac inaudito facto, omnes quoquo modo in tam ſceleſtum opus ſe ſe intereſſantes contra Deum, Sanctos, ſecuritatem Eccleſiarum, & Clauſtrorum, leges Diuinas, & humanas, & præſertim contra ſecuritatem ſub tempus generalis expeditionis cautam exceſſerunt, pænaſque grauiſſimas honoris, vitæ, & alias, quæ ex tali facto reſultant, demeruerunt, ingens damnum, quod ducentum millibus vix refundi poſſet intulerunt, ratione quorum idem Proteſtans zelo Diuinæ læſæ Maieſtatis, atque tam grauiſſimæ injuriæ, & damnificationis Eccleſiæ Dei permotus, hanc lugubrem querelam officio præſenti deferendo, offert ſe crimen hoc deteſtabile ſuper his licentioſis Perſonis in foro fori vindicaturum, ſalua ſibi nominatione Perſonarum, & proteſtationis huius meliorationis facultate reſeruata.

Depoſitio primi Periti Scriptoris à Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico formiter præuio juramento examinati ſuper antiquitate dicti Libri, Proc. fol. 554. & ter. ibi = Itaque unus, & primus Stephanus Skuvvarczynski Notarius Apoſtolicus, & Tribu-

bunalis Sacræ Nuntiaturæ Apoſtolicæ Cancellarius, Scripturarum Peritus interrogatus fuit à dicto Perilluſtri, & Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico his ſcilicet verbis = Quidnam ſentiret, & quomodo de antiquitate Libri in folio, cui Titulus datus eſt = *Hierarchia concentrica* = judicaret, & unde hoc ſciret, ſeu quibus circumſtantiis cognoſceret, an ſimilem, vel talem Scripturam, ſiue characterem viderit, legerit, & obſeruauerit, quonam tempore, ſeu anno ſcriptus fuiſſet? qui ſic juxta artis ſuæ peritiam *reſpondit*.

Librum in Folium ſcriptum ſupramentionatum per Religioſum Admodum Reuerendum in Chriſto Patrem Matthæum Roznerski Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia &c., Cauſæ præſentis Procuratorem exhibitum, cuius Titulus eſt = Hierarchia Concentrica &c. Anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto conſcriptum, paginis centum ſexaginta quinque conſtantem ex ciſura ejuſdem puto, imò credo eſſe ſcriptum de anno ſuperius inſinuato, & ſequentibus, nam character in eodem Libro contentus talem antiquitatem demonſtrat, gnarus enim ſum variarum ſcripturarum, utpote qui verſor circa negotia Tribunalis Sacræ Nuntiaturę.

§. 55. *I. Peritus Scriptor pro antiquitate ſupradicti libri examinatus, iudicat illum ab anno 1655. conſcribi inceptum.*

Depoſitio alterius Periti jurati ſuper eadem antiquitate dicti Libri, Proc. fol. 567. ad fol. 568. ter. ibi &c. = Ex tunc Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus, attento termino in diem hodiernam proueniente, recognitionem Scripturarum jam aliàs per religioſum in Chriſto Patrem Patritium Noduzeſevvski &c. Bibliothecæ Religioſorum Patrum Bernardinorum Conuentus Varſauienſis cuſtodem in immediata Seſſione exhibitarum, & ad niſſurum fieri mandauit, prout ſtatim, & in continenti ſuper Interrogationibus per ſe dicendis Generoſum Petrum Jaſtrzemski Notarium Apoſtolicum, Vicecancellarium Scriptorum Peritum examinare ſeſe obtulit, & declarauit, uti examinauit, ſequenti videlicet modo: ſcilicet interrogando, quidnam ſentiret, & quomodo de antiquitate Libri in folio, cui Titulus eſt datus = *Hierarchia Concentrica* = judicaret, & unde hoc ſciret, ſeu quibus ex circumſtantiis cognoſceret, an ſimilem, vel talem ſcripturam, ſiue characterem viderit, legerit, obſeruauerit, & à quonam tempore ſeu anno ſcriptus fuiſſet?

Qui juxta Artis ſuæ peritiam ſic *reſpondit*.

Librum mihi ad præſens per Religioſum Admodum Reuerendum in Chriſto Patrem Matthęum Roznerski Cauſæ præſentis Procuratorem exhibitum, per totum ſcriptum, benè ligatum cum Intitulatione = *Hierarchia Concentrica agendorum in Prouincia Sanctæ Mariæ Angelorum Poloniæ Majoris ab Anno Incarnatæ Sapientiæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto*, vidi, revolui, & benè obſerno characterem ſcripturarum in hoc libro mihi ad præſens exhibito contentarum, conuenire cum anno in relata Intitulatione huius Libri expreſſo, videlicet milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, non ſemel etenim eamdem ſpeciem characteris in variis documentis originalibus de illo tempore ſcriptis, & mihi ad legalizandam, & authenticandum exhibitis, & exhiberi ſolitis, tum in variis Proceſſibus Cauſarum

§. 56. *Idem fert judicium de ejuſdem libri antiquitate* II. *Peritus Scriptor.*

ad hoc Tribunal Apoſtolicum Sacræ Nuntiaturæ deuolutarum contentis; ac etiam ex Actis prælaudati Tribunalis Sacræ Nuntiaturę, & aliis variis Documentis, & Scripturis de tempore ſupra indicato exaratis, & in Archiuio huius Tribunalis exiſtentibus, vidi, & bene obſeruavi, ut pote exiſtens in Officio Notarii, & Vicecancellarii prælaudati Tribunalis Sacræ Nunciaturę, & ſæpiſſimè tum Proceſſus Cauſarum, tum documenta varia, tum acta judicialia, ſeu Protocolla prę manibus habere, reuidere, reuoluere pro occurrentia negotiorum, & illa transumere, & extrahere ſoleo.

Ex libro, cui Titulus = Epitome Annalium Ordinis Minorum, Romæ impreſſo Anno 1662., Auctore Franciſco Aroldo Hiberno &c. Proc. fol. 633. & à t. ad fol. 637. t.

Felici quoque morte hoc anno mortalem Vitam finiuit *Beatus* Ladislaus Gielniouienſis Franciſcanæ Regularis Obſeruantiæ Profeſſor ætatis ſuæ circiter ſexaginta quinque; natus eſt enim circa annum milleſimum quatuorcenteſimum quadrageſimum in Oppido Gieloionii Palatinatus Sandominienſis in Polonia &c.

§. 57.
Referuntur circumſtantiæ extaſis in die Paraſceues, & mors Serui Dei, & paſſim enominatur Beatus.

Opinionem verò Sanctitatis, quà Populi Ladislaum proſequebantur, voluit Deus inſigni facto hoc ipſo anno confirmare, cum ipſe *Beatus* jam in Vitę limine verſaretur. Erat autem illa hebdomoda, quam Chriſti Paſſioni Sacram celebramus, parauitque ſe Ladislaus ad Concionem ipſo die Paraſceues habendam, ad quam cum accurriſſent, non ſolum qui Varſauiæ habitabant, ſed ex adjacentibus Oppidis, & Agro omnis generis, & conditionis hominum innumera multitudo; Ladiſlaus cum eò Sermonis veniſſet, ut Chriſti Redemptoris Noſtri flagellationem, tum explicata pictura, & Inſtrumentis Iudaicæ crudelitatis, tum ardentibus verbis Auditorum animis, & affectibus inculcaret, expanſo coram omnibus Vexillo, in quo Filius Dei duris funibus Columnæ ligatus oſtendebatur, & eleuatis manu flagellis, alta, & lamentabili voce clamauit = *o Ieſu, o Ieſu, o Ieſu*, & ſimul toto corpore contremuit, hæſit lingua dolore cordis constricta, moxque Redemptionis noſtræ per tam acerba tormenta comparatæ gratitudo, Diuinique Amoris flamma Ladislaum ſupra Ambonam in aere rapit, & nullo ſolidi Corporis fulcro innixus diu ſtetit ſuſpenſus coram ſtupente multitudine, nec amplius ſermocinari conceſſum eſt, ſed lento motu ſoluta extaſi ex aere deſcendens languidus, ac debilis ad Infirmorum Fratrum Locum deportatus, ubi Eccleſiæ Sacramentis procuratus, poſt menſem ingraueſcente languore, tamquam de æterna ſalute ſua certus gaudens, & lætus expirauit die quarta Maii. Hinc Populus Magno mærore affectus ob tanti Patris jacturam dignum judicarunt, cuius meritis, & Patrocinio Cæleſtes fauores accipere poſſent, ipſorum Voto comprobante Deo multis Miraculis ſubſequutis &c. Poloni porrò Ladislaum in totius Regni, ac ſpecialem Ciuitatis Varſauienſis *Patronum* elegerunt. Corpus ipſius etſi omnium opinione ſumptuoſioris Sepulchri honorę digniſſimum Fratres humi condiderunt in medio Chori ſuper poſito lapide, qui tanti Viri memoriam retineret, ſub quo jacuit per annos ſexaginta ſeptem, perpetuo cultu Fidelium, & Miraculis coruſcans,

§. 58.
Beatus Ladislaus electus eſt in totius Regni Poloniæ, ac ſpecialem Varſauiæ Patronum; & ſemper publico cultu gauiſus eſt etiam tum cum in veteri Sepulchro ſacrum ipſius corpus jacuit.

pro-

prohibentibus Confratribus, ne majori pompa efferretur, donec Stanislaus Karnkovvskius Cujauienſis tunc Epiſcopus, & poſtea Gneſnenſis, portentoſo primùm caſu, deinde ab ipſo *Beati* Ladislao ſibi apparente monitus, conſentientibus tunc ibi apud Sigiſmundum Regem Sedis Apoſtolicæ Legatis (uti refert Moravvskus) præſentibus Rege Sigiſmundo, multiſque utriuſque Ordinis Principibus, tam Polonis, quàm Exteris, qui tunc Varſauiam ad Regni Comitia conuenerant ipſa Dominica in Albis Miſſa ſolemniter cantata, Sacra Serui Dei Lipſana ex illo humili Sepulchro in decentiorem locum parietis ad dexteram Aræ Majoris transtuliſſet Anno milleſſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo appoſito Lapide, in quo Ladislai Imago inſculpta, & radiis Caput ornatum cernitur, additis his verbis = *Oſſa Ladislai Tumulus tegit ipſe Beati*, prout in Vvadingò ſupra inſinuatum eſt. §. 59. *Elruatio Corporis Beati ex humili in decentiorem locum.*

In ea verò Translatione præter multos, qui guſtato Vino, in quo Beati Viri Oſſa lota fuerunt, è variis morbis ſanabantur; id etiam ſingulare viſum eſt, quod Oſſa ipſa, quæ ante Sexaginta annos ſatis profundè in terram cum Corpore condita fuerunt, tunc tamen reliquo Corpore in puluerem reſoluto ſupra totam terram Sepulchri ſub ipſo Lapide reperta ſint. Multorum Inſignium Virorum de Ladislai Sanctitate Teſtimonia, & præcipuè Miracula quæ patrauit, poſt eius Vitam à ſe conſcriptam adiecit Moravvski &c. §. 60. *Miracula patrata occaſione dictæ Elruationis.*

Ex Libro, cui Titulus = Propugnaculum Spirituale Regni Poloniæ = Auctore Hyacintho Pruzez edito Cracouiæ anno 1642., *Proc. fol.*637: *t. ad* 640. = In quo folio centeſimo ſexageſimo prima iſta inſinuantur.

Vita Beati Ladislai Bernardini. Beatus Ladislaus natus eſt in Oppido Gielniovv nuncupato, in Palatinatu Sendomorienſi in Diœceſi Gneſnenſi Diuitibus Parentibus in Anno milleſimo quatuorcenteſimo quadrageſimo &c. §. 61. *Recenſentur virtutes & miracula Serui Dei & paſſim denominatur* Beatus.

Feria ſexta Majoris hebdomadę, jam propinquus morti, coram magno concurſu Populi variæ condition s, cum zelosè in concione ſua Paſſionem Dominicam prædicaret, nomen hoc dulciſſimum Jeſus repetendo, è terra fuit notabili tempore ſubleuatus, nihil ferè eo tempore dicendo, lacrymas ſolum ex oculis abundè profundendo: quo permoti omnes ſpectantes, Magnum eſſe Seruum Dei, publicè ipſum affirmabant: Quo finito, debilitatem, & morbum in Corpore ſuo ſentiens, à Fratribus fuit in Infirmariam deportatus, ubi quamuis deſtitutus viribus, tamen ſolitas Orationes, ac ad ſuum Creatorem ſuſpiria non neglexit; & ſic Sanctiſſimis Sacramentis munitus, cum dolore Fratrum, & totius Vulgi, ad felicem Patriam fuit translatus Anno milleſimo quingenteſimo quinto, die quarta Maii. Depoſitus Varſauiæ in Eccleſia Sanctæ Annæ, apud Fratres ſuos, ad cuius Corpus diſtribuit Deus Omnipotens varias, & multas gratias, hominibus ad interceſſionem huius *Beati* recurrentibus.

Ex Libro cui Titulus = Sanctorum Lexicon ex Actis Sanctorum collectum = impreſſo Coloniæ, & Francofurti anno 1719., *cuius particula compulſata legitur in Proceſſ. fol.* 640. *ad fol.* 650. *t.* = *Beatus* Ladislaus Gielniouius Ordinis Minorum de Obſeruantia in

§. 62. Prout denominatur etiam ab alio Hiſtorico referente ſimiliter virtutes & miracula Beati.

in Polonia Varſauiæ, natus eſt in Oppido Gielnovv circa Annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum. Educatus in omni timore Dei, & in Vniuerſitate Cracouienſi omnibus in ſcientiis optimè inſtructus, qua poſt ipſi Ordini Minoritarum, pro tunc in Poloniam introducto, ſe reddidit; & Anno milleſimo quatuorcenteſimo ſexageſimo ſecundo Profeſſionem ſuam fecit; poſtquam autem aliquo notabili tempore Sacerdos extiterit, & ſemper obediens, ac promptus permanſerit &c.

Poſtquam autem vixerit in ſtatu Spirituali Annis quinquaginta in morbum incidit, & obiit Anno milleſimo quingenteſimo quinto cum ingenti omnium mærore, depoſituſque eſt in Eccleſia Minoritarum; ubi per invocationem eius multa miracula facta ſunt &c. Miracula per ipſum facta ferè ſunt innumerabilia quarta die Maii &c.

§. 63. Seruus Dei appellatur ab Hiſtorico Beatus & Patronus.

Ex Libro, cui Titulus = Chronici, ſeu Annales trium Ordinum Inſtitutorum à Patre Seraphico Sancto Franciſco impreſſo Varſauiæ Anno 1722., *cuius particula compulſata habetur in Proc. fol.*658. *t. ad fol.*660. = *Beatus* Ladislaus Gielnoiouius, ex Oppido Gielniovv nuncupato, diſtrictus Opoczinenſis in Palatinatu Sandomirienſi in Iuuenili ætate Deo fideliſſimè adhærebat &c.

Per eius interceſſionem coram Deo varia facta ſunt Miracula, uti & hucuſque ad eum Deuoti optatas recipiunt conſolationes; præcipuè in plagis contagioſæ Peſtis, quare Ciuitas Varſauienſis diem ſancti eius obitus ſingulari celebrat deuotione, tamquam Patroni ſui à Peſte &c.

§. 64. Auctor denominat Seruum Dei Beatum *& collocat inter Sanctos in ſuo Martyrologio.*

Ex Libro cui Titulus = Martyrologium Franciſcanum = Auctore Patre Arturo à Monaſterio Rotomagenſi, impreſſo Venetiis Anno 1723., cuius particula compulſata legitur in Proc. fol 660. t. Varſauiæ in Polonia *Beati* Ladislai à Gielniovv. Confeſſoris, qui eruditione, & eloquentia pollens, Miraculorum etiam gloria, ante & poſt Obitum enituit &c.

Ex Libro, cui Titulus = Regia Alma Prouincia Maioris Poloniæ Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ Conuentus Varſauienſis, *compilato ex Antiquis Manuſcriptis per Patrem Ioannem Kaminski, edito Anno* 1720., *cuius particula Compulſata legitur in Proc. fol.* 665. *ad fol.* 674. *t.* = Illuſtriſſima Domina Sophia de Lubin ſupkrzyska Supremi Cancellarii Regni Illuſtriſſimi Domini Felicis à Drobrun Arzyski Conſors poſt mortem præfati Mariti, & ſpecialiſſimi Protectoris, ac Benefactoris noſtri; Fratrumque Conuentus Varſauienſis Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo, è viuis ad Superos vocati Inſignem Cappellam, quę *Beato* Ladislao eſt dedicata de lateribus coctis propriis ſumptibus ad læuam Eccleſiæ non adeò procul à Maiore Altari fabricari fecit, unà cum teſtudine, ſeu fornice ſubterraneo, ad quem Corpus piè defuncti Cancellarii, è communi Sepulchro Eccleſiæ translatum fuit, ibique cum Corpore ejuſdem Fundatricis, ac aliis de eorum Proſapia ibidem tumulatis Benefactoribus requieſcit.

Item in eodem Libro folio tercenteſimo quadrageſimo ſecundo de accepto pro neceſſitatibus Regni Argento ex Eccleſia eorumdem Patrum &c., in qua innumeris penè (ut fatetur Reuerendus Pater Moravvski.) Tabellis votiuis de argento factis decoratum fuit

Se-

Sepulchrum *Beati* Ladiſlai, tale, ut ſequitur habetur Teſtimonium.

Albertus Tholibovvski Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus Poſnanienſis; Significamus per præſentes Vniuerſis, quorum intereſt, quia nos, vigore Breuis à Sancta Sede Apoſtolica, & Præcepti ab eius Nuntio Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Petro Vodono Dei, & eiuſdem Sedis Gratia Epiſcopo Laudenſi, & Comite in Regno Poloniæ ad præſens commorante emanati, vaſa, & Supellectilem in argento exiſtentem Eccleſiæ Conuentualis Varſavienſis Patrum Fratrum Minorum de Obſeruantia Ordinis Sancti Franciſci propriam, ab Admodum Reuerendo Patre Cuſtode, totoque Conuentu eorumdem Patrum in valore centum Marcarum ad manus noſtras pro neceſſitatibus Regni Poloniæ impenſas recepimus, & ad petitionem ſupradicti Conuentus præſentis atteſtationis noſtræ Litteras deſuper damus manu noſtra ſubſcriptas; ac ſigillo quoque in fidem præmiſſorum communitas. Datum in Conuentu Lezaycenſi Patrum Ordinis præfati die vigeſima menſis Auguſti anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto.

Albertus Tholibovvski Epiſcopus Poſnanienſis manu propria.

§. 65. *Præuia Sanctæ Sedis facultate Tabellæ votiuæ Beati, aliaque ſupellex argentea Conuentus Varſauienſis erogata fuerunt pro neceſſitatibus Regni anno 1656., prout fatetur Ordinarius tunc temporis Poſnanien. in ſua atteſtatione.*

Itidem in prædicto Libro ſub anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo tertio folio tercenteſimo ſexageſimo, talis de eodem argento, ſeù preſſiùs de votiuis Tabellis in honorem Beati Ladiſlai oblatis recenſetur mentio.

In quorum ſerie primum locum tenet Illuſtriſſimus Dominus Ioannes Wielopski, pro tunc Caſtellanus Woynicienſis, cui iure merito reſtauratæ Eccleſiæ noſtræ Patronatus, & liberalitas inter alios Benefactores tribuitur. Hic namque facta cum Superiore Loci pro tunc Venerando Patre Sigiſmundo Ianovvski compoſitione de aſſenſu Patrum Diſcretorum acceperat ad manus ſuas de Conuentu Argenti fracti ſex libras, ſiuè Marcas centum triginta octo, Auri verò fracti in fruſtis centum ſexaginta octo Aureos nummos valentis, idque ex Tabulis votiuis ad ſepulchrum Beati Ladiſlai, & ad alia Altaria de Fidelium deuotione quondam oblatis, & ante conflagrationem Eccleſiæ appenſis, ſed facta ruina conſeruatis, & pro reparatione pro hoc auro, & argento ſecundum taxam illorum temporum obligauerat idem Illuſtriſſimus Dominus Vvriloposki exoluere pro Fabrica, & reſtauratione Eccleſiæ noſtræ Varſavienſis quinque millia Florena, ac decem currentis monetæ Polonicæ, prout de facto exoluit, & quidem de ſua Gratia plus impendit, nimirum iuxtà totum computum quindecim millia quadringentos quadraginta Florenos Polonos, ut Regeſtra à ſuis ſucceſſoribus oblata authentica demonſtrarunt.

§. 66. *Tabellæ votiuę argenteæ ad ſepulchrum Beati ante conflagrationem Eccleſiæ appenſæ, ab igne in parte conſeruatæ, vendicæ, & erogatæ fuerunt anno 1663. pro reſtauratione Eccleſiæ Varſauienſis.*

Eodem Libro ſub anno milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quinto deſumitur ſequens documentum.

In Cappella *Beati* Ladiſlai ad eiuſdem Altare impoſita eſt noua Imago cum Effigie illius ſatis affabrè, & eleganter depicta à quodam Pictore Italo de mandato Celſiſſimi Principis Sacri Romani Imperij Stanislai Lubomirski Supremi Mareſchalci Regni, Prouinciæque noſtræ Protectoris, ac Æconomi Generalis, Deinde

dè ſub anno milleſimo ſeptingenteſimo quinto in eodem libro reperiuntur Literæ Ciuium Varſavienſium ad Per-Illuſtrem Reuerendiſſimum Vvierzbovvski Officialem Varſavienſem in hunc ſeorſum ſcriptæ.

Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine, Domine, & Benefactor Colendiſſime.

§. 67. Literæ Magiſtratus, & Ciuitatis Varſauien. datæ anno 1705. ad Reuerendiſſimum Vicarium Varſauien. pro facultate peragendi Proceſſionem die 4. Maij in honorem B. Ladislai.

Grex commiſſa à Domino Curæ, & ſolicitudini Paſtorali Per-Illuſtris, & Reuerendiſſimæ Dominationis Veſtræ ſcilicet Conſul, & Proconſules, Ordines uniuerſi, Ciuitatis Varſauienſis Sacræ Regiæ Maieſtatis Plebs, imò tota Ciuitas plena Populo, pauore non vano perterrita, occaſione in vicino graſſantis Peſtis, clamat per Perilluſtrem, & Reuerendiſſimam Dominationem Veſtram ad Dominum Vitæ, & necis, ut Vitam, quò nihil carius, habeat temporalem, quam vicinæ Ciuitates iam perdidere, & nos perdendam expaueſcimus, etenim ſcelera punienti quis reſiſtet &c. Mortem itaque cuiuis terribilem, & eo terribiliorem in quantum tempore Peſtis, cum ſine Sacramentis, ut plurimùm occidat metuentes, propter metum hunc congregati in unum in Curia noſtra Varſauienſi Proconſul, Conſules, Vniuerſi Ordines, viua Fide, votiuo affectu, unanimi conſenſu, eligimus Electos Domini in Præſidiarios, Protectores Ciuitatis Varſauiæ Sanctos Patronos à Peſte graſſante, fame, & Bello, & diuerſis plagis Domini pro diuerſis peccatis, ſemel pro ſemper ſine retractatione. Primariò Iudicis irati Electam Pretioſiſſimam, Gratioſiſſimam de Gratijs Beatam Virginem Mariam ad Ædes Religioſorum Admodum Reuerendorum Piarum Scholarum: Secundariò vniuerſalem à Peſte Patronum Sanctum Rochum de Monte Peſſulario Tertij Ordinis Sancti Franciſci Seraphici ad Ædes Sanctæ Crucis. Tertiò Beatum Stanislaum Koſtka Sanctiſſimæ Societatis Ieſu, uti totius Poloniæ, ſic huius Ciuitatis Patronum. Quartò *Beatum* Ladislaum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Obſeruantiæ ab antiquo eiuſdem Ciuitatis ſpecialem *Patronum* ad Ædes Diuæ Annæ Patrum Bernardinorum in Suburbio Cracovienſi ſitas, obi eius extant Reliquiæ. Hos quatuor Sanctos Patronos ſumma cum fiducia à quatuor Mundi plagis in tantis periculis, votiuo affectu, unanimi conſenſu, proſtrato corde, oramus, volumus, in animo ſtatuimus, pro ſemper fore Patronos. Et quia iam Vcalegon ardet, tam in propinquo ira Dei pendet ſuper nos graſſantis peſtilentiæ, *Beatum* verò Ladislaum (cuius imminet dies obitus poſt diem quartam Maij, Dominica ſequenti immediatè) Diuina diſpoſitio in eius ſubleuatione huic Ciuitati obtulit Patronum ultro de terra Oſſa ipſius prodire in publicum Eccleſiæ, planum faciens, ab Antenatiſque habemus, quod per eius merita diuerterit Dominus ab hac Ciuitate peſtilentiam, in eiuſque Vita idipſum legimus, vox de Nube Cælica mouuit his formalibus = *Varſauia ſis grata* =. Ideo, & antiquitus exorati per eum beneficij grati exiſtentes, & per merita eius iræ Diuinæ mitigationem implorantes, & graſſantis in vicino Peſtis amotionem ſupplicantes, ſupplicamus Perilluſtri, & Reuerendiſſimæ Dominationi Veſtræ Conſul, & Proconſules, uniuerſique Ordines in Curia congregati, in hunc finem fieri Proceſſionem publicam ad Eccleſiam præfatorum Reuerendorum Patrum die Dominica

§. 68. Dicto anno 1705. dum immineret peſtis flagellum, à dicto Magiſtratu, & Ciuitate Varſauien. de nouo electus eſt Beatus in **Patronum.**

nica futura, quæ erit poſt quartum diem Maij ab Eccleſia Inſignis Collegiatæ Sancti Ioannis Baptiſtæ, & per totam octauam Deuotionem, ut ibi reddamus vota Domino per merita eiuſdem *Beati* Patroni, id fieri unanimi conſenſu poſtulamus, manentes Per Illuſtris, & Reuerendiſſimæ Dominationis Veſtræ obſequentiſſimi. Conſul, & Proconſules antiquæ Ciuitatis Varſauiæ, & Vniuerſi Ordines eiuſdem Ciuitatis.

Conſenſus Perilluſtris, & Reuerendiſſimi Domini Officialis prædicti in forma Edicti extraditus.

Stephanus de Magno Chrzeſtovv Vvierzbovvski Gneſnenſis, & Varſauienſis, Cantor Canonicus Poſnanienſis, Varſavienſis, & per Ducatum Maſouiæ Officialis Generalis.

Quæſiuimus, & quidem infixis terræ oculis in publicis, & Pœnitentialibus Proceſſionibus, cooctam ſeueritate, vel potiùs iam de facto ſubtractam nobis Miſericordiam Dei, & quidem iuſtè ſubtractam; quoniam plus peccauimus, quàm pro peccatis ſuſtinemus &c. Vndè ad placandam Maieſtatem Diuinam, per eius (nempè Beati Ladislai) merita, ſecundùm poſtulata Præclari Magiſtratus, deſignamus die tertia Maij, hoc eſt Dominica tertia poſt Paſcha hora ſecunda poſt meridiem, in cius Vigilia Proceſſionem generalem, in qua eiuſdem Imago ex Eccleſia Collegiali Sancti Ioannis, ad Reuerendos Patres Bernardinos portabitur: invitamus Nobilem, & Præclarum Magiſtratum Varſauienſem, uti & omnes Religioſos cuiuſcumque Ordinis pro hac generali Proceſſione; De Confraternitatum etiam zelo, & feruore non dubitamus, quod & eæ alijs diebus inuitatæ, adeſſe non intermittent. Quarta Maij, dies obitus eius cum conueniente celebrabitur ſolemnitate; Per octauam autem ad placandam Diuinam Maieſtatem, hora nona cum expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti celebrabuntur Miſſæ Votiuæ, cum quotidianis concionibus. Vltra hoc Miſſæ votiuæ ſolitæ diebus Dominicis in Cappella eius approbantur ad hanc intentionem eo uſque, donec Maieſtas Domini Dei Noſtri placabitur, & plagas propter pœnitentiam noſtram auertere dignabitur; quare pro meliori fide manu propria ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro muniri iuſſimus. Datum Varſauiæ die decima octaua menſis Aprilis, Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo quinto.

§. 69. Conſenſus præſtitus ab Ordinario loci pro dicta Proceſſione peragenda.

Stephanus Vvierzbovvski Officialis Varſauienſis manu propria.

Demum in eodem Libro ſub anno milleſimo ſeptingenteſimo octauo aliud Edictum ſequitur, & eſt tale.

Stehanus de Magno Chrzæſtovv Vvierzbovvski Gneſnenſis, & Varſauienſis Cantor, Decanus Plocenſis, Canonicus Poſnanienſis, Varſauienſis, & per Ducatum Maſouiæ Officialis &c.

Efficax Inſtrumentum ad punienda delicta noſtra (Peſtis contagioſa) in proprijs Diuinis Manibus nobis ſolùm pro admonitione à longe monſtratum, probauit nos, vtrùm fideliter Deum amaremus, vtrum timore filiali timeamus; Potentem nos fortiter punire; dederat timentibus ſe Dominus præmonitionem, vt fugiant à facie Arcus, ſed non fugiebamus confiſi Patronis; Verùm confugiebamus per Patronos in primis ad Clementiſſimam indignabundi

P Dei

Dei Matrem, ad Sanctum Rochum, ac *Beatam* Ladislaum, hoc in caſu præcipuos Patronos, per quorum interpoſitionem venit mitigatio à Maieſtate Diuina ſeueræ iræ eius. Pepercit nobis Dominus, & ſagittas ira Dei imbutas confregit: maiorem earum partem in Ciuitates vicinas emiſit, & nedum ceſſat; diſperſit tot millia hominum, & diſpergit adhuc; nobis autem longe peſoribus miſericorditer hucuſque parcit. Hæc Miſericordia ſupra merita noſtra nobis præſtita, quærit, vtrum ſimus pro tantis beneficijs grati. Monſtremus nunc ſincerè, corde, ore, & opere cum alacritate, ad quod dies quarta Maij, Dominica quarta poſt Paſcha, hora ſecunda poſt meridiem, die obitus Glorioſi Serui Dei Beati Ladiſlai, Patroni Ciuitatis Varſauienſis, in multis caſibus experti, deſignamus in Eccleſiam Patrum Bernardinorum in Suburbio Cracouienſi dicto, apud Sanctam Annam, vbi huius Serui Dei Vita, & obitus fuit, vbi etiam Sacræ eius Reliquiæ depoſitæ, generalem Proceſſionem ex Eccleſia Collegiali Sancti Joannis Baptiſtæ ad Eccleſiam ſupradictorum Patrum, pro qua inuitamus Illuſtriſſimos Prælatos Seculares; (de Religioſorum Reuerendorum Conuentuum zelo non dubitamus, quod ſe ſiſtent inuitati) vti etiam Præclarum Magiſtratum Varſauienſem in publicis neceſſitatibus pro ijſdem ſupplicationibus inuitamus; habemus etiam ſpem de zelo, & pietate Confraternitatum, quod & eæ vocatæ, ac inuitatæ diebus aſſignatis intereſſe non recuſabunt. Deuotio hæc durabit per totam octauam cum Proceſſionibus, & concionibus ante meridiem hora nona, poſt meridiem autem quotidie hora quarta: Erunt ſupplicationes lingua Polonica in Cappella *Beati* Ladiſlai. Gratias agemus Domino Deo per hunc Sanctum *Patronum*, quod nos à grauiſſima plaga contagioſæ Peſtis liberare, & conſeruare dignatus ſit, & vt vlterius conſeruare dignetur, vti etiam humiliati ante Diuinam Maieſtatem rogabimus, mendicando concordiam Principum Chriſtianorum, ac vt Pacem deſideratam afflicto Poloniæ Regno miſericordioſiſſimè donare dignetur. Hoc autem Inſtrumentum datum eſt Varſauiæ die 27. Aprilis anno Domini 1708.

§.70. *Alia Proceſſio peracta anno 1708. ad Eccleſiam Beati in die obitus eius iuſſu Ordinarij loci.*

Vvierzbovvski Officialis Varſauienſis manu propria &c.

§.71. *Seruo Dei tributus* Beati *titulus ab Hiſtorico.*

Ex Libro, cui Titulus = Triplex ſpeculum Perfectionis = Auctore Patre Ludouico Miskic, Poſnaniæ impreſſo anno 1736. cuius particula compulſata eſt in Proc. fol. 661. terg. ad fol. 662. = Apud Patres Bernardinos clareſcit Varſauiæ, ab anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto *Beatus* Ladiſlaus Gielniovvius &c.

§.72. *Ac etiam titulus* San*cti ab alio Hiſtorico.*

Ex libro, cui Titulus = Mundus in omnibus ſuis partibus = Auctore Vladiſlao Lubinski, impreſſo Vratiſlauiæ anno 1740, cuius particula compulſata habetur in Proc. fol. 662. terg. ad fol. 663. = Gielniovv celebre bonis cereuiſijs, & Glorioſum origine *Sancti* Ladiſlai Gielniovienſis Ordinis Bernardinorum &c.

CA-

CAPVT IV.

Num. 25. Particulæ ex authenticis documentis, in quibus Seruus Dei Titulo *Beati*, *&* *Sancti* condecoratur.

Probatio antiquiſſimi Cultus, quæ depromitur ex authenticis documentis tàm antiquis, quàm recentioribus, in quibus dictus Dei Seruus cum Titulo Sancti *, vel* Beati *ſemper condecoratur, in Proceſſu formiter compulſati.*

Ex antiquis Chronicis Prouinciæ Poloniæ, ex Summario præcedentis Cauſæ Poſitionis ſuper Signatura Commiſſionis Reaſſumptionis Cauſæ pag. 55., & ſequenti ibi &c. = Chronicorum Tria volumina à Reuerendo Patre Cuſtode Varſavienſi producta, per me Staniſlaum Zaremba collationata fideliter, de quibus ſupra &c. continet vt videlicet.

§. 1. *Paſſim & quandocumque de Seruo Dei fit mentio, appellatur, & condecoratur titulo* Beati.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo celebratum eſt Capitulum per Patrem Marianum Varſauiæ circa Feſtum Sancti Michaelis, vbi nouiter *Beatus* Pater Ladislaus de Gielniovv in octauum Vicarium Prouinciæ Poloniæ canonicè electus eſt &c.

Tandem ſequenti anno Domini, ſcilicet anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono in loco Præuorſcenſi præfatus Pater Ludouicus celebrauit Prouinciale Capitulum, vbi & reelectus eſt in Prouincialem Prælatum, & ibi factę erant aliquæ ordinationes, præcipuè contra inſolentes Fratres: & electus eſt *Beatus* Ladiſlaus diſcretus Prouinciæ pro Capitulo Generali; Beatus Pater Angelus de Clauaſio in decimum octauum Vicarium Generalem in tertio Capitulo, quarta vice eſt electus in loco Sancti Donati apud Vrſinum celebrati vigeſima octaua Maij anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, & ordinis ducenteſimo octuageſimo ſecundo, *& paucis interiecta* = Et tandem veniens *Beatus* Ladislaus de Capitulo Generali celebrauit Varſouiæ Capitulum Fratrum Tertium ſui triennij, vbi tertiò electus eſt Vicarius Prouinciæ Poloniæ nonus Pater Michael Balde Ruſſia &c.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto. Pater Ioannes Vitreatoris Vicarius Prouinciæ celebrauit Capitulum Prouinciale pro Feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ in Magno Opatovv, vbi *Beatus* Pater Ladislaus de Gielniovv in vndecimum Vicarium Prouinciæ Poloniæ poſt diuiſionem Prouinciarum, in ſecundum triennium canonicè electus eſt, & vix ſoluto Capitulo venit Cracouiam Venerandus Pater Frater Gabriel de Caſtello Com-

miſſarius quartus à diuiſioue Prouinciarum Italicus Vicarius Generalis, vir doctus, ac Religioſus. Hic omnia Loca Prouinciæ viſitauit. Demum anno ſequenti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo pro Feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ Capitulum Prouinciale Varſauiæ congregauit, vbi Ladislaus præfatus eligitur in Vicarium Prouincialem &c.

Anno Domioi eodem milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octauo non eſt celebratum Capitulum Prouinciale certis de cauſis &c. *& paucis interiectis* = Quia *Beatus* Ladislaus exiuerat de Prouincia cum diſcreto ad Capitulum Generale, quod celebratum eſt Mediolani die duodecima Iulij anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octauo, Ordinis verò ducenteſimo nono &c.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono *Beatus* Ladislaus Capitulum Prouinciale pro Feſto Corporis Chriſti celebrauit Varſauiæ; in quo Pater Ioannes Vitreator in duodecimum Vicarium Prouinciæ Poloniæ poſt diuiſionem pro ſecundo triennio electus eſt &c.

§. 2. Heroica Beati Obedientia, ac item perſeuerantia in laboribus pro gloria Dei vſque ad mortem, com modo ſibi propoſita inuictè reſpuens.

Eodem anno videlicet milleſimo quingenteſimo quarto veniens de Capitulo Generali Frater Lucas, Prouinciæ Capitulum celebrauit Cracouiæ pro Feſto Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis, vbi & reelectus eſt. Intererat eidem Capitulo Pater *Beatus* Ladislaus ſenio iam confectus, cui Patres voluerunt indulgere, ne officijs grauaretur, & miſerunt ad eum Patres Diffinitores Patrem Stanislaum Slupe vt eligeret ſibi locum, vbi vellet morari, & darent ſibi gratum Seruitorem. Ille reſpondit alta voce, & tubali, quam habuit. *Pater Stanislae amore Dei, quid dicitis? Ego promiſi obedientiam vſque ad mortem, quare ergo deſideratis à me, vt facerem voluntatem meam, locum, & Officium mihi eligendo? volo in obedientia mori; faciant de me Patres quicquid volunt, paratus ſum omnia exequi, quia modò ſentio vires in me, & poſſum omnia in eo, qui me confortat &c.*

§. 3. Bonus pretioſæ mortis Beati.

Et paulò poſt eodem anno videlicet milleſimo quingenteſimo ſexto Reuerendus, ac *Beatus* Pater Ladislaus de Gielniovv Prędicator feruentiſſimus, in officio Guardianatus exiſtens, ac raptus extaticos in Deum ſępè numerò expertus, plenus dierum, omnibus Sacramentis munitus, quarto nonas Maij vitam pręſentem in ęternam commutauit Varſauię in loco Fratrum Sepultus, clarus innumeris Miraculis &c. Recenſentur poſteà in hiſce Chronicis eadem miracula, & eodem ordine, quo referuntur à P. Ioanne Komorrouio regiſtrata ſupra *cap. 3. num. 24. §. 7. vſque ad* 14.

Ex actu, ſiuè Inſtrumento ſubleuationis Oſſium Beati, quæ facta fuit anno 1572. *Proc. fol.* 599. *terg. ad fol.* 602., *ibi &c.* = Demum pręfatus Religioſus Admodum Reuerendus Matthęus Roznerski Procurator eiuſdem Cauſę coram Per-Illuſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtulico, preſente Generoſo Sub-Promotore Fidei, & Teſtibus produxit extractum de ſubleuatione Oſſium Beati Ladislai ex actis Prouincię Minoris Polonię officiosè excerptum de eo tenore.

Martinus de Zeromin Zeromski Archidiaconus, Vicarius in Spiritualibus, & Officialis Generalis Cracouienſis Prępoſitus Kielcenſis.

Vni-

Vniuerſis, & ſingulis, quorum intereſſe poterit ſignificamus, & ad notitiam deducimus, quomodo coram nobis, & publico Notario infraſcripto comparentes perſonaliter Religioſi Patres Ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia Frater Petrus Glıski Cuſtos, & Guardianus Conuentus Stradomienſis ad Cracouiam, & Frater Thomas Glattz Sacrę Theologię Lector Generalis, Prouincię Minoris Polonię Secretarius, & Archiuiſta iuratus Libros duos compactos ex Archiuio Conuentus pręfati Stradomię ad Cracouiam ſiti deſumptos, & deportatos exhibuerunt, & produxerunt, eoſdemque reuideri, & quod non ſint vitiati, & ſuſpecti in veſtigari, ex iiſdemque puncta quædam, ſeù excerptus ad Proceſſum Beatificationis Venerabilis Serui Dei Ladislai de Gielniovv neceſſaria tranſumi, & tranſcribi mandari petierunt; quorum petitioni, vti iuſtæ, benignè annuentes, viſis, & diligenter inſpectis, & accuratè perluſtratis binis voluminibus, eoſdem non vitiatos, nec cancellatos, nec in vlla ſua parte ſuſpectos, & fidem indubitatam merentes adinuenimus, ex iiſdemque puncta per nos de verbo ad verbum perlecta in præſentia noſtri deſcribi mandauimus. Et quidem ex primo libro theca viridis coloris pergamenea compacto ſub Intitulatione tali = Topographia ſpecialis prouinciæ Polonæ Anno Virginei Partus milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, in quo libro pagina quadrageſima octaua continentur ſequentia.

§. 4. Libri duo editi anno 1597., ex Archiuo conuentus Stradomienſis exhibiti ſunt coram Rmo Vicario Generali Cracouienſi.

§. 5. Qui illos integros repertos, & recognoſcens, ſequentes particulas ex iiſdem tranſcribi mandauit.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Dominica in Albis, tempore Sereniſſimi Regis Poloniæ Sigiſmundi Auguſti Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Stanislaus Karnkovvski tunc temporis Epiſcopus Vladislauienſis, & Pomeraniæ, nunc verò Archiepiſcopus Gneſnenſis, tum Diuinæ Maieſtatis inſpiratione, tum Populari ad Sepulchrum *Beati* Patris Ladislai deuotione ſæpe numerò conflati, & Miraculorum coruſcatione m otus, accedente ad id ſpeciali conſenſu, & permiſſione duorum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatorum, videlicet Reuerendiſſimorum Comendonis Cardinalis, & Vincentij Portici tunc temporis in Regno Polonie, ſiue in Aula Regis Varſauiæ exiſtentium, Reliquias, ſiue oſſa ſupramemorati *Beati* Patris Ladislai leuauit, & in alium locum aptiorem, ſeu decentiorem, nempe prope Altare maius, cum ea, qua decet reuerentia repoſuit, & tranſtulit, tempore Guardianatus Reuerendi Patris Fratris Nicolai Roxolani, in præſentia multorum Senatorum, & Baronum Regni, ac diuerſi ſtatus hominum tunc temporis pro Comitijs generalibus Regni Varſauiæ congregatorum. Factumque eſt ad maius Altare in dextera parte Chori de lapide quadrato monumentum, cum ſupereminentia ſculpturæ, quæ induſtria Artificis manus in modum Effigiei totius Corporis effecit. Item ex volumine ſecundo compacto theca papyracea continuationem Libri primi Topographiæ Prouinciæ Polonæ in ſe continente pagina centeſima decima hæc habentur = Ad repoſitionem Sacrarum Reliquiarum *Beati* Ladislai repoſita eſt Tabula plumbea cum Sacris Oſſibus cum tali Inſcriptione.

§. 6. Præuia facultate duorum Apoſtolicorum Legatorum Commendonij, & Portici facta eſt anno 1572. cum ſolemni pompa Eleuatio Corporis Beati ex humili in decentiorem locum prope Altare maius, & Seruus Dei Beatus *appellatur.*

In

In Nomine Domini. Amen.

Ad laudem, & gloriam Dei Omnipotentis, qui eſt glorioſus in Sanctis ſuis, necnon ad perpetuam rei memoriam Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Dominica in Albis facta eſt ſubleuatio ſolemnis Sacrorum Oſſium *Beati* Patris Ladiſlai à Gielniovv per Reuerendiſſimum Dominum Stanislaum Kamkovvski Dei gratia Epiſcopum Ladislauienſem, & Pomeraniæ de licentia Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum Comendonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Vincentij Portici pro tunc Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ad Sereniſſimnm Regem Poloniarum Sigiſmundum Auguſtum à Latere Nuntiorum, præſentibus multis Baronibus Regni (erat enim Comitiorum tempus) facta ſunt autem hæc tempore Guardiani Reuerendi Patris Fratris Nicolai Roxolani. Poſt multos autem annos volentes Fratres, & maiori huius *Beati* Patris honori, & tutiori Sacrorum Oſſium conſeruationi conſulere, de licentia Illuſtriſſimi Franciſci Simoneti Nuntij Apoſtolici, Reuerendo Patre Bonauentura Miniſtro Prouinciali præſente, in Tumbam ſtamneam ea repoſuerunt, poſcentes eius Sanctiſſimus pro ſe, Prouincia, Regnoque ad Deum orationes Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo die ſecunda Octobris tempore Guardiani Patris Fratris Stanislai Kdriarski.

Quæ omnia, & ſingula, vt indubitatum vbi vis locorum fidem habeant, manu noſtra præſentes ſubſcripſimus, & ſigillo communiri mandauimus. Acta ſunt hæc Cracouiæ in Palatio ſolitæ Reſidentiæ Canonicalis die vigeſima ſexta menſis Ianuarij Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo octauo.

Martinus Zeromski Archidiaconus, & Officialis Generalis Cracouienſis manu propria.

Loco ✠ ſigilli.

Et quia Ego Ioſephus Conſtantinus Zeglazdovvski publicus Sacra Auctoritate Apoſtolica Diœceſis Cracouienſis Notarius, reuiſioni ſupradictorum Librorum coram ſupranominato Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Officiali Generali Cracouienſi productorum præſens interfui, puncta ex ijſdem excerpta collationaui, & concordare adinueni fide publica iurata recognoſco.

Ex Diplomate Sixti V. expedito anno 1586., *Proc.fol.*612. *ibi* = Succeſſiuè dictus Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Matthæus Aeznerski Cauſæ præſentis Procurator produxit Diploma Apoſtolicum felicis recordationis Sixti Papæ Quinti ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus verò anno ſecundo, in quo quidem Diplomate hæc particula recenſetur.

§. 7.

Sixtus V. condecorat Seruum Dei titulo Beati.

Prætereà cum Oppidum Varſauiæ Poſnanienſis Diœceſis, in quo Generalia Comitia totius Regni Poloniæ haberi ſolent, Venerandumque Corpus *Beati* Ladislai in Eccleſia Domus eiuſdem Sanctæ Annæ ipſius Oppidi dicti Ordinis reconditum eſt celeberrimum ſit, & Inſigne &c.

Depo-

Depoſitio primi Periti Scriptoris ſuper antiquitate dicti Diplomatis, Proc. fol. 556. & ter. ibi = Demum produxit idem Religioſus, qui ſupra, Matthæus Roznorski Procurator Cauſæ Bullam, ſeu Diploma Romanum ſub datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto decimo Kalendas Octobris, Pontificatus Anno ſecundo ſanctæ memoriæ Sixti Papæ Quinti ſub plumbo editum, quod ſic incipit = *Ex incumbenti nobis deſuper &c.* in quo habetur erectio Confraternitatis Sanctæ Annæ in Eccleſia honori eiuſdem Sanctæ dicata, Varſauiæ apud Religioſos in Chriſto Patres Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, vulgò Bernardinos nuncupatos, de quo Priuilegio, ſeu Diplomate ſimiliter, vt ſupra à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico interrogatus ita reſpondit = Quantum mea experientia obſeruare, & capere poteſt, iudico eiuſdem Diplomatis characterem eſſe vetuſtum, & obſoletum, & ex alijs circumſtantijs, vtpote quia ſimiles characteres vidi, legi, & obſeruaui, adeòque credo, illud eſſe ſcriptum de anno vt ſupra expreſſo.

Depoſitio alterius Periti Scriptoris ſuper eiuſdem Diplomatis antiquitate, Proc. fol. 570. ter. ad fol. 571. ibi = Demum prædictus Religioſus in Chriſto Pater Matthæus Rozneiki &c. commoſtrauit Diploma Romanum, quod incipit = *Ex incumbenti nobis deſuper &c.* Sub datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, decimo Kalendas Octobris, Pontificatus anno ſecundo ſanctæ memoriæ Sixti Quinti ſub plumbo editum, de quo Diplomate interrogatus fuit ſimiliter à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, ita *reſpondit*.

Hoc documentum pergameneum eſt Bulla felicis recordationis Sixti Papæ Quinti &c., vt ex lectura eius apparitionis expedita cum plumbo appenſo, in quo ex vna parte ſunt duæ facies humanæ barbatæ, ex altera verò parte hæc verba = *Sixtus Papa Quintus*, quæ Bulla eſt illæſa, & nullo vitio eamdem laborare aduerto, vt quilibet videre poteſt, & credo illam eſſe conſcriptam de anno in tenore ipſius expreſſo, videlicet milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto, vt ipſamet forma characterit edocet.

§. 8.
Periti Scriptores judicant d. Diploma exaratum fuiſſe anno 1586., prout in ipſo adnotatur.

Ex Atteſtatione authentica facta per Reuerendiſſimum Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Ioannis Baptiſtæ Varſauien. anno 1603., Proc. fol. 612. ter. ad fol. 613. ibi = Item idemque ſopra Procurator Cauſa coram prælibato Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus exhibuit authenticum Teſtimonium Reuerendiſſimi Capituli Varſauienſis ſuper eo tenore.

§. 9.
Rmum Capitulum Varſauien. teſtatur de publico cultu Seruo Dei exhibito, & cum titulo Beati.

Venerabile Collegium Prælatorum, & Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Ioannis Baptiſtæ Varſchouiæ in Diœceſi Poſnanienſi. Omnibus quorum intereſt facimus notum, & atteſtamur Ciuitatis noſtræ Varſchouienſis Incolas, atque adeò vicinorum Locorum homines, *Beatum* Ladislaum Polonum de Gielniovv Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia in Eccleſia Varſchouienſi Tituli Sanctæ Annæ Cœnobio Fratrum Ordinis dicti

adia.

adiacenti tumulatum ſingularis Sanctitatis, dum adhuc viueret, Virum ſingulari proſequi Cultu, eiuſdem Sepulchrum maximo concurſu frequentare, imploratam illius opem quamplurimos experiri, ac de mirabilibus, quæ in eo viuo Deus operatus eſt, & mortuo operatur, adhuc non à paucis referri. Quæ cum non obſcura Sanctitatis ipſius videremus argumenta, zelo nominis illius magis, ac magis illuſtrandi ducti haſce Atteſtationes noſtras rogati libenter concedendas duximus, & conceſſimus. Quibus maioris fidei cauſa ſigillum Capituli noſtri ſubimprimi mandauimus. Datum Varſchouiæ in Capitulo noſtro partiali die decima tertia Ianuarij Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo tertio.

Andreas Roſſacki Decanus, & Præſidens Eccleſiæ Collegiatæ Varſchouienſis ſuo, & aliorum Confratrum nomine ſubſcripſit.

Loco ✠ ſigilli &c.

Ex alia ſimili Atteſtatione facta per Magiſtratum Varſauienſem dicto anno 1603., Proc. fol. 613, ad fol. 614. ibi = Deinde ſupradictus Religioſus Admodum Reuerendus Procurator Cauſæ monſtrauit authenticam Atteſtationem Nobilis, & Spectabilis Magiſtratus Varſauienſis in hunc qui ſequitur ſenſum.

§. 10. *Idem teſtatur Magiſtratus Varſavien. cum eadem appellatione* Beati.

Pro-Conſul, & Conſules Ciuitatis antiquæ Varſchovienſis. Vniuerſis, & ſingulis harum notitiam habituris præmiſſa officiorum noſtrorum diligenti commendatione hiſce Litteris notum facimus. Cum manifeſtum ſit: ſi quis veritatem quæſitam tacuerit, vel non clarè, & planè iuxta Interrogationem factam depoſuerit, & conteſtatus fuerit, is videtur ipſam opprimere, ob quod tutius eſt eamdem de ipſo fonte iuſtitiæ defendere, quam de riuulis quærere, & opprimere. Proinde & nos ea contemplando, & quæ non ſolùm per publicam iuſtitiam, famamque, verùm etiam reipſa oculis ſubiecta cognouimus, explorauimuſque, & dignum, & iuſtum eſſe iudicamus, vt ea, quæ eternum decus, laudemue nominis Diuini in Sanctis eius comparant, ſcriptura tradere, ac ad notitiam hominum inſpectis ſignis, miraculis, & monumentis deducere, prout præſentem atteſtamur, & candidæ zelo deuotionis, bonaque affectione fatemur *Beatum* Ladislaum Polonum de Gielniovv Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia in Eccleſia Sanctæ Annæ cis mænia Ciuitatis noſtræ Diœceſis Poſnanienſis Sanctitate, & Miraculis, quæ ad honorem ipſius à multis annis memoriam quoque hominum excedentibus, tumulatum, Maieſtas Diuina operari dignata eſt, ac vſque modo operatur clarum magis, ac magis clareſcere, beneficia à diuerſis, qui opem illius in Dei nomine implorant, hominibus obtineri. Quæ ſanè Sanctitatis illius cùm ſatis euidentia ſint argumenta, honorque accreſcat, in primiſque Deus Maximus à Fidelibus benedicatur, præſentes rogati, ac requiſiti, libenter dandas duximus, & dedimus. Datum Varſchouiæ in Polonia ſub ſigillo Ciuitatis die decima quinta Ianuarij anno Domini milleſimo ſexcenteſimo tertio.

Thomas Chavulos Pro-Conſul Ciuitatis antiquæ Varſchouiæ.

Ioannes Lyſtez Conſul Ciuitatis antiquæ Varſchouiæ manu propria.

Ni-

Nicolaus Maxyan Sacræ Regiæ Maieſtatis Apothecarius Conſul antiquæ Varſchouiæ.

Simon Vvythuriski Ciuitatis Notarius.

Loco ✠ ſigilli.

Depoſitio primi Periti Scriptoris ſuper antiquitate dictarum Atteſtationum, Proc. fol. 556. t. & ſequenti ibi = Tandem ſæpeſatus Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski &c. exhibuit bina Teſtimonia originalia, primum quidem Reuerendiſſimi Capituli Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Varſauienſis Sancti Ioannis Baptiſtæ ſub die decima tertia menſis Ianuarij anni Domini milleſimi ſexcenteſimi tertij manu Perilluſtris olim Koſſacki Decani, & Præſidentis eiuſdem Capituli ſubſcriptum, & Sigillo communitum, & alterum Nobilis, & Spectabilis Magiſtratus huius Ciuitatis Varſauienſis ſub die decima quinta menſis, & anni ſupra expreſſorum editum, manibuſque Pro-Conſulis, & Conſulum ſuſbcriptum, & Sigillo pariter eiuſdem Ciuitatis Varſauienſis communitum, ſuper quorum antiquitate ſimiliter Perilluſtris, & Reuerendiſſimus Dominus Iudex Delegatus Apoſtolicus interrogauit, ad cuius verba *reſpondit*.

§. 11. *Primus Peritus Scriptor de antiquitate dd. Atteſtationum interrogatus illas ſcriptas eſſe iudicat anno 1603.*

Prout video, & obſeruo characterem iſtorum Teſtimoniorum, ita credo ex ipſa inſpectione; & ex ratione habita ſcripturæ ſatis vetuſtæ eadem Teſtimonia de tempore, ſeu anno ſupra expreſſo fuiſſe ſcripta &c.

Depoſitio alterius Periti Scriptoris ſuper antiquitate earundem Atteſtationum, Proc. fol. 571. & t. ibi = Denique iam indicatus Religioſus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski &c. præſentauit duo Teſtimonia originalia, videlicet Reuerendiſſimi Capituli Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Varſauienſis Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Nobilis, ac Spectabilis Magiſtratus eiuſdem Ciuitatis Varſauienſis, vtrumque de anno milleſimo ſexcenteſimo tertio ſub propriis ſigillis, & manibus officiosè ſubſcripta; ſuper quorum antiquitate idem, qui ſupra Geneſoſus Peritus Scriptor interrogatus à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico *reſpondit* de eodem tenore = Binas has Atteſtationes in papyro conſcriptas, vnam Reuerendiſſimi Capituli Inſignis huius Collegiatæ Varſauienſis Sancti Ioannis Baptiſtæ; alteram Magiſtratus Ciuitatis huius antiquæ Varſauiæ vtramque cum ſuis ſubſcriptionibus, & antiquis reſpectiuè ſigillis obſeruo datas de anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, & cenſeo illas conſcriptas eſſe à centum, & vltra annis, vt ex ipſa ſpecie characteris, & appreſſione Sigillorum patet, & ideò hoc aſſero, ex quo habeam, vt ſuperiùs innui, continuam praxim videndi, & reuidendi varia documenta, Inſtrumenta, & tranſactiones diuerſis temporibus ſcripta.

§. 12. *Secundus Peritus Scriptor eaſdem cenſet eſſe ſcriptas à centum, & vltrà annis.*

Ex Oratione ad Beatum, quæ incipit = O Felix Pater &c. conſcripta per centum, & vltra annos in Tabula laminea. Proc. fol. 614. t. ibi = Denique iam inſinuatus Religioſus Admodum Reuerendus Procurator Cauſæ coram Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus oſtendit Tabulam lamineam in ſuperficie colore viridi depictam, in qua deſcripta eſt Oratio ad Beatum Ladislaum huiuſmodi.

§.13. Seruus Dei appellatur Beatus *cum ſingulari elogio.*

O Felix Pater *Beate* Ladislae, Pater amabilis, ò Decus Eccleſiæ Catholicæ, feruentiſſime Cultor, & Zelator Laudis Diuinæ, Castarum Animarum Director, & Protector ſingularis &c. Vlterior autem contextus eiuſdem Orationis legi, vt oportet, non poteſt, ex quo prædicta Tabula exeſa rubigine, & nimiùm attrita à parte vtraque nihil penitùs in medio ſui habet nonnulla expreſsè ſcripta verba. Verùm hæc ipſa Oratio de verbo ad verbum legi poteſt in Libro Vitæ Beati Ladislai typo impreſſo, qui præſenti Proceſſui adiungetur, Romamque tranſmittetur.

Depoſitio primi Periti Scriptoris ſuper antiquitate dictæ Orationis, Proc. fol.557., & t. ibi = Deinde ſupra mentionatus Religioſus in Chriſto Pater Matthæus Roznerski &c. præſentauit orationem ad Diuum Ladislaum Gielniouium ſuper Lamina ferrea deſcriptam, quæ ſic incipit = *O Felix Pater Beate Ladislae &c.* De qua, ſeu eius vetuſtate quæſitus fuit à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, ad cuius Interrogationes ſic *reſpondit* = Hanc Tabulam, quæ mihi eſt demonſtrata, veterem quidem obſeruo, temporis tamen antiquitatem taxatiuè aſſignare non valeo, ſed poſſum ſuppoſitiuè dicere, eam à centum, & vltra annis eſſe conſcriptam, prout mihi vſus continuus Litterarum, & Scripturarum inſinuat.

§.14. Primus Peritus Scriptor cenſet Orationem conſcriptam eſſe à centum, & vltra annis.

Depoſitio alterius Periti Scriptoris ſuper antiquitate eiuſdem Orationis, Proc. fol.571. t. ad fol.572. ibi = Tum denique prænominatus Religioſus Admodum Reuerendus Matthæus Roznerski Procurator Cauſæ oſtendit Tabulam ferream colore viridi ſuper inductam, in qua eſt deſcripta Oratio ad Beatum Ladislaum ſic incipiens = *O Felix Pater Beate Ladislae &c.* Super cuius vetuſtate idem Generoſus Scriptor Peritus interrogatus à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, in hæc verba *reſpondit* = Laminam hanc ferream viridi colore ex vna parte depictam video, in qua adeſt Oratio de Beato Ladislao charactere ad inſtar Typi deſcripta, & cenſeo dictam Scripturam exaratam eſſe ab annis circiter centum, vt patet ex forma Litterarum, & characteris, ac ex vetuſtate laminæ, & hoc ideò cenſeo, cùm, vt ſupra dixi, verſor in continua viſione documentorum, & tranſactionum variarum temporibus antiquioribus conſcriptarum.

§.15. A centum annis eandem conſcriptam eſſe iudicat Secundus Peritus Scriptor.

Ex binis aliis Orationibus deſcriptis in Tabula lignea papyro obducta, altera quæ incipit = O Feliciter, conſcripta à nonaginta, & vltra annis, altera verò, quæ incipit = Beate Ladislae, conſcripta anno 1676., Proc. fol.615. ad fol.617. ibi = Præterea toties dictus Religioſus Admodum Reuerendus Cauſæ Procurator coram Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, ac Teſtibus demonſtrauit Tabulam ligneam, ex vtraque parte papyro ſuperinductam, & huc pro recognitione ex Eccleſia Gielniouienſi comportatam, in qua ex vna parte eſt conſcripta Oratio de Beato Ladislao Polonico idiomate, & ſub tali Titulo =

§.16. Nominatur Seruus Dei Beatus, *& Var-*

Oratio ad *Beatum* Ladislaum de Gielniovv, ſingularem Gelnouienſem, Varſauienſem, & Regni Poloniæ *Patronum*.

Poſt-

Poſt quem titulum eodem in ſenſu, & contextu deſcribitur Oratio Polonicè, quæ latinè immediatè ſupra eſt recenſita. Ex altera verò parte eiuſdem Tabulæ altera Oratio taliter intitulatur = Deuotum ſuſpirium ad *Beatum* Ladislaum.

ſauiæ Patronus *Gilnouii, & totius Regni Poloniæ.*

Beate Ladislae, Pater, & Refugium noſtrum, ac felix Patrone ad te confugientium, opemque a te in extrema infelicitate, ac periculis deſiderantium, qui quondam adhuc in hac vita degens, Poloniæ Regnum ab extrema calamitate tuis orationibus defendiſti, iam iam naufragum in hoſtilibus periculis eliberaſti: Videns iram Dei ſeueram in Populum ſuum orationibus, & mortificationibus eam placaſti, & deprecaſti: tunc quando Turcæ, & Tartari in magna multitudine congregati, multis inter ſe Victoriis lactantes, iam enſe, & flammis omnia in Regno Poloniæ cum terra coæquabant, tamquam aliquod deſertum, abſque omni munimento deuaſtabant, conterebant Ciuitates, Oppida, & omnia Latifundia cum Populo glorificante Deum, ſupprimebant centenos mille, noſque variæ conditionis homines in grauem, & intolerabilem ſeruitutem, ac credulitatem rapiebant. Toto Regni Poloniæ Exercitu profligato, tunc quando Polona Patria nullum habuit ſuccurſum, neque iuuamen humanum; cum Tu ad Dominum Deum Omnipotentem clamaſti ab ipſo Cœlo opem deſiderans his verbis = *Parce Domine, parce Populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, & non dominentur ei Gentes perfidæ, & reluctantes Tibi.* Extolle vocem illis verbis ad Deum Omnipotentem pro nobis peccatoribus nunc, quæ eo tempore feruenti interceſſione protuliſti = *Ieſu Nazarene Rex Iudæorum*; Conſurge, conſurge, & contere Gentes barbaras, & dignare tribuere Victoriam Populo Chriſtiano, vt lauderis, & magnificeris Omnipotens Deus in Sæcula Sæculorum Clamaſti *Beate* Pater Ladislae voce Orationis tuæ, pro Populo totius Regni Poloniæ, tunc & Deus exaudiuit orationem tuam, quod Vniuerſum Populum Polonum ſaluum, & incolumem ab omni malo liberauit, fecitque ſigna magna, ac mirifica Portenta inter fluuios, vulgò Prut, & Dnieper nuncupatos, dum barbaras gentes, Omnipotenti ſua vindicta è Cælo, cum ſtrenuis Caſtris totaliter contriuit, & ad nihilum redegit: vt ipſi Pagani notabili clade profligati, fortitudinem Omnipotentis Dei hiſce profitebantur verbis = *Cælum ipſum pro Polonis pugnat.* Ideòque cum hac gente Bellum non oportet; intellexerunt Pater *Beate* Ladislae, ſi tunc potuiſti iram Dei placare, ſeuerè conſurgentem in Polonum Populum propter eius peccata; dum placatus Miſericors Deus, pacem tribuere dignatus eſt, & in inimicos promiſit mortem; ſuo Populo dedit Victoriam, & inimicis contumeliam, & ignominiam; ſuum ouile benedixit, & furiosè rabidos lupos repellit; omne contagium, vim, & potentiam Belli in ipſos Inimicos conuertit, per interceſſionem, & Orationes tuas. Vides Pater *Sancte*, quid & nunc idem inimicus facit Populo Polono; nam omnes eius conatus, & progreſſus, Tibi in Cælis per viſionem Omnipotentis Dei ſunt patetici; rogamus Te *Beate* Pater, vt digneris feruenter pro nobis inſtare ad Deum Vnum in Sanctiſſima Trinitate, & Sacratiſſimam Mariam

§. 17.

Paſſim denominatur Beatus.

Virginem Immaculatam Dei Matrem inſtes, & ad tuos Cæleſtes Conciues inceſſanti inſtantia, vt nobis impetrent tecum ſimul ſuis interpoſitionibus Pacem, & Victoriam, vt poſſimus in deſiderata pace laudem, & gloriam æternæ Diuinæ Maieſtati hic temporaliter exhibere, & pro hoc beneficio gratijs exhibitis, in Cælo, vbi Pax eſt numquam ceſſans, æternum viuere per tuam interceſſionem Amen. Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo, die vigeſima nona Aprilis, ſcriptum.

Depoſitio primi Periti Scriptoris ſuper antiquitate dictarum Orationum Proc. fol. 557. ter. ad fol. 558. ibi = Præterea per dictum Religioſum Admodum Reuerendum in Chriſto Patrem Matthæum Rozoerski &c. Altera Oratio in Tabula lignea Polonico idiomate ſcripta, quæ ſic incipit = *O' feliciter Beate Ladislae &c.* = fuit demonſtrata; & alia, quæ incipit = *Beate Ladislae Pater, & Refugium noſtrum &c.* = in ſecunda parte eiuſdem Tabulæ deſcripta; ambæ dictæ Orationes ſunt in Cartha, ſeu Papyro, vt ſupra mentionatum, Tabulæ ligneæ agglutinatæ cum anni ad ſecundam Orationem, videlicet milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi ſexti, expreſſione, de quibus, ſeu illarum antiquitate interrogatus à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, qui ita *reſpondit*.

§. 18.

Primam ex hiſce binis Orationibus iudicat 1. Peritus Scriptor exaratam eſſe ab annis 90. vel plus.

Primam Orationem ſatis vetuſto charactere ſcriptam eſſe obſeruo, cuius directè tempus antiquitatis dicere nequeo; iudico tamen illam à nonaginta vel pluribus annis eſſe ſcriptam; Quoad alteram cum adnotatione anni ſcilicet milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi ſexti, hanc facilè credo, hoc ipſo anno eſſe conſcriptam, cum mihi id continua praxis viſionis, ac reuiſionis Scripturarum antiquarum, hac in parte indicet.

§. 19.

Alteram verò anno 1676., prout adnotatur in eadem.

Depoſitio alterius Periti Scriptoris ſuper antiquitate earumdem Orationum, Proc. fol. 572. ad fol. 573. ibi = Inſuper idem qui ſupra Religioſus Admodum Reuerendus Matthæus Rozoerski, Cauſæ Procurator produxit Tabulam ligneam Gielniuia hic pro recognitione allatam, & ex vtraque parte papyro ſuperinductam, in qua ex vna parte eſt deſcripta, conſueta Oratio de Beato Ladislao ſic Polonicè incipiens = *O' feliciter Beate Ladislae &c.* = Ex altera pariter Polonico idiomate alia ſic incipit Oratio = *Beate Ladislae Pater, & Refugium noſtrum &c.* = ad quarum recognitionem deueniens Generoſus Scriptor Peritus, & à Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico interrogatus ſic *reſpondit* =

§. 20.

II. Peritus Scriptor iudicat ſecundam Orationem conſcriptam eſſe anno 1676., prout in ipſa adnotatur.

In hac Tabula, quæ mihi ad præſens exhibetur lignea, cui ex vtraque parte eſt agglutinata charta, in vna parte adeſt deſcriptum Polonico idiomate quoddam Deuotum Suſpirium ad Beatum Ladislaum de anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſexto, vigeſima nona Aprilis exaratum, vt in fine Tabulæ adnotatum legitur, & credo ex ipſa facie characteris conſcriptum eſſe de tempore ſuperiùs expreſſo. Pariter ex altera parte eſt alia Oratio de eodem Beato Ladislao conſcripta, quam credo eſſe, pauló anteriori tempore deſcriptam, vt apparet ex ipſa ſpecie, & forma antiquioris characteris, & iſta dico, cum, vt ſupra innui, ſim ver-

uerſitus iniſtis characteribus ex frequenti viſura, & lectura variarum Scripturarum varijs characteribus, qui in vſu de illis temporibus erant, exaratarum, & in Archiuio huius Tribunalis Sacræ Nuntiaturæ exiſtunt, & aſſeruantur.

§.21. *Primam verò exaratam eſſe paulò antiquiori tempore.*

Ex Synodo Prouinciali celebrata Cracouiæ anno 1634., à Sede Apoſtolica approbata, cuius particula Compulſata eſt in Proc. fol.632. ter. ad fol.633. ibi = Item idem dictus Religioſus Admodum Reuerendus Matthæus Roznerski &c. Procurator Cauſæ, coram Perilluſtri Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus produxit Synodum Prouincialem ſub Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino, Domino Ioanne Vveziki Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legato Nato Regni Poloniæ Primate, Primoque Principe Varſaviæ anno Domini milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto, die decima tertia menſis Nouembris celebratam, & Cracoviæ anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto Typo datam, à Summoque Pontifice Vrbano Octauo, die vigeſima Septembris anno Domini milleſimo ſexceoteſimo trigeſimo quinto, vt patet ex Bulla incipieote = *Militantis Eccleſiæ Regimini &c.* = approbatam. In qua capite decimo nono iſta leguntur = Supplicat Synodus Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, vt negotium Canonizationis Beatorum Stanislai Koſthæ Societatis Ieſu, Cunegundis, & Ladislai Ordinis Sancti Franciſci &c. commendatum habeat.

§.22. Beati *titulus tribuitur à Synodo Prouinciali, Seruo Dei.*

Ex Breui Indulgentiæ plenariæ quotannis, die anniuerſaria obitus Beati concedi ſolitæ, edito anno 1747., Proc. fol.663., & ter. ibi = Inſuper toties dictus Religioſus Admodum Reuerendus in Chriſto Pater Cauſæ huius Procurator, coram prædicto Perilluſtri, & Reuerendiſſimo Domino Iudice Delegato Apoſtolico, præſente Generoſo Fidei Subpromotore, & Teſtibus exhibuit Indulgentiam Plenariam quotannis pro die obitus Beati Ladislai concedi ſolitam de eo tenore.

Benedictus Papa Decimus quartus, Vniuerſis Chriſti Fidelibus præſentes Literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ad augendam Fidelium Religionem, & Animarum ſalutem Cæleſtibus Eccleſiæ Theſauris pia charitate intenti omnibus vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Eccleſiam Fratruum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupati Loci Varſavienſis Poſnanienſis Diœceſis ſub Titulo Sanctæ Annæ die quarta menſis Maij à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis diei huiuſmodi deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum Concordia, Hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ Exaltatione pias ad Deum præces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus præſentibus pro vnica vice valituris. Volumus autem, vt ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid, vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die nona

§.23. *Indulgentiæ plenariæ conceſſæ in Eccleſia S. Annæ Varſavien. die anniuerſaria obitus Beati.*

la-

Januarij milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Gratis pro Deo, & Scriptura.

Pro Domino Cardinali Paſſioneo.

Ioannes Florius Subſtitutus.

Loco ✠ Sigilli.

R E V I S A.

Ioannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.

Poſnanien.

CANONIZATIONIS

SERVI DEI

LADISLAI

DE GIELNIOVV

Ordinis Minorum Obſervantium Sancti Franciſci.

ANIMADVERSIONES

R. P. D. Fidei Promotoris.

SUPER DUBIO

An Sententia per Rm̃um Vicarium Generalem Varſavien. Judicem à Sacra Rituum Congregatione delegatum lata ſuper Cultu publico ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, ſivè ſuper caſu excepto à Decretis Sa: Me: Urbani Papæ VIII. ſit confirmanda in caſu, & ad effectum &c.

Em̃e, & Rm̃e Dñe.

1 DUO ſunt, quæ juxta morem, & praxim hujus Sacræ Congregationis examinanda, & diſcutienda ſunt in præinſerto Dubio, *Validitas* ſcilicet Proceſſus autoritate Apoſtolica Varſaviæ conſtructi ſuper aſſerto Cultu immemorabili d. S. D. Ladislai de Gielniovv, & *Relevantia*. Et ſanè quod attinet ad *Validitatem*; nulli exceptioni, aut defectui illam obnoxiam eſſe ingenuè fateor, tantam enim curam, ac ſedulitatem D. Vicarius Generalis Varſavien. Judex Delegatus ab eadem hac Sac. Congregatione adhibuit in compilatione d. Proceſſus, ut ſervatæ ad unguem appareant formalitates, ac ſolemnitates omnes præ-

ſcriptæ, tam à Jure Communi, quàm à Decretis Generalibus, atque noviſſimis.

2 Totum itaque examen reſtringitur ad Relevantiam, ſeu utrùm vel omnes, vel ſaltem ſingulæ aſſerti Cultus ſpecies Servo Dei exhibitæ revera Cultum immemorabilem inducant. Antequam vero de iſtis ſingillatim examen aſſumam, maximum illud prænotare debeo obſtativum, quod veluti conſtat ex omnibus documentis in *Summario*, & Proceſſu allatis, Corpus S. D. Ladislai de Gielnovv poſt ejus obitum ſequutum de anno 1505. ſepultum, & collocatum extitit in communi Sepulchro Fratrum, in eoque jacuit abſque ullo ſigno Cultus publici uſque ad annum 1572., quo ut ſupponitur, ſed legitimè non probatur, juſſu Cardinalis Commendoni elevatum fuit ſupra terram. Hæc autem circumſtantia jugulare penitus videtur præſentem inſtantiam; nam ſi verum eſt, prout denegari nequit, quod Corpus S. D. jacuit ſub humo in Communi Fratrum Sepulchro ſpatio ſexaginta ſeptem annorum, quanti interceſſit ab anno 1505., quo obiit, uſque ad annum 1572., quo idem Corpus Sevi Dei prætenditur ab eodem Sepulchro elevatum, jam patet, quod aſſertus publicus Cultus non aliud initium habere poteſt, quàm ab anno prædicto 1572. ſecutæ elevationis, proindèque caret neceſſario requiſito centenariæ ante Conſtitutionem Urbanam, cum ex calculo aritmetico deſumatur à prædicto anno 1572. uſque ad annum 1634, quo prodiit eadem conſtitutio, intercapedinem ſexaginta duorum annorum ſolummodo interceſſiſſe.

3 Hac præmiſſa animadverſione ſingulas aſſerti Cultus ſpecies diſcutiendas aggredior. Et exordiendo à priori deprompta ex titulo Beati, & Sancti, præmiſſo, quod ejuſmodi titulus utpote qui ut plurimum cadere videatur ſupra Mores, & Virtutes à Servo Dei exercitas, & non ſuper ejus Perſonam, ſapit potius panegyricam laudem Servi Dei, quàm Venerationem, cui inniti valeat caſus exceptus, ut poſt *Scacchum de Not. & Sign. Sanctit. ſect. 1. cap. 8. notat Sanctiſſimus Dominus Noſter lib. 2. cap. 19. num. 9.*, & inſuper prænotato, quod dicti Tituli tam *Beati*, quàm *Sancti* in ore Teſtium, ac in privatis documentis Cultum publicum conſtituere non valent; obſervandum occurrit, quod ſufficienti probatione deſtituta dignoſcitur; Teſtes quippe de ea deponentes, ultra quod non omnes, & in omnibus teſtantur cum requiſitis immemorabilis, ex vulgata præterea, & communiſſima regula, de qua *Sanctiſſimus Dominus Noſter lib. 2. cap. 23. num. 2., & 7.*, ſimplex dumtaxat adminiculum præſtant, minimè vero legalem, & concludentem probationem: Scriptores vero, & Hiſtorici, qui de eodem titulo Beati, & Sancti loquuntur, ſepoſitis modernioribus, qui utpote nimis recentes ad intentum non relevant; Manuſcripta Andreæ Critii, PP. Jo: de Komorrovo, ac Franciſci à Leopoli, cujuſdam Anonymi, & Chronicorum Regni Poloniæ, quæ veluti antiquiora vim aliquam facere poſſent, non merentur attendi, quippe quia nullus adhibitus extitit Peritus ad recognitionem eorum characteris, neque ulla munita ſunt legalitate Notarii ſuper fide eiſdem præſtanda, prout ad conſtituendam probationem in judicio requiri inter alia tradit idem *Sanctiſſimus Dominus Noſter lib. 2. cap. 52. num. 3.* Aſſerta vero epitaphia cum eodem titulo Beati utpote non inciſa antiquiori Sepulchro communi Fratrum, in quo reconditum fuit Corpus Servi Dei poſt obitum; ſed novo Sepulcro, ad quod fuit translatum de anno 1572. occaſione aſſertæ elevationis ejuſdem Corporis, cum non habeant centenariam

ante

ante Conſtitutionem Urbanam, ſed vix excedant 60. annos ante ejus editionem, poterant ommitti.

4 Ejuſdem pariter irrelevantiæ eſſe detegitur altera aſſerti Cultus ſpecies eruta ex Fidelium concurſu ad viſitationem tam antiqui, quàm novi Sepulchri Servi Dei; etenim obſtare videntur ſuperius allatæ exceptiones, quod nempè Teſtes de ea teſtificantes plenam probationem non faciunt ſaltem per centum annos ante Decreta Urbani, & Manuſcriptum P. Komorrovii, utpotè carens recognitione characteris, & legalitate Notarii circa fidem eidem præſtandam, à linea concludentis probationis penitus excluditur. Præterea adnotandum eſt, quod ſimplex concurſus ad Sepulchrum Servi Dei de ſe non inducit publicum Cultum, ſed ſolum privatum, efficacem dumtaxat ad comprobandam continuationem famæ Sanctitatis poſt ipſius obitum, ut juxta Decreta Generalia tradit *Sanctiſſimus Dominus Noſter citato lib.2. cap.2. num.9.*

5 Tertia ſpecies deſumpta ex prætenſa elevatione Corporis Servi Dei de aſſerta licentia Cardinalis Commendoni collabeſcere penitus videtur ex duplici irrefragabili facti circumſtantia; quarum prima eſt, quod de ea nullum affertur authenticum documentum, aut Inſtrumentum, quod in ſimilibus actibus fieri indiſpenſabiliter ſolet, & Scriptores de eadem elevatione tractantes, ultra quod patiuntur ſuprarelatas exceptiones, eorum antiquior ſcripſit ferè triginta annos poſt dictam aſſertam elevationem, ſicuti liquet *præſenti Summario pag.117. ſub* §. 5.; Altera autem circumſtantia eſt, quod admiſſa etiam pro concludenter probata eadem elevatione Corporis, hoc ipſo, quod conſtat, quod ea accidit de anno 1572. excluſa à toto genere remanet centenaria ante Conſtitutionem Urbanam, cum ab anno 1572., uſque ad annum 1634. editionis dictæ Conſtitutionis anni ſolummodo ſexaginta duo effluxerunt.

6 At vero magis irrelevantes eſſe deteguntur quarta, & quinta aſſerti Cultus ſpecies elicitæ ex Altaribus, & Cappellis erectis in honorem Servi Dei, ac ex tabellis votivis, aliiſque donariis eidem oblatis in gratiarum actionem, non ſolum quia carent præſcripta centenaria ante Urbanam Conſtitutionem, ſed eò fortius quia multò poſt elevationem Corporis Servi Dei inceepiſſe dignoſcuntur. Siquidem ex relationibus Peritorum reſultat, quod non ſolum Altaria, Cappellæ, & vota ſunt recentia, ſed inſuper quod multos poſt annos à d. elevatione Corporis Servi Dei fuerint confecta, ſicuti legere eſt, *præſenti Summario num.23. pag.73.* §.16.; ubi quoad Altaria, & Cappellas hæc ait I. Peritus = *Antiquitatem hujus Altaris B. Ladiſlai &c. in Eccleſia Gielnovienſi tempore, & judicio, eſſe factum ab annis ad minimum* 160. = De Cappella vero in Eccleſia S. Annæ Civitatis Varſaviæ, ubi requieſcit Corpus Servi Dei ita teſtatur d. I. Peritus *Summario pag.* 89. §. 36. = *De hac Cappella hoc dico, quod ſteterit jam ab annis* 120. = cum quo ferè concordat alter Peritus *loc. cit.*; Cum vero Peritia peracta extiterit de anno 1747., ducto calculo ab elevatione Corporis Servi Dei de anno 1572., apertè reſultat, quod Altare in Eccleſia Gielnovienſi extructum fuerit de anno 1587., nempè 15. annis poſt dictam elevationem; & Cappella, in qua dicitur requieſcere Corpus Servi Dei, erecta extiterit circa annum 1620., ſcilicet 50. circiter annis poſt prædictam elevationem.

7 Quò verò ad vota, eorum antiquius in Altari Eccleſiæ Gielnovien. exiſtens confectum dicitur à Peritis de anno 1638. *Summario pag.75.* §.27.,

§.27., ibi = *Votum hoc argenteum &c. habet ſuum annum exculptum, nempè* 1638. = *&* §. 29. = *Hæc tabellula &c. in altari Eccleſiæ Gielnovien. cum inſcriptione, & expreſſione anni, fuit ſecundum meum Judicium facta ad minimum ante centum novem annos* = Antiquius ex votis appoſitis ad Altare S.D. Eccleſiæ Varſavien. confectum judicatur à I. Perito ab annis 40.; *Summario pag.*87. §. 29. ibi = *Ex votis eidem B. Ladislao oblatis &c. unum ſolum reperitur quod poteſt eſſe ab annis circiter* 40., *alia autem omnia ſunt recentiora, alia etiam moderna* = cum quo concordat alter Peritus *pagin.*88.§.30. Nec vis aliqua conſtitui poteſt in aſſertione P. Komorrovii referentis ſtatim poſt obitum Vota, & Anathemata delata fuerint ad Sepulchrum Servi Dei; nam ultra exceptiones ſupra propoſitas de defectu recognitionis characteris, & legalitate Notarii, ponderandum eſt, quod ſimplex oblatio Votorum, & Anathematum ad Sepulchrum Servorum Dei non inducit publicum Cultum, ſed ſolum privatum, niſi inſuper oſtendatur, quod illa fuerint ad dictum Sepulchrum appenſa, & retenta; quotidie ſiquidem videmus concurrere Populum ad Sepulchra Virorum cum Fama Sanctitatis defunctorum unàcum oblationibus Anathematum pro gratiarum actione, & tamen quia illa in aliquo ſecreto loco reponuntur, nullum publicæ venerationis ſignum præſeferunt, ut evidenter colligitur ex Decretis Generalibus, in quibus licet prohibeatur retentio Tabellarum, & Anathematum in Sepulchris Servorum Dei, permittitur tamen eas reponi in aliquo ſecreto loco.

8 Sexta aſſerti cultus ſpecies repoſita in retentione lampadum accenſarum ante Tumulum, & aram S. D. orbata dignoſcitur præfinito tempore ad immemorabile neceſſario; nam cum altare in honorem S. Dei extructum extiterit multò poſt ſecutam elevationem ejus Corporis, denegari non poteſt, quod accenſio lampadum ante aram S. D. incęperit à tempore erectionis Altaris, & quamvis aliqui Teſtes *Summario præſenti num.*11. *pag.* 39., *& ſeqq.* referant, quod ſtatim poſt obitum S. D. accendi incęperint Lampades ad ejus Sepulchrum, adhuc tamen cum eorum dicta ſolum adminiculum faciant, neque ullum de hoc afferatur publicum legale documentum concludentiſſimè comprobans prędictam accenſionem lampadum à tempore obitûs S. D., earumque uſque in præſens continuationem, ſpecies præfata contemni penitus debet ad effectum, de quo agitur; quin aliquid ſuffragetur, ut innuitur *in Informatione pag.*29. *circa med.* quædam oblatio cereorum facta Sepulchro. S. D. paucis diebus poſt ejus mortem, cum ex hoc inferri non valeat eorum ibidem accenſio, & inpoſterum non interrupta continuatio accenſionis aliorum cereorum, præſertim cum, ut ſupra adnotavimus, Corpus Servi Dei repoſitum fuerit, & per 67. annos manſerit in Sepulchro non particulari, ſed communi Fratrum, atque ideo inveriſimile videtur, quod ibidem fuerint accenſi.

9 Idem Judicium ferri debet de ſeptima, & octava prætenſi Cultus ſpeciebus, quæ conſurgunt ex Imaginibus Servum Dei radiis, ac ſplendoribus ornatum repræſentantibus, nęc non ex celebratione Miſſarum in honorem ejuſdem; Etenim quoad imagines ſciendum eſt, quod earum antiquior ſita in Eccleſia Gielnovien. metitur tempus 180. annorum, ut refert. I. Peritus *præſenti Summario pag.*74. §. 19. ibi = *Arbitror, & judico, quod hæc Imago B. Ladislai in Altari Eccleſiæ Gielnovien. exiſtens ſit depicta ante annos* 180. = cum quo concordat alter Peritus *pag.* 75. §. 28. de Imaginibus ejuſdem S. D. in Eccleſia S·An-

S. Annæ Varſaviæ ita cenſet I. Peritus *Summario pag.*85. §.14., *&* 15.= *Imago B. Ladiſlai, quæ eſt in Altari infra in Cappella eidem B. Ladiſlao extructa, eſt ab annis* 54., *vel plus depicta &c. Alteram Imaginem, quæ eſt ſupra eam Imaginem in eodem Altari ſuppono eſſe depictam ab annis circiter* 84.= Antiquior ex Immaginibus poſitis in dicto Conventu Varſavien. depicta aſſeritur ab annis circiter 130. à I. Perito *eadem pag.* 85. §. 16. = *Hanc autem imaginem ſuppono, & judico ab annis circiter* 130. *eſſe depictam* = quæ peritia facta ferè extitit à ſecundo Perito legen. *præſenti Summario pag.*86., *&* 87. ideoque calculando tempus à præd. Peritis Imaginibus S. D. præfinitum, habetur, quod earum antiquior ab annis 180. ante eorum relationem ſecutam de anno 1747. depicta, numerat tantummodo annos 73. ante toties dictam conſtitutionem Urbanam.

10 Ad Miſſarum celebrationem quod attinet, ultra quam quod fatentur & ipſi Poſtulatores, quod hæc inceperit à ſępèdicta elevatione Corporis S. D., prout legitur in informatione *pag.*31. §. 79.; animadverti etiam debet, quod hæc Miſſarum celebratio adſcribi nequaquam poteſt cultui, ac venerationi S. D., cum iſtæ recitentur ritu currenti juxta Rubricam, nec in eis ulla fit de S. D. Commemoratio, ſicuti referunt Teſtes *præſenti Summario num.*13. *pag.*45. §. 2. ibi = *Propriæ Miſſæ de hoc B. Ladiſlao non ſunt, ſed tam in die obitus dicti B. Ladiſlai Miſſæ celebrantur juxta Rubricam incidentem eodem die, & feſto, quàm etiam & aliis temporibus ſimiliter celebrantur de tempore* = *&* §.6. ibi = *Officium, & Miſſam propriam non habet* =

11 Ex iiſdem rationibus parvipendendæ quoque ſunt nona, & decima aſſerti Cultus ſpecies depromptæ ex quibuſdam orationibus deſcriptis in honorem S. D. cum titulo Beati, & à Fidelibus recitari ſolitis; necnon ex Feſti celebratione in ejuſdem venerationem; cum Periti ad recognitionem orationum vocati eas dijudicent confectas vel 100. vel 90. abhinc annis, ut legere eſt *præſenti Summario pag.*122. §. 14. *&* 15., *& pag.*124. §. 18. *ad* 21.; Feſtivitatis autem celebratio ex Teſtium dictis valde diſcordantibus reſultet, initium habuiſſe, vel ab elevatione Corporis, ut ait Teſtis I. *Summario pag.*56. §. 4. ibi = *Eadem Solemnitas incæpta eſt ab elevatione Corporis d. B. Ladiſlai* = vel ab erectione Cappellæ de anno 1620., ſicuti recenſent Teſtis V. *Proceſ. fol.*269. ibi = *Iſtam Feſtivitatem incępiſſe ab erectione Cappellæ circa annum* 1620. = & Teſtis X. *Summario pag.*59. §.16. ibi = *à quo autem tempore hæc devotio cæperit, audivi ab hominibus grandævis, quia ſtatim poſt ædificationem Cappellæ* =

12 Adverſus tandem undecimam, & ultimam aſſerti Cultus ſpeciem deſcendentem ex venerationoe reliquiarum S. D., earumque publica expoſitione, militant eędem exceptiones defectus ſcilicet centenariæ, ac concludentis probationis; Nullum quippè affertur legale documentum, ex quo erui valeat certi temporis initium ſupradictæ venerationis, ac expoſitionis; Teſtes porro eam enarrantes ſunt inter ſe valdè diſcordes: Etenim horum aliqui *præſenti Summario num.*20. ſupradictam venerationem, ac expoſitionem initium habuiſſe narrant ab elevatione Corporis S.D. de anno 1572., ut ait Teſtis I. *pag* 60. §.2. ibi = *Dicta expoſitio Reliqaiarum, & veneratio ſumpſerat initium ab elevatione Corporis d. Beati Ladiſlai* = & Teſtis IV. *pag.*61. §.5. ibi = *Audivi &c. quod veneratio iſtarum Reliquiarum à ſublevatione Corporis prędicti Beati Ladiſlai incęperit* = Teſtis autem X. reliquiarum S. D. ve-

ne-

nerationem incepiſſe, ait tempore erectionis Cappellæ *dicto Summario pag.62. §. 10. = Audivi &c. quod hæ reliquiæ ſtatim poſtquam fuerit extructa Cappella in honorem B. Ladislai ibi fuerunt depoſita* = ideoquæ ſive ab aſſerta elevatione Corporis S. D. ſecuta de anno 1572., ſivè ab erectione Cappellæ in ejus honorem erectæ de anno 1620. deſumi velit aſſerta veneratio Reliquiarum, ſemper immotum remanet, quod eadem veneratio deſtituta ſit requiſito centenariæ ante conſtitutionem Urbanam, prout ponderanti, & calculanti manifeſtiſſimè patebit.

13 Ex hiſce omnibus uſque modo expoſitis manifeſtè apparet in Cauſa Ven: S. D. Ladislai non verificari cultum centum annorum ante Decreta Urbani VIII., ac proindè locum non eſſe confirmationi Sententiæ, prout petitur in præinſerto dubio.

14 Quoniam vero in fine Informationis ſupponunt Poſtulatores concurrere in dicto Servo Dei Cultum quoque ex Indulto Apoſtolico, eumque eruendum eſſe contendunt tum ex Bulla Sixti V., qui Ladislaum *Beati* titulo condecorat; tùm ex eo, quod Cardinalis Commendonus, cujus juſſu aſſeritur facta ſupradicta elevatio, in ſua legatione Pontificia habebat facultatem omnia gerendi Sedis Apoſtolicæ nomine; hinc cogor aliqua hic ſubjungere.

15 Et quidem quod attinet ad Bullam Sixtinam animadvertendum propono, quod hæc expedita apparet ad alium finem, & enunciativa ibidem facta de S.D. cum titulo Beati concludere nequit publicum Cultum ex Indulto Apoſtolico ex eo inconcuſſo Juris principio, quod ubi Bulla, ſeù Breve Apoſtolicum enunciativè ſolummodo appellat aliquem S. D. cum titulo B., nullum erga eum inducit dictum publicum Cultum, prout egregiè admonet *Sanctiſſimus Dominus Noſter cit. lib.2. cap.20. num.2.* ibi = *Neque Breve Apoſtolicum, ſive Indultum ſufficere, in quo Summus Pontifex aliquem Dei Servum tantùm enunciativè, ut ajunt, appellat Beatum, multo autem minus ſi enunciatio ipſa extet in Brevi vel diplomate ad alium finem exarato* =

16 Quod verò ſpectat ad id, quod ſubjungebatur de elevatione Corporis facta à Cardinali Commendono pleniſſimam Sedis Apoſtolicæ facultatem habente, precatur reaſſumi ea, quæ diximus in §. *Tertia Species*, ubi demonſtravimus nullum authenticum documentum haberi de facta elevatione, ac proinde nulla concludenti probatione conſtat elevationem factam fuiſſe juſſu, & authoritate dicti Cardinalis, ideoque corruit ſuppoſitio Poſtulatorum contendentium Cultum ex Indulto Apoſtolico eruere ex præfata elevatione.

Quæ dicta fiunt ſub cenſura &c. ſalvo ſemper &c.

L. de Valentibus S. Fidei Promotor.

Poſnanien.

CANONIZATIONIS

B. LADISLAI DE GIELNIOVU

Ordinis Minorum Obſeruantiæ Sancti Franciſci

RESPONSIO

Ad Animaduerſiones

R.P.D. Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An Sententia per Reuerendiſſimum Vicarium Generalem Varſauien. Iudicem à S. Rituum Congregatione Delegatum lata ſuper Cultu publico ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, ſiue ſuper Caſu excepto à Decretis Sa. Me. Vrbani Papæ VIII. ſit confirmanda in caſu, & ad effectum &c.

Eme, & Rme Dne.

1 SEntentiam Reuerendiſſimi Vicarij Generalis Varſauien. Iudicis per hanc Sacrorum Rituum Congregationem Delegati, pronunciantis = *conſtare de Cultu publico eidem Beato Ladislao de Gielniovu à centum, & vltra annis ante promulgationem dictorum Decretorum San. mem. Vrbani Papæ VIII. exhibito, & ad præſens exhiberi* =, ab Eminentiſſimis PP. confirmandam eſſe ſperamus tum propter *Validitatem*, tum propter *Releuantiam*, ſeù Iuſtitiam dictæ Sententiæ, quæ ſunt duo neceſſaria ad hanc gratiam conſequendam requiſita. De *Va-*

liditate conſtat ex noſtra Informatione *cap.* 1. *per tot.*, vbi per diſtinctam Actorum ſeriem oſtendimus, in compilatione Proceſſus Varſauien. nihil prætermiſſum fuiſſe ex ijs, quæ ſeruanda præſcribebantur tum per Ius commune, & per Decreta Generalia, ac Nouiſſima, tum per Litteras Remiſſoriales huiuſce S. Congregationis, proùt non dubitat ipſemet Reuerendiſſimus Fidei Promotor, qui præ ſui animi candore expreſsè profitetur in *Animaduerſionibus num.* 1. = *nulli exceptioni, aut defectui illam obnoxiam eſſe* =. Non minus quoque conſtat de *Releuantia* tum ex deductis in dicta noſtra Informatione *cap.* 2. §. *III.*, tum ex deducendis in hac Reſponſione.

2 Difficultates *in dictis Animaduerſionibus* excitatæ, aliæ reſpiciunt Cultum immemorabilem, ſeù ſingulas ſpecies publici Cultus ab immemorabili tempore Beato Ladislao præſtiti; aliæ verò Cultum ex Indulto Apoſtolico. De hiſce omnibus, vt ea, qua par eſt methodo procedamus, in duobus diſtinctis capitibus agemus: in primo diſcutiemus difficultates, quibus Cultus immemorabilis; in altera verò reliquas, quibus Cultus ex Indulto Apoſtolico impugnatur.

Caput Primum.

De Cultu Immemorabili, ſeù de ſingulis ſpeciebus publici Cultus ab immemorabili tempore Beato Ladislao præſtiti.

3 Antequam Cultum hunc immemorabilem ab Animaduerſionibus vindicemus, precamur æquiſſimos æquè, ac Sapientiſſimos Patres præ oculis habere miſerrimas noſtras iacturas quamplurimorum antiquiſſimorum manuſcriptorum, documentorum, aliorumque jurium exiſtentium in celebri Bibliotheca Conuentus Varſauiæ, in cuius Eccleſia requieſcit Corpus Beati Ladislai, item ionumerarum Tabellarum, Votorum, Imaginum, & antiquioris Altaris in honorem ipſius erecti in d. Eccleſia eiuſdem Conuentus Varſauien., itaùt ſingulari Dei Prouidentia factum eſſe credendum ſit, vt nobis aliqua ex ipſis ſuperfuerint, quibus immemorabilem D. Beati Cultum demonſtrare poſſemus. Huiuſmodi iacturarum cauſas quinque enumerauimus, & oſtendimus in dicta noſtra Informatione *pag.* 26., *& ſeqq. num.* 66. *ad* 70., quarum hic breuiter iuuat tres inter alias repetere.

4 Potiſſima præ cæteris cauſa fuit combuſtio, & conflagratio Eccleſiæ, & Conuentus Varſauienſis, vnà ſimul cum celebri Bibliotheca, in qua requieſcit Corpus Beati, hoſtiliter facta ſub tempus inuaſionis Rakocij Sueci, & Coſaccorum *anno* 1657., vt conſtat tum ex quodam manuſcripto aſſeruato in Archiuio Prouinciæ Maioris Poloniæ, cui titulus = *Hierarchia concentrica* =, conſcripto per Secretarios Iuratos eiuſdem Prouinciæ incœpto vſque *ab anno* 1655., proùt adnotatur in co-

eodem manuſcripto, & recognouerunt Periti iudicialiter examinati; tum ex varijs litteris *anno* 1657. occaſione dictæ combuſtionis datis ad Sereniſſimos Regem, & Reginam Poloniæ, & ad Palatinum Poſnanienſem exſcriptis in ſupradicto manuſcripto *Summ. num.*24.*pag.*102. *& ſeqq. à* §.46. *ad* 50., *& à* §.53. *ad* 56. . In dictis itaque manuſcripto, & litteris hæc reſpectiuè habentur *d. pag.*102. §.45. ibi = *Circa conflagrationem, vel potiùs combuſtionem à noſtris factam Conuentus, & Eccleſiæ Varſauienſis ad S. Annam ſub tempus inuaſionis Varſauienſis à Rakocio Sueco, & Coſaccis anno* 1657. *in æſtiuo tempore* =; *& pag.*105. § 50 51. 53., *&* 54. ibi = *Tempore nuper præterito, quo iam Ciuitas Varſauienſis ab obſidione hoſtium Hungarorum, & Valachorum, Moldauorum, & Coſacchorum ſoluta in deditionem ſui hoſti inclinauerat &c., paxque, & induciæ ab vtrinque ſolemnes celebrabantur, nihilque hoſtile ex vtraque parte attentari ex mutuo pacto fas erat, eo illo tempore, nempe Sabbato poſt Feſtum S. Antonij, neſcitur quo prætextu &c. certæ Perſonæ &c. immiſſæ, & deſtinatæ ſuperuenientes &c. ex mutua præhabita conſpiratione &c. malitia duce &c., furioſi irruentes turmatim ad Ædificia, & Templum Dei cum facibus incenſis, & ardentibus inſtrumentis, Altaria, Scamna, Cathedras in Eccleſia incendebant, atque vt maiorem flammam excitarent, Imagines parietibus affixas manu impia abripiendo, foco imponebant, ac flammam, ac ardorem augebant, itaut præ flagranti incendio omnia Altaria, Ornamenta, Epitaphia Virorum illuſtrium, Chori, Organa &c. flamma concepta eamdem quoque tegumento, & trabibus &c. porrexerint, quo factum eſt, vt concidentibus in fornicem Templi trabibus fornix ipſa concideret &c., debacchati ſunt, quouſque hæc omnia cum Vaſis Sacris, Pyxidibus, Mappis, Antependijs, Veſtimentis Sacerdotalibus, ornatis Cappis Albis, Humeralibus, Superpelliceis, & alia tota ſuppellectili Eccleſiaſtica tunc in Eccleſia contenta non adurerentur &c. Alij demum ſub hoc idem tempus Clauſtro exurendo, & ruinando malitiosè, & barbarè incenderunt &c. Imagines Sanctorum per Curritoria, & Cellas exiſtentes, ligna, lectiſiernia, ſtramina in rogos partim proiecta ſuccendebant, itaut muri, & fornices ardore ignis quaſſatæ, & dirutæ ſolo adæquarentur, in quo Clauſtro Bibliotheca &c., cuius valor triginta millia florenorum Polonorum excedebat, exuſta eſt &c.; aliaque omnia quæcumque tam in Clauſtro, quàm Templo continebantur (quis hæc enumerare poſſet?) peſſundata, annihilata, & concremata ſunt* =.

5 Altera cauſa fuit publicæ Regni Poloniæ neceſſitates, pro quibus præuia Sedis Apoſtolicæ facultate erogatæ fuerunt *anno* 1656. Tabellæ, ac Vota, itemque Vaſa, & Suppellex argentea dictæ Eccleſiæ Varſauien., vt conſtat ex publica atteſtatione Ordinarij de eo tempore Poſnanienſis compulſata per Patrem Ioannem Kamienski in libro, cui titulus = *Regia Alma Prouincia Maioris Poloniæ* =, edito *anno* 1720.; *Summario num.*24. *pag.*111. § 65., ibi = *Albertus Tholibouuski &c. Epiſcopus Poſnanienſis, ſignificamus, quia nos vigore Breuis à Sede Apoſtolica &c. Vaſa, & Suppellectilem in argento exiſtentem Eccleſiæ Conuentualis Varſauienſis &c. propriam &c. in valore centum Marcarum ad manus noſtras pro neceſſitatibus Regni Poloniæ impenſas recepimus, &c. atteſtationis noſtræ litteras deſuper damus manu noſtra ſubſcriptas &c. Datum in Conuentu Lezayçenſi &c. die* 20. *menſis Auguſti anno Domini* 1656. =.

 Ter-

6 Tertia tandem cauſa fuit fabricatio, & reſtauratio præfatæ Eccleſiæ Varſauien. facta *anno* 1663., pro qua proindè neceſſe fuit, vt reliquæ votiuæ Tabellæ argenteæ ad Sepulchrum Beati appenſæ, quæ ab indicata exuſtione fuerunt immunes, venderentur, vt ex antiquis manuſcriptis atteſtatur laudatus Pater Ioannes Kamienski in ſupracitato libro. *Ibidem d. num.*24. *pag.*111. §.66. ibi = *Primum locum tenet Illuſtriſſimus Dominus Ioannes VvielopsKi &c., cui iure merito reſtauratæ Eccleſiæ noſtræ Patronatus &c. tribuitur. Hic namque facta cum Superiore Loci pro tunc Venerando Patre Sigiſmundo IanovusKi compoſitione de aſſenſu Patrum Diſcretorum acceperat ad manus ſuas de Conuentu argenti fracti ſex libras, ſeù marcas centum triginta octo, auri verò fracti in fruſtis centum ſexaginta octo aureos nummos valentis, idque EX TABVLIS VOTIVIS AD SEPVLCHRVM BEATI LADISLAI, & ad alia Altaria de Fidelium deuotione quondam oblatis, & ante conflagrationem Eccleſiæ appenſis, ſed facta ruina conſeruatis, & pro reparatione pro hoc auro, & argento ſecundum taxam illorum temporum obligauerat idem Illuſtriſſimus Dominus Vvielopski exoluere pro fabrica, & reſtauratione Eccleſiæ noſtræ Varſauienſis quinque millia Florena, ac decem currentis monetæ Polonicæ, prout de facto exoluit, & quidem de ſua Gratia plus impendit* =.

§. I.

Reſpondetur præliminari Obiectioni.

7 Priuſquam ſingulas Cultus ſpecies diſcutiendas aſſumat Reuerendiſſimus Oppoſitor, proponit in *Animaduerſionibus num.*2., *tamquam maximum obſtatiuum, quod veluti conſtat ex omnibus documentis in Summario, & Proceſſu allatis, Corpus Serui Dei Ladislai de Gielniovu poſt eius obitum ſequutum de anno* 1505., *ſepultum, & collocatum extitit in communi Sepulchro Fratrum, in eoque iacuit abſque vllo ſigno Cultus publici vſque ad annum* 1572., *quo vt ſupponitur, ſed legitimè non probetur, iuſſu Cardinalis Commendoni eleuatum fuit ſupra terram*.

8 Duæ ſunt partes huiuſce objectionis. Prima, quod *Corpus Serui Dei ſepultum, & collocatum extitit in communi Sepulchro Fratrum, in eoque iacuit vſque ad annum* 1574. Altera, quod in eodem *iacuit abſque vllo ſigno Cultus publici*, ſeu abſque vllo publico Cultu, *vſque ad annum* 1572. Nullum hic verbum facimus de Eleuatione Corporis facta *anno* 1572. iuſſu Cardinalis Commendoni, quam non ſupponimus, prout oppoitur, ſed legitimè, & concludenter probauimus, vt oſtendemus in §. IV.

9 Quod attinet ad primam partem, vtique non negamus Corpus Beati Ladislai in commuoi Fratrum Sepulchro jacuiſſe *ab anno* emortuali 1505. vſque *ad annum* 1572., quo juſſu Cardinalis Commendoni ſubleuatum eſt; ac proinde fatemur, quod ſpecies Cultus publici, quæ erui poſſet ex eo ſi ſtatim poſt obitum ſubleuatum eſſet Sacrum Corpus, præſtita non ſit Venerabili Viro ab immemorabili tempore. Hoc tamen

men nih il officit præſenti cauſæ ; Non enim neceſſe eſt, vt omnes Cultus ſpecies, quæ Sanctis præſtari poſſent, oſtendantur ab immemorabili tempore præſtitę noſtro Beato ; ſed ſatis eſt, vt vna vel altera per centum annos ante Conſtitutionem Vrbanam præſtita probetur, cùm Caſus exceptus non ſtet in pluribus Cultus ſpeciebus, ſed in ipſo Cultu, qui vel ex vnico actu conuincitur ; & hanc eſſe praxim huiuſce Sacræ Congregationis accuratè teſtatur Sanctiſſimus Dominus Noſter Benedictus XIV. feliciter regnans in ſuo abſolutiſſimo Opere *dę Seruorum Dei Beatificat. &c. lib. 2. cap. 23. num. 9.*

10 Non omittendum hic ionuere, quæ circa ſepulturam, eiuſque circumſtantias habet Vincentius Morauuski in vita Beati ex antiquiſſimis hiſtoricis documentis, & Proceſſibus in Cauſa noſtri Beati adductis, quam exhibuimus in manibus Celſiſſimi, ac Eminentiſſimi Ducis Cardinalis Ponentis = *Quamuis Beatus Ladislaus* (inquit *cap. 7. pag.* 118.) *dum adhuc in viuis eſſet, plurimis argumentis, vitæ ſuæ ſanctimoniam probauerit, Dominus Deus etiam virtutum delectatus varietate, multis per eum editis miraculis, ipſius optimam vivendi rationem illuſtrauerit, morte inſuper admirabili interueniente eum ad cælcſtia euocauerit: idque variis Teſtimoniis demonſtrauerit; nihilominus Fratribus in Conuentu Varſauienſi pro tempore illo exiſtentibus viſum eſt, Magiſtrum humilitatis profundæ, Virum illum nullo Sepulchri ſumptu pompoſo exornare, aut certè præ aliis celſiori monumento honorare. Communem cum cæteris decernunt Viro optimo ſepulturam &c. Cæterum vt in poſterum aliquando tam egregij Viri monumentum ab aliis dignoſceretur, ſuper impoſuerunt lapidem grandem tumulo ipſius, vt ſaltem illo inditio memorię ſepulti conſnleretur Viri* =.

11 Quod verò ad ſecundam partem ſpectat, nimirum quod in eodem Sepulchro *jacuit abſque vllo ſigno publici Cultus*, ſeu abſque publico Cultu, *vſque ad annum* 1572., hoc inſubſiſtenter omnino aſſeritur ; ſtatim enim poſt obitum ſiue publice, ſiue priuatim, ſiue voce, ſiue in ſcriptis, & authenticis documentis abſoluiè, & ſimpliciter in titulum honoris perſonalis *Beati* titulo condecoratus fuit Vir Dei ; concurrerunt cuiuſcumque generis Perſonæ ad ejusdem Sepulchrum tum ob eximiam Sanctitatis famam, tum ob innumera miracula, Vota, & Tabellas ad idem Sepulchrum appendentes, Candelas accendentes ; ac in Patronum ipſum elegerunt, aliæque publici Cultus ſpecies præſtitę ſunt; eæque vſque ad hæc noſtra tempora continuarunt, vt euidenter conſtat tum in deductis in noſtra Informatione, tum ex deducendis in hac Reſponſione, ad quam relatiuè nos habemus, ne idem pluries repetere cogamur. Solùm hic ſubjungimus teſtimonium laudati Morauuski, qui de Cultu Fidelium erga Beatum Virum etiam de eo tempore, quo eius Corpus in communi Sepulchro jacuit, hæc teſtatur *dicto cap. 7. pag.* 119. ibi = *Ad locum Sepulturæ eius cum accenſis Candelis homines veniebant, genibus flexis orabant, Sepulchrum labiorum oſculis, & capitis profunda inclinatione tangebant, Candelas lumine coruſcantes afferebant; Imagines partim de cera confectas, partim de argento elaboratas, partim pictorum coloribus efformatas, voti perſoluendi gratia offerebat deuotè* =. Et conſonat Franciſcus Aroldus in Epitome Annalium Ordinis Minorum *Samm. pag.* 108. §. 58. ibi = *Corpus ipſius, Et ſi omnium opinione ſumptuoſioris Sepulchri honore digniſſimum Fratres humi condideruut in medio Chori ſuperpoſito lapide, qui tanti Viri memoriam*

moriam retineret, ſub quo jacuit per annos 67. perpetuo Cultu Fidelium. & miraculis coruſcans = .

12 Hinc eſt, quod *hæc circumſtantia* Sepulturæ Serui Dei in communi Sepulchro Fratrum *non jugulare penitus videtur præſentem inſtantiam*, quaſi quod *publicus Cultus non aliud initium habere poteſt, quàm ab anno prædicto* 1572. *ſecutæ Eleuationis, proindeque caret neceſſario requiſito centenariæ ante Conſtitutionem Vrbanam*, prout ſubſequitur *dicto num.* 2. Reuerendiſſimus Oppoſitor; nam aliud quidem eſt, quod hęc ſpecies Cultus conſiſtens in Eleuatione, non aliud initium habere poteſt, quàm *ab anno* 1572., aliud verò, quod publicus Cultus initium habuit à dicto anno; primum non negamus, alterum mordicùs inficiamur; ac proinde nullum habetur obſtatiuum, quod jugulare poſſet præſentem inſtantiam, prout eſſet, ſi quemadmodum Seruus Dei jacuit in communi Sepulchro Fratrum *vſque ad annum* 1572., ita nullus vſque ad dictum annum publicus Cultus, ſeu nulla alia publici Cultus ſpecies præſtita ipſi fuiſſet, quod tamen in noſtro caſu penitus non ſubſiſtit, vt modò indicamus, & infra in ſubſequentibus §§. oſtendemus.

§. II.

Seruus Dei in Hiſtoriis fide dignis, aliiſque authenticis documentis tàm antiquis, quàm recentioribus, ſtatim poſt obitum vſque ad hæc noſtra tempor[illegible] titulo Beati, & Sancti *ſuper Perſonam cadente condecoratus ſemper fuit.*

13 Ex hac ſola Cultus ſpecie repoſita in titulo *Beati*, & *Sancti*, quo ſtatim poſt obitum abſolutè, & ſupra Perſonam cadente condecoratus ſemper fuit Venerabilis Vir Ladislaus, euidenter eruitur Caſus exceptus, ſiuè Cultus immemorabilis juxta doctrinam, quam tradit laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter *in cit. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. *circa med.*, vbi poſtquam docuit Cultum immemorabilem, ſeu centenarium annorum numerum ante Conſtitutionem Vrbanam probandum eſſe *per authentica documenta*, hęc ſubjungit = *Nomine verò authenticorum documentorum in præſenti materia veniunt primò* HISTORIÆ CONSCRIPTÆ A VIRIS FIDE DIGNIS, QVI EAS COMPOSVERINT CENTVM ANNIS ANTE CONSTITVTIONEM VRBANAM, VEL QVI SECVLO EODEM DECVRRENTE SVA EDIDERINT MONVMENTA, *idque nonſolùm, ſi de Cultu Serui Dei*

Dei teſtimonium dicant, VERUM ETIAM, SI EIUS VIRTUTES, ET MIRACULA TANTUMMODO ENARRENT, IPSUM APPELLANTES BEATI, VEL SANCTI TITULO; ET, SI DENOMINATIO ISTA PERSONAM DUMTAXAT RESPICIAT, NON MORES &c. *Et reipſa cæteris prætermiſſis exemplis, dum fungebar munere Fidei Promotoris, cum hoc ſenſu proceſſit Sacra Congregatio in Cauſa Sancti Ioannis Nepomuceni* =. Iuxta hanc ſolidiſſimam doctrinam ad inducendum Cultum immemorabilem ſatis eſt, ſi Hiſtorici fide digni, qui vel centum annis ante Conſtitutionem Urbanam, vel eodem ſeculo, ſeu centenario annorum numero decurrente floruerunt, enarrantes Virtutes, & miracula Serui Dei, ipſum appellant, *Beati*, vel *Sancti* titulo; dummodò tamen iſta denominatio ſuper Perſonam cadat, non ſuper mores.

14 Iam verò titulo *Beati*, ac *Sancti* ſupra Perſonam, non ſupra mores cadente, abſolutè, & ſimpliciter condecoratum fuiſſe Venerabilem Seruum Dei ab innumeris grauiſſimis Hiſtoricis ſiue ſpectetur tempus præcedens centenarium annorum numerum ante Decreta Urbani VIII., ſiuè tempus decurrens in ipſo centenario numero, ſiuè demum ſpectetur tempus poſt dicta Decreta vſque in præſens, euidenter oſtendimus in noſtra Informatione *cap.* 2. §. *III. pag.* 13., *& ſeqq. nu.* 31. *ad* 53. Præfatos Hiſtoricos hic etiam veluti curſim recenſemus. Et ſanè quoad tempus præcedens centenarium annorum numerum adduximus in dicta noſtra Informatione *locis citatis* quatuor grauiſſimos Hiſtoricos coætaneos Serui Dei, & Chronica Prouinciæ Poloniæ. Primus Hiſtoricus eſt Andreas Critius, qui primùm fuit Cancellarius Regni Poloniæ, deinde Epiſcopus Præmilienſis, ac demum Archiepiſcopus Gneſnenſis. Claſſicus iſte Auctor conuixit Seruo Dei *annis* 22., *& Compendium Vitæ Beati* conſcripſit *ante annum* 1521.; & probatur tum ex eiuſdem Authoris Epitaphio marmori inciſo Cracouiæ in Eccleſia Cathedrali; tum ex eo, quod ad Epiſcopatum Præmilienſem aſſumpteſt *anno* 1521., adeoque ante dictum annum conſcripſit dictum Compendium, cum hoc exarauerit munere Reginalis Cancellarii fungens; tum demum ex Teſtimonio Lucæ Waddingi celeberrimi Chronologi totius Ordinis Seraphici, vt fuſiùs legere eſt *ibidem num.* 32. Alter Hiſtoricus eſt Pater Ioannes de Komorrouuo Ordinis Minorum de Obſeruantia, qui octauo, vel nono anno poſt mortem noſtri Beati fuit Cuſtos, & Guardianus Conuentus Varſauienſis, quique fuit bis Miniſter Prouincialis Prouinciæ Poloniæ, & magnæ authoritatis fuit in Capitulis Generalibus Romæ, Aſſiſij, & Lugduni. Grauiſſimus iſte Author librum conſcripſit, cui titulus = *Incipit breue Memoriale* =, & finiuit *anno* 1535.; quod autem fuerit ſynchronus, & coæuus noſtro Beato, quodque dictum librum finiuerit *anno* 1535. patet tum ex eodem libro pluribus in locis; tum ex catalogo Mortuorum conſcripto ab *anno* 1530. vſque *ad annum* 1573.; tum ex iudiciali Peritorum recognitione, vt oſtenſum eſt *ibidem num.* 33. Tertius Hiſtoricus eſt Pater Franciſcus à Leopoli, qui vulgò *Coruus* dictus eſt. Conſcripſit hic *Catalogum* Fratrum minorum Ordinis de Obſeruantia in Polonia, ſua ætate mortuorum *ab anno* 1531. vſque *ad annum* 1573.; & conſtat tum ex data eiuſdem Catalogi, tum ex alio Catalogo eumdem titulum præferente conſcripto *anno* 1604., in quo ille inſertus habetur, prout indicauimus *ibidem num.* 34. Accedit, quod Catalogus hujuſce Auctoris

ris exhibitus in Proceſſu Apoſtolico ſuper Sanctitate, Virtutibus, & Miraculis conſtructo Varſauiæ ab *anno* 1632. vſque *ad annum* 1637., dicitur, quod fuerit *Codex antiquus D. Proc. fol.* 174. *terg.* ibi = *Oſtendit quoque, & commonſtrauit idem Reuerendus Pater Vincentius Morauuski Procurator eiſdem Reuerendis Dominis Commiſſariis ex Regiſtro Fratrum mortuorum IN ANTIQVO CODICE ſcripto, teſtimonium, ſeu mentionem de Beato hoc Ladislao hiſce verbis &c.* Quartus Hiſtoricus eſt Anonymus quidam Religioſus ſenex, qui conſcripſit librum de Sanctitate, Virtutibus, & Miraculis Beati Ladislai non longe poſt ipſius obitum, & multò ante centenarium annorum numerum ante Decreta Vrbani VIII., vt conſtat ex eo, quod in dicto Proceſſu conſtructo *anno* 1632. dicitur, quod erat exaratus in *pergameno vetuſto*, & indicauimus in dicta noſtra Informatione *num.* 35. Quod demum ſpectat ad Chronica Prouinciæ Poloniæ, hæc conſcripta eſſe centum, & amplius annis ante Conſtitutionem Vrbanam patet tum ex eo, quod, quæ in illis poſterorum memoriæ conſignantur, referuntur non tanquam præterita, ſed tanquam præſentia; tum ex eo, quod poſteriores omnes grauiſſimi Hiſtorici ad illa ſe referunt tanquam antiquiſſima, vt ponderauimus *ibid. in num.* 36.; tum demum ex eo, quod illa exhibita in ſæpiùs dicto Proceſſu fabricato *ab anno* 1632. dicitur, quod erant conſcripta *vetuſtiſſima manu*, quodque data primi eorum voluminis erat *anni* 1520., vt fidem facit Notarius Actuarius, qui addit fuiſſe illa reperta in Archiuo Conuentus Varſauienſis, & pro authenticis ſemper à toto Ordine habita fuiſſe *dicto Proc. fol.* 140. *terg.* ibi = *Comparuis Admodum Reuerendus Pater &c. portans ſecum tria volumina Chronicorum Prouinciæ Poloniæ antiqua, antiquo charactere, diuerſo digeſtorum. Primum erat rubra ſectura &c., cuius titulus talis erat = Incipit breue memoriale &c. = finis verò talis = Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo* =; *& fol.* 141. ibi = *Quæ quidem volumina* (Chronicorum) *de rebus geſtis Prouinciæ Poloniæ, & de nonnullis etiam totius Ordinis præfati conſcripta, VETVSTISSIMA MANV DIGESTA in omnibus concordantia, quæ in Archiuo huius Conuentus Varſauienſ. reperta ſunt, ſemperque à toto Ordine pro authenticis habentur* =.

15 Ad comprobandum inſuper, eundem *Beati*, ac *Sancti* titulum abſolutè, & appellatiuè, ſeu ſupra Perſonam cadentem attributum fuiſſe Seruo Dei ab Hiſtoricis, alijſque authenticis documentis conſcriptis in ipſo centenario annorum numero decurrente ante dicta Decreta adduximus in eadem noſtra Informat. *pag.* 16., *& ſeqq. num.* 40. *ad* 47. Carmen rhythmicum exaratum à Patre Fabiano Orzeskovvski Ordinis Minorum, qui fuit vicinus dicti Servi Dei temporibus; duo Epitaphia ſeu Inſcriptiones appoſitas *anno* 1572. in lapide Sepulchrali Venerabilis Viri; Bullam Sixti V. exaratam *anno* 1586.; Imaginem exiſtentem in Eccleſia Gielnouienſi depictam *ab annis* 150., vel 160.; Atteſtationes Capituli, & Magiſtratus Varſavien. conſcriptas *anno* 1603.; Atteſtationem cuiuſdam Notarij ſcriptam *anno* 1609.; Librum Annalium Eccleſiaſticorum editum à Bzovio *anno* 1630.; ac demum Synodum Provincialem Cracoviæ *anno* 1634.

16 Quod demum ſpectat ad tempus ſubſequens dicta Decreta adducti ſunt *ibidem pag.* 18. *& ſeq. poſt num.* 47. *ad* 49. complurimi grauiſſimi hiſtorici Sciptores, Lucas nimirum Waddingus in *Annalibus Minorum*, Aucto-

Auctores *litterarum*, quæ datæ fuerunt ad Palatinum Poſnanienſem; Franciſcus Aroldus Hibernus in *Epitome Annalium Ordinis Minorum*; Hyacinthus Pruſzcz *in Propugnaculo Spirituali*; Auctor *Lexici Sanctorum*; Auctor *Chronicorum, ſeu Annalium trium Ordinum*; Pater Arturus *in Martyrologio Franciſcano*; Ioannes Kanienski *in Regia Alma Provincia Minoris Poloniæ*; Ludovicus Miskic *in triplici ſpeculo perfectionis*; Uladislaus Lubinski *in Mundo in omnibus ſuis partibus*; Continuatores *Operis Bollandiani*; quibus omnibus accedit Sanctiſſimus Dominus Noſter feliciter Regnans, qui in ſupracitato Opere *lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 14. non ſolùm *Beati* titulo appellativè, & ſupra Perſonam cadente condecorat Servum Dei; verùm etiam in Varſoviæ *Patronum* fuiſſe ante electum Decretum ab Vrbano VIII. ſuper Electione Patronorum editum luculentiſſimè teſtatur.

17 Quamuis verò nobiliſſima hæc Cultus ſpecies ſit extra omnem dubitationis aleam ſiuè attendamus probationem, cùm illa innitatur antiquis, & recentioribus hiſtoricis monumentis, alijſque authenticis documentis, ſiuè releuantiam, cùm tam per Decreta Urbani VIII., quàm per communem Theologorum, & Canoniſtarum in noſtra Informatione *pag.* 20. *num.* 51. adductorum doctrinam, & præſertim per ſupra indicatam auctoritatem Sanctiſſimi Domini Noſtri titulus *Beati* vel *Sancti* cadens ſuper Perſonam Cultum publicum importet; Reverendiſſimus tamen Oppoſitor, ut nihil intactum relinquat, ſex præcipuè obiectiones *in Animaduerſionibus num.* 3. in medium profert, quibus hanc primam Cultus ſpeciem impugnare conatur.

18 Prima eſt, *quod eiuſmodi titulus utpote qui ut plurimum cadere videatur ſupra mores, & virtutes à Servo Dei exercitas, & non ſuper eius Perſonam, ſapit potius panegyricam laudem Servi Dei, quàm venerationem.*

19 Altera, quod *tituli tam BEATI, quàm SANCTI in ore Teſtium, ac in privatis documentis Cultum publicum conſtituere non valent.*

20 Tertia, quod *non omnes* (Teſtes), *& in omnibus teſtantur cum requiſitis immemorabilis.*

21 Quarta, quod Teſtes *ſimplex dumtaxat adminiculum præſtant, minimè verò legalem, & concludentem probationem.*

22 Quinta, quod *manuſcripta Andreæ Critii, Patris Ioannis de Komorrovvo, Franciſci à Leopoli, Cuiuſdam Anonymi, & Chronicorum Regni Poloniæ, quæ veluti antiquiora vim aliquam facere poſſunt, non merentur attendi, quippe quia nullus adhibitus extitit Peritus ad recognitionem eorum characteris, neque ulla munita ſunt legalitate Notarij.*

23 Sexta demum, quod *Epitaphia cum eodem tituli BEATI cùm non habeant centenariam ante Conſtitutionem Urbanam, ſed vix excedant ſexaginta annos ante eius editionem poterant omitti.*

24 Quod attinet ad primam Obiectionem, ſi ſubſiſteret, quod titulus *Beati*, & *Sancti* Venerabili Servo Dei adſcriptus caderet ſupra ipſius mores, & virtutes, non verò ſuper Perſonam, utique ſaperet potiùs panegyricam laudem, quàm venerationem. Verùm gratis aſſeritur, quod huiſmodi titulus ut plurimum cadere videatur ſuper mores Servi Dei, & non ſuper Perſonam; nam ſi cuncta percurrantur hiſtorica, aliaque authentica documenta *in Summario* producta, manifeſtè apparebit, quod nomen *Beati*, & *Sancti* non encomii aut panegyricæ orationis gra-

tia, aut ratione muneris, ſed abſolutè, denominativè, ſeu appella-
tivè, & ſuper Perſonam eadem, Servo Dei attributum ſit. Breviter
hic illa excribimus, ſervando ordinem, quem nobis præfiximus in
dicta Informat. *cap.* 2. § *III.*, ut nimirum primò percurramus hiſto-
rica, aliaque authentica documenta conſcripta centum annis ante
Conſtitutionem Urbanam, deinde alia conſcripta centenario ipſo an-
norum numero decurrente, ac demum illa conſcripta poſt dictam
Conſtitutionem uſque ad noſtra tempora. Quod itaque attinet ad dicta
documenta conſcripta centum annis ante præfatam Conſtitutionem,
hæc inter alia præcipuè leguntur, nempe in Compendio Vitæ Servi
Dei exarato ab Andrea Critio *Summar. pag.* 91. §. 3. ibi = *Puer qui-
dam &c. mortuus, flebili invocatione, & Voto Parentorum ad Bea-
tum Ladislaum rogantibus omnibus revixit* = : In Memoriali Patris
Komorrovvi *pag* 92. *poſt* § 9. ibi = *Hic Vir infirmatus &c. ſeiſcitatur,
ubi ſit ſepultus Beatus Ladislaus* = ; & *pag.* 93. *ante* §. 10. ibi = *Do-
mine magna Sanctitatis Beati Ladislai fama aures noſtras percutit* =;
& *pag.* 94. *ſub* §. 14. ibi = *Hæc pro præſenti ſufficiunt in laudem Dei
Omnipotentis, & Beati Ladislai* = : *In Catalogo Fratrum mortuorum
pag.* 96. §. 20. ibi = *Hunc* (Fratrem) *induit habitu Beatus Ladislaus* =:
In Compendio Vitæ dicti Servi Dei exarato ab Anonymo quodam Reli-
gioſo ſene *pag.* 97. §. 21. ibi = *Beatus Ladislaus &c., Beatus Ladi-
slaus de Oppido Gielniovv miraculis inſignis* = ; & *ibidem* §. 22.
ibi = *Celeberrimus Pater Beatus Ladislaus iudicandus eſt* =: In Chro-
nicis Regni Poloniæ *dicto Summar. pag.* 115. § 1. ibi = *Ecclus eſt
Beatus Ladislaus Diſcretus Provinciæ &c., & eandem veniens Beatus
Ladislaus celebravit Varſaviæ Capitulum* = ; & *pag.* 116. *ſub eodem*
§., ibi = *Beatus Ladislaus exiverat de Provincia &c., Beatus Ladi-
slaus Capitulum Provinciale pro Feſto Corporis Chriſti celebravit* =; &
d. pag. §. 2. ibi = *Intererat eidem Capitulo Pater Beatus Ladislaus.*
Quod verò ſpectat ad alia documenta exarata centenario ipſo annorum
numero decurrente, eadem leguntur in Epitaphio appoſito in lapide
Sepulchrali Servi Dei, *ibidem pag.* 101. §. 42. ibi = *Oſſa Ladislai tumulus
tegit iſte Beati* =; in Bulla Sixti V. *pag.* 118. §. 7. ibi = *Veneran-
damque Corpus Beati Ladislai in Eccleſia &c. reconditum eſt* = ; in li-
bro cui titulus = *Topographia ſpecialis* = *pag.* 117. §. 6. ibi = *Ad
repoſitionem Sacrarum Reliquiarum Beati Ladislai repoſita eſt tabula
plumbea* = ; & ſub Imagine exiſtente in Eccleſia Gielnioviensi inſcri-
ptum legitur *pag.* 72. §. 13. = *Beatus Ladislaus* = : in duabus Atteſta-
tionibus Capituli, & Magiſtratus Varſavienſis *pag.* 119. *& ſeq.* § 9.
ibi = *Atteſtamur &c. Civitatis noſtræ Varſaviæ Incolas, atque adeo
vicinorum locorum homines Beatum Ladislaum. &c. ſingulari proſequi
cultu* = ; & *pag.* 120. §. 10. ibi = *Fatemur Beatum Ladislaum &c.
magis ac magis clareſcere* = ; in Atteſtatione cuiuſdam Notarij *pag.* 100.
§ 37. ibi = *Invocando Patrocinium Beati Ladislai voventes pro me,
quod Sepulchrum dicti Beati Ladislai &c. viſitarem &c., ad hoc idem
Sepulchrum dicti Beati Ladislai appendere curavi* = ; in libro Annalium
exarato per Bzovium *pag.* 99. §. 32. ibi = *Rebus humanis exemptus
Beatus Ladislaus* = ; & *pag.* 100. §. 39. ibi = *Votis pro moribundo
filiolo ad Beatum Ladislaum fuſis* = ; & in Synodo Provinciali Craco-
vienſi *pag.* 125. § 22. ibi = *Supplicat Synodus &c., ut negotium Cano-
nizationis Beatorum Stanislai Koſtka Societatis Ieſu, Cunegundis, &
Ladislai &c. commendatum habeat* = ; Quod demum attinet ad docu-

men-

Digitized by Google

menta conſcripta poſt dictam Conſtitutionem; in Tabellis votivis, & Imaginibus paſſim inſcriptum habetur = *Beatus Ladislaus* =. Et legitur etiam in Annalibus Minorum Lucæ Waddingi *pag.* 102. §. 44. ibi = *Locum ſepulturæ delegerit prope Sepulchrum Beati Ladislai* =: In literis datis ad Palatinum Poſnanienſem *pag.* 105. §. 52. ibi = *Non illos &c. Sacri Cineres Beati Ladislai ibi quieſcentis, non demum ipſa præſentia Dei &c. arcere &c. potuit* = In Epitome Annalium Franciſci Aroldi *pag* 109. §. 59. ibi = *Ab ipſo Beato Ladislao ſibi apparente monitus* =: In Propugnaculo ſpirituali Hyacinthi Pruſzez *pag.* 109. §. 61. ibi = *Vita Beati Ladislai Bernardini. Batus Ladislaus natus eſt* =: In Lexico Sanctorum *pag.* 109. *& ſeq.* §. 62. ibi = *Beatus Ladislaus &c. natus eſt* =: In Chronicis trium Ordinum *pag.* 110. §. 63. ibi = *Beatus Ladislaus &c. Deo fideliſſimè adhærebat* =: In Martyrologio Franciſcano Patris Arturi *d. pag.* 110. §. 64. ibi = *Varſaviæ in Polonia Beati Ladislai* =: In Regia Alma Provincia Maioris Poloniæ Joannis Kamienski paſſim, & præſertim *pag.* 112. §. 68. ibi = *Beatum verò Ladislaum &c Divina diſpoſitio &c. obtulit Patronum* =: In libro Uladislai Lubinski *pag.* 114. §. 72. ibi = *Gielniovv &c. glorioſum origine Sancti Ladislai* =: Et demum in ſupracitato Opere Sanctiſſimi Domini Noſtri *lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. ibi = *A' Carnotenſibus etenim Beatus Hugolinus &c., à Civitatæ Varſaviæ Beatus Ladislaus &c. in Patronos electi ſunt* =.

25 Ex hiſce relatis monumentorum hiſtoricorum, aliorumque authenticorum documentorum luculentiſſimis teſtimonijs evidentèr patet, quod nomen *Beati*, & *Sancti* Venerabili Viro tributum ſit, non ad deſignandam morum, & Vitæ Sanctitatem, cùm uſurpatum illud ſit abſolutè, indiſtinctè, ſimplicitèr, & ad ipſum perſonali, quem promerebatur Bonitatis, & Sanctitatis titulo decorandum, adeòque non ad panegyricam laudem, ſed ad publicum Cultum referendum eſt, vt ad rem ponderat *Piſtach. de ſuperſtit cap.* 6. *pag.* 37. *num.* 11. ibi = *Non poſſe eis* [nimirum non Beneficatis, nec Canonizatis] *tribui nomen Sancti, vel Beati denominativè, & appellativè, ſicut dicimus, S. Petrus, S. Paulus, non ſolùm in concionibus, ſed nec etiam in privatis colloquijs, quia hujuſmodi nomen, quando non adducitur ad ſignificandum qualitatem, & Sanctitatem Servi Dei, ſed ut titulus honoris, non poteſt alicui convenire, niſi publica auctoritate S. Sedis Apoſtolicæ ſit data, ne videamur eos divulgare tamquam Canonizatos, vel Beatificatos, qui tales actu non ſunt* =; ac proindè conſtitui in ipſo debet Caſus exceptus à Decretis Urbani VIII., prout ſolidè firmat laudatus Sanctiſſimus Doctor, cujus verba exſcripſimus *in hoc §. numer.* 13.

26 Secunda Obiectio, quod nimirum *tituli tam Beati, quàm Sancti in ore Teſtium, ac in privatis documentis, Cultum publicum conſtituere non valent*, inſubſiſtens dignoſcitur ſivè quoad primam, ſivè quoad ſecundam partem. Quoad primam quidem, nempè quod *in ore Teſtium* præfati tituli *Cultum publicum conſtituere non valent*. Nam, ut demonſtrat Piſtachius modo citatus, quando nomen *Beati* vel *Sancti* ſumitur appellativè, & in titulum honoris perſonalis, nec etiam in privatis colloquij vſurpari poteſt in honorem Servorum Dei, quia ſic divulgarentur tamquam Canonizati, vel Beatificati. Cæterum nihil hic immorandum cenſemus, cum nobiliſſimam hanc Cultus ſpeciem conſiſtentem in titulo *Beati*, & *Sancti* non deſumpſerimus præcisè ex

Teſtibus, ſed potiſſimùm ex hiſtoricis monumentis, alijſque authenticis documentis conſcriptis tam centum annis aote Cooſtitutiooem Urbanam, ac ipſo centenario annorum numero decurreote, quàm poſt dictam Conſtiutionem uſque ad hæc noſtra tempora. Cum verò præfati Teſtes luculentiſſimè deponant non ſolùm quod in antiquiſſimis Inſcriptionibus, Epitapbijs, & hiſtoricis monumentis appelletur Servus Dei titulo *Beati*, & *Sancti*; verùm etiam, quod ab omnibus palàm, & publicè nuncupatus, atque invocatus ipſe ſemper fuerit cum eodem titulo, operæ pretium duximus illorum depoſitiones etiam in *Summario* afferre ad hoc ut percipiant Eminentiſſimi Patres, quod vox Populi, quæ = *vox Dei* = vulgo dicitur, ad unguemconcordet cum mooumentis hiſtoricis alljſque authenticis documentis.

27 Prorſus verò inſubſiſtens eſt præfata Objectio quoad ſecundam partem, quod nempè *tituli tàm Beati, quàm Sancti in privatis documentis Cultum publicum conſtituere non valent*. Nàm expreſsè refragatur tum Doctorum auctoritas, quos allegavimus in noſtra Iuformatione *pag.* 2. *num.* 51., qui affirmant, quod denominatio *Beati*, & *Sancti*, quando cadit ſuper Perſonam, Cultum publicum conſtituit, nulla facta diſtInctione inter publica, & privata documenta; tum præcipuè anctoritas Sanctiſſimi Domini Noſtri alleg ta *in hoc* §.*num.* 13., qui ex profeſso agendo de hac materia *cit. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1. ſolidiſſimè firmat, quod Hiſtoriæ (quæ ſunt utique privata documenta) conſcriptæ à Viris fide dignis appellantibus Servos Dei titulo *Beati*, vel *Sancti* conſtituant Cultum publicum aptum ad inducendum Caſum exceptum à Decretis Vrbani VIII.. Quinimmò expreſsè refragantur dicta Decreta, in quibus prohibetur oe in libris in quibus conſcribuntur Vitæ Servorum Dei, tribuatur titulus *Beati*, vel *Sancti*, qui cadat ſuper Perſonam, ut conſtat ex libello eorumdem Decretorum *pag.* 18. ibi = *Non admittantur* [in vitis Servorum Dei] *elogia Sancti, & Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper Perſonam* =. Iodè evidens fit, quod ideò prohibitum eſt hoc fieri, quia prædicti tituli etiam in privatis documentis Cultum publicum conſtituunt. Hinc eſt etiam, quod hæc Sacra Congregatio juſſit in quibuſdam exemplaribus vitæ Servorum Dei illos abradi, ut teſtatur idem Sanctiſſimus Doctor *cit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. ibi = *Contra, quoniam in exemplis ſubnectendis Beati nominatio* [*quod ipſum de Sancti etiam appellatione potiori iure dicendum eſſet*] *viſa fuit non opinionem, ſed Perſonam deſignare, ideo Sacrorum Rituum Congregatio voluit, ut is titulus abraderetur. Anno proindè* 1648. *demandatum ab ea fuit Archiepiſcopo Neapolitano, ne vulgari ſineret Exemplaria vitæ Servæ Dei Urſulæ Benincaſæ cum nomendatione Beatæ &c.. Similitèr ab eadem Sacra Rituum Congregatione ſtatutum fuit die* 12. *Iunij* 1657., *ut typis quidem committeretur Vita Servi Dei Hippolyti Galantini, verùm ſine Beati titulo, atque antiqui Codices iam formis excuſi cum ipſo titulo, in Sacræ eiuſdemmet Congregationis Archivio aſſervarentur* =.

28 Quoad tertiam Objectionem nimirum, quod *non omnes* [Teſtes], *& in omnibus teſtantur cum requiſitis immemorabilis*, cùm non indicetur in ſpecie, quioam Teſtes, & in quo non teſtentur cum requiſitis immemorabilis, ne totum *Summarium* hic exſcribere cogamur, precamur Eminentiſſimos Patres benignè ipſum pervolvere; deprehendent profectò, quod Teſtes omnes, & in omnibus deponunt ſe ſemper vidiſſe, & audiviſſe ita eſſe, nec unquam vidiſſe, vel audiviſſe contra-

tra-

trarium, & communem eſſe, & fuiſſe ſemper opinionem, quod ſic fuerit, ac ita audiviſſe à ſuis Majoribus, necnon Maiores idipſum ab alijs Antiquioribus intellexiſſe, quæ ſunt immemorabilis requiſita; vel certè verbis æquipollentibus hęc omnia exprimunt. Non enim neceſſe eſt, ut Teſtes formalitèr exprimant dicta requiſita, ſed ſatis eſt, ſi utantur verbis æquipollentibus, ut ſæpius firmavit Rota, & præſertim coram Pamphil. *deciſ.* 304. *num.* 3. ibi = *Nec relevare viſum fuit, quod quartus Teſtis deponat publicè audiviſſe à Majoribus, nec aliter deponat de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt; nam &c. fuit etiam reſponſum, quod dictus quartus Teſtis ſuper eodem ſecundo in fine ſubdit ea, quæ ipſe depoſuit fuiſſe publica, & notoria; & ſingula audiviſſe ab omnibus, & fere à toto Populo, quæ verba tanquam ęquipollentia abſque dubio ſuffragantur.* Et adhæret Sanctiſſimus Doctor *d. cap.* 23. *num.* 3. *in fin.* ibi = *Sed notandum eſt, quod pręciſa, & ſtatuta verba non ſunt in immemorabilis probatione; quamobrem, ſi verbis æqualem ſignificationem habentibus ipſi Teſtes loquantur, idipſum ad immemorbile ſufficiens reputatur* =.

29 Quartam obiectionem, quod ſcilicet Teſtes *ſimplex dumtaxat adminiculum præſtant, minimè vero legalem, & concludentem probationem*, nos hic non remoramur. Licet enim de hac controverſia, quæ ſæpius agitata eſt in hac Sacrorum Rituum Congregatione, nullum unquam prodierit definitivum Decretum, prout teſtatur Sanctiſſimus Dominus Noſter *d. cap.* 23. *num.* 6.; attamèn cùm ſententia eiuſdem Sanctiſſimi Patris ſit, ut Teſtes relatè ad Cultum centenarium loco adminiculi habendi ſint, nos eo quo decet obſequio, huic ſententiæ ſubſcribimus. Hinc tamen nullum noſtræ Cauſę præiudicium creatur; nam pręcipuam, imò totam probationem nobiliſſimæ hujuſce ſpeciei Cultus conſtituimus in hiſtoricis, alijſque publicis, & authenticis documentis, quæ concludenter, & pleniſſimè probare, tradit, & firmat laudatus Sanctiſſimus Doctor *ſupracit. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 1.

30 Ad quintam Objectionem quod attinet nimirum quod *manuſcripta Andreæ Critij, Patris Ioannis de Komorrovvo, Franciſci à Leopoli, cuiuſdam Anonymi, & Chronicorum Regni Polonię non merentur attendi*; ponderandum eſt, quod Reverendiſſimus Oppoſitor non dubitat de antiquitate, & gravitate dictorum manuſcriptorum, quaſi quod ex defectu antiquitatis, & gravitatis eorumdem, non mereantur attendi; nam expreſsè profitetur, quod illa *veluti antiquiora vim aliquam facere poſſunt*; ſubiungimus nos, ut caſtigatiùs loquamur = *vim totam facere debent* = ex deductis in noſtra Informalione *cap.* 2. §. 1 t 1. *à num.* 32. *ad* 37., & in hac Reſponſione *præſenti* §. *num.* 1. *& ſeqq.* Non ex alio itaque defectu opponit attendenda illa non eſſe, niſi quia *nullus adhibitus extitit Peritus ad recognitionem eorum characteris, neque ulla ſunt munita legalitate Notarij*.

31 Hæc autem obiectio nec in *Iure*, nec in *Facto* ſubſiſtit. Non in *Iure*, quia quoad recognitionem Peritorum, hæc nullatenus eſt neceſſaria, cum agatur de ſcripturis antiquis, ut tradunt Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 80. *num. fin.*, Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 916., *&* 917.; & Contelor. *de Canonizat. Sanctor. cap.* 24. *ſub num.* 39., Et firmat Rota coram Verall. *deciſ.* 5. *lib.* 3., coram Put. *deciſ.* 146. *lib.* 1., *& deciſ.* 249. *num.* 4. *lib.* 2. *in correct.* coram Seraphin *deciſ.* 1481. *num.* 2., & coram Coccin. *deciſ.* 258. *num.* 2., *& deciſ.* 390. *num.* 4. *part.* 4. *recent* ibi = *Cenſuerunt recognitionem prædi-*

dictam non eſſe neceſſariam, ex quo prænarratæ ſcripturæ ſunt antiquiſſimæ, & data illarum eſt ſupra centum annos, quæ propterea non ſunt in caſu recognitionis =; & *deciſ.* 341. *num.* 3. *part.* 5. *tom.* 2. *recent* ibi = *Non obſtat, quod prædictum Inſtrumentum non fuerit recognitum, quia cum habeat datam de anno* 1476. & *ſic verſantur in tempore ſupra centum annos, non eſt de jure neceſſe alia recognitio* =.

32 Accedit ocularis Iudicis Delegati inſpectio, qui ſcripturas omnes extractas ex Archivo, ſeù Bibliotheca Conventus S. Annæ Varſavien. accuratè vidit, & obſervavit; poſtquam illas illæſas, & omni ſuſpicione carentes deprehendit, decrevit eaſdem admitti, ut conſtat *ex Proceſſu fol.* 552. ibi = *Et Per-Illuſtris Reuerendiſſimus Dominus Judex Delegatus Apoſtolicus, qui ſupra, poſt exhibitionem ſcripturarum infra ſpecificandarum ex Bibliotheca Religioſorum Patrum, vulgò Bernardinorum nuncupatorum Conventus Varſavienſis per Religioſum in Chriſto Patrem Modrejaski &c. dictæ Bibliothecæ Cuſtodem factam, quibus ante omnia viſis, & benè obſervatis, eiſque illæſis, & omni nota ſuſpicionis carentibus adinventis, admiſſis, & declaratis &c.* =; & *fol.* 580. *ter.* & *ſeq.* ibi = *Et Per-Illuſtris Iudex Delegatus &c. documenta, ſeù particulas ad Cauſam præſentem ſuper Cultu immemorabili &c. ex libris typo impreſſis, & manuſcriptis &c. quibus in immediata, & præſenti ſeſſione per ſuam Per-Illuſtrem Reverendiſſimam Dominationem viſis, lectis, conſideratis &c. benè perſpectis, iiſque ſanis, ſalvis, omnique vitio &c. ſuſpicionis nota carentibus adinventis, extrahi mandavit* =. Hęc autem Judicis inſpectio, & recognitio præferri debet cuicumque generi probationis, ut ex Bald. *in leg. contra negantem* 4. *num.* 10. *in fin. Cod. ad leg. Aquilium*, & ex Hieron. de Mont. *in tract. de finib. cap.* 3. *à num.* 3. *ad* 6. ait Pignatell. *conſult. canonic.* 188. *ſub num.* 1. *verſ. etenim tom.* 1.; & firmat Rota *deciſ.* 341. *num.* 4. *part.* 5. *tom.* 1. *recent.* ibi = *Et Rota contentatur oculari inſpectione ad dignoſcendam ſcripturæ antiquitatem, prout in alia Mediolanen. &c. fuit dictum.* =. Et in hiſce Canonizationum Cauſis latè tradit Matta *de Canonizat. Sanctor. part.* 4. *cap.* 23. *num.* 14., ubi poſt fusè relatos Doctores, hæc ſubjungit = *Et hoc ſervat praxis totius Mundi, ut quæ Iudici conſtant per evidentiam facti, & oculorum inſpectionem, numquam revocentur in dubium* =.

33 Non ſubſiſtit quoque in *Iure* obiectio quoad legalitatem Notarij, tum quia nec jure ciuili, nec canonico præſcribitur, vt ſcripturæ præſertim antiquæ munitæ ſint legalitate Notarij ſuper fide iiſdem præſtanda, ad hoc vt illę fidem faciant; & reuera nullus Textus ciuilis, vel canonicus, vel ſaltem communis Doctorum ſententia allegatur *in Animaduerſionibus num.* 3.; tum quia, vt oſtendimus in *antecedenti num.* 32., ocularis Iudicis inſpectio præferri debet cuicunque generi probationis; tum demum quia iuxta praxim huiuſce Sacræ Congregationis, vt ſcripturæ compulſandæ ad probationem conſtituendam admittantur, ſatis eſt vt deſumantur ex Archiuo licet priuato, dummodo tamen per peculiares Cuſtodes cuſtodiatur ut ſedulo docet SS Pater *cit. lib.* 2. *cap.* 52. *n.* 7., vbi ad hoc confirmandum complura exempla adducit hiſce verbis = *Hoc retento themate, admiſſa ſunt ad probationem conſtituendam nonnulla Iurium, & Scripturarum volumina reperta in Archiuo Cracouienſis Conuentus Ordinis Prædicatorum in Cauſa S. Hyacinthi, ut legitur in Bulla Canonizationis* §. 7. *Hoc quoque themate retento, fides eſt habita Relationi Rotæ Auditorum in Cauſa Serui Dei Nicolai Factoris* re-

repertæ in Archiuo Conuentus Sancti Franciſci de Obſeruantia Ciuitatis Valentiæ, & alteri conſimili Relationi in Cauſa Sancti Iacobi de Marchia repertæ in Archiuo generali Conuentus Ara Cœli in Vrbe &c. =.

34 Nec his refragatur auctoritas eiuſdem Sanctiſſimi *Doctoris in dicto lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 3. allegata *in dict. Animaduerſ. num.* 3.. Nam ibi loquitur tantùm de requiſitis Proceſſus Compulſorialis, & docet, ipſius requiſita conſiſtere tum in alijs, tum = *In Inductione Teſtium Peritorum, ſi jura manuſcripta recognoſci debeant* =, nec hic verò addit, vel alibi vnquam præſcribit, quod in antiquis ſcripturis facienda ſit recognitio per Peritos, ad hoc vt fidem faciant. Multò verò minùs refragatur eiuſdem auctoritas quoad legalitatem Notarij ſuper fide præſtanda manuſcriptis, vt *ibidem* opponit Reuerendiſſimus Oppoſitor allegando *cit. cap.* 52. *num.* 3.. In hoc enim toto capite nullibi docet Sanctiſſimus Pater, quod ſit neceſſaria legalitas Notarij, prout recognoſcere poſſunt Eminentiſſimi Patres benigniter illud legendo; ſed ſolùm docet *dicto num.* 3. *in fin.*, quod poſt completam compulſationem ſcripturarum = *fieri debet collatio, & auſcultatio Exempli, ſeu Tranſumpti cum Scripturis originalibus, facta deſtinatione alterius Notarij*.

35 Multò minus ſubſiſtit in *Facto* eadem obiectio de defectu recognitionis Peritorum, & legalitatis Notarij. Nam quod attinet ad recognitionem Peritorum, manuſcriptum Patris Ioannis Komorrouij [exordimur ab hoc, cùm illud ſolùm exhibitum fuerit in noſtro Proceſſu conſtructo *anno* 1747. ſuper cultu Venerabili Viro exhibito], formiter recognitum fuit per Peritos, vt conſtat *ex Summ.*, in quo ita cum juramento deponit I. Peritus *pag.* 95. §. 16., & 17. ibi = *Itaque exhibitum librum in quarto vetuſtiſſimo charactere ſcriptum, qui inchoatur verbis ſequentibus* = *Incipit &c.* =, *obſeruauique eundem librum fuiſſe finitum de anno* 1535., *undè ex præmiſſis eundem librum in quarto, quamquam ſine ſpecificatione Auctoris arguo conſcriptum eſſe à Reuerendo Patre Komorrowio, quem indicat ipſum Summarium Romanum, de quo ſupra; & characterem à ducentis, & viginti circiter annis iudico, & conformem anno immediatè inſinuato, cùm in hoc continuam praxim habeam* =. Concordat alter Peritus *ibidem pag.* 96. § 18., & 19. ibi = *Librum hunc &c. cenſeo à Religioſo Patre Ioanne de Komorrowo &c., conſcriptum eſſe, cùm reuoluendo eundem librum in charta centeſima ſexageſima ad marginem video annotationem, quod Chronicon in eodem libro contentum conſcripſerit Religioſus Pater Ioannes de Komorrowa &c.; antiquitatem huius libri cenſeo, & iudico nedum ex attritione, & conſumptione nonnullorum foliorum, ſeu chartarum in ipſa contentarum, vti apparet; verùm etiam ex ipſa facie characteris Gothici in eodem libro expreſſi, ac adnotatione anni milleſimi quingenteſimi trigeſimi quinti eodemmet charactere Gothico facta, quod dictus liber à ducentis viginti circiter annis conſcriptus ſit, cùm contingit mihi ſæpiſſimè varias ſcripturas, tum priuilegia Regum originalia &c., conſcriptas videre, legere, & ex illis extractus facere, & indè etiam facilitatem legendi characterem hunc acquiſiui* =.

36 Cætera verò manuſcripta Andreæ Critij, Franciſci à Leopoli, Anonymi cuiuſdam Religioſi Senis, & Chronicorum Regni Poloniæ exhibita non fuerunt in eodem Proceſſu conſtructo *de anno* 1747., cùm non am-

ampliùs extarent; in conflagratione ſiquidem Bibliothecæ Conuentus Varſavienſis, quæ accidit *anno* 1657.; prout ſupra innuimus *in hoc cap.* 1. *num.* 4. combuſta fuerunt. Exhibita verò illa fuerunt in Proceſſu Apoſtolico ſuper Sanctitate Vitæ, Virtutibus, & Miraculis noſtri Beati compilato Varſauiæ *ab anno* 1632. *vſque ad annum* 1637., & poſtea deſcripta fuerunt in *Summario* confecto ſuper Signatura Reaſſumptionis huiuſce Cauſæ, ex quo ſatiùs duximus eadem illa deſumere, vt indicauimus *in præſenti Summario pag.* 90. *ante* §. 1., *pag.* 96. *poſt* §. 20., *& pag.* 115. *ante* § 1.. Hinc eſt, quod cùm hæc non amplius extarent, nec fuerint exhibita, nulla poterat Peritorum recognitio adhiberi in recentiori noſtro Proceſſu. Cæterum pro illorum fide ſatis eſſe debet, quod fuerint reuiſa, & recognita per Iudices Delegatos Apoſtolicos in dicto antiquiori Proceſſu, vt infra videre eſt *n.* 39. *circà med.*. Verùm quidem eſt, quod in Proceſſu *de dicto anno* 1747. conſtructo exhibitus fuit tam liber conſcriptus ab Andrea Critio, quàm alter Franciſci à Leopoli, ſed hi non erant originales, cùm primus deſcriptus, & exactus ſit ex Lucerna perfectionis Chriſtianę typis Varſauiæ impreſſa, & ab Ordinario Loci approbata, quæ exhibita fuit in manibus Celſiſſimi, ac Eminentiſſimi Ducis Cardinalis Ponentis, alter verò ex Catalogo Fratrum mortuorum edito *anno* 1604. *Summ. pag.* 96. *antè* §. 20.

37 Quod verò pertinet ad legalitatem Notarij, vel loquimur de illa legalitate, quam ex ſuo libitu gratis opponit Reuerendiſſimus Promotor; vel de illa, quæ fieri debet ſuper collatione, & auſcultatione ritè, & rectè facta, prout præſcribit Sanctiſſimus Dominus Noſter *dicto cap.* 52. *num.* 3.. Si loquimur de prima, abundè illam appoſuit Notarius, cùm teſtetur fuiſſe ſcripturas omnes per Iudicem Delegatum diligenter viſas, obſeruatas, cùmque omni ſuſpicionis nota immunes deprehenſæ eſſent, fuiſſe admiſſas, vt de ſcripturis exhibitis in noſtro Proceſſu conſtructo *anno* 1747. conſtat *ex eodem, fol.* 580. *terg.*, & *ſeq.* Ibi = *Et Per-Illuſtris Iudex Delegatus &c. documenta, ſeu particulas ad Cauſam pertinentem ſuper Cultu immemorabili &c. ex libris typo impreſſis, & manuſcriptis &c., quibus in immediata, & præſenti Seſſione per Suam Per-Illuſtrem Reuerendiſſimam Dominationem viſis, lectis, conſideratis, & benè perſpectis, iiſque ſanis, ſaluis, omnique vitio, & ſuſpicionis nota carentibus adinuentis &c., extrahi mandauit* =. Prout de illis etiam ſcripturis ſiuè manuſcriptis, ſiuè typo editis, exhibitis in ſupradicto antiquiori Proceſſu compilato *ab anno* 1632. *ad* 1637 conſtat *ex eodem, fol.* 267. *terg.*, vbi poſt compulſationem huiuſmodi omnium ſcripturarum, hæc habet Notarius ibi = *De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis ritè peractis, viſis, examinatis, exactèque commonſtratis, itaut nulla dubitatio de eis haberi poſſit, Admodum Reuerendi Domini Iudices &c. mihi Stanislao Zarembæ auctoritate Apoſtolica Notario &c. mandarunt publicum recipi inſtrumentum* =.

38 Si verò loquamur de legalitate Notarii ſuper collatione, & auſcultatione ritè facta, de hac evidenter quoque conſtat ſive quoad manuſcripta Andreæ Critii, Anonymi cujuſdam Religioſi Senis, Franciſci à Leopoli, & Chronicorum Regni Poloniæ, exhibita in Proceſſu antiquo *anni ſcilicet* 1632., ſivè quoad manuſcriptum Ioannis Komorrovvi exhibitum in recentiori Proceſſu *anni* 1747.. Nam exordiendo ab hoc ultimo, poſt compulſationem, & collationem copiæ tam

hujus

hujus manuſcripti, quam aliorum jurium, & documentorum, hanc publicam fidem appoſuit Notarius in d. recentiori *Proc ſſi fol.*689. *&* *ter* ibi = *Et quia ego Antonius olim Sebaſtiani Palezevvski Sacra auctoritate Apoſtolica publicus, & Cauſæ præſentis Notarius Actuarius, excerpta, ac particulas, ſeu documenta ex libris typo mandatis, ac Auctoribus approbatis, & manuſcriptis ſupra contentis extraxi, quæ cum originalibus ſuis in præſentia Per-Illuſtris &c. Iudicis Delegati &c., & Generoſi Fidei Sub-Promotoris, necnon Teſtium &c., cum altero eadem auctoritate Apoſtolica ad id electo, & deputato Notario, ut infra, eandem fidem atteſtante legi, & collationavi, eaque per omnia de verbo ad verbum concordare inveni; ideò eandem collationem, & auſcultationem in majorem fidem manu propria ſubſcripſi, ſignoque, nomine, & cognomine, quibus in talibus utor, communiri feci=.*

39 Quod verò ſpectat ad cætera manuſcripta exhibita in antedicto antiquiori Proceſſu, Notarius Actuarius poſt completam compulſationem tam horum manuſcriptorum, quam aliorum omnium jurium, hanc ſolemnem legalitatem de mandato Iudicum appoſuit *d. Proc. fol.*267. *ter.*, *& ſeqq.* ibi = *De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis ritè peractis, viſis, examinatis, exactèque commonſtratis, ita ut nulla dubitatio de eis haberi poſſit, Admodum Reverendi Iudices &c. mihi Stanislao Zarembæ auctoritate Apoſtolica Notario &c. mandarunt publicum recipi inſtrumentum, & confici; quod per me dictum Notarium fuit receptum, & confectum, atque præſenti Proceſſui fideliter inſertum &c.; & quia ego Stanislaus Zaremba Sacra auctoritate Apoſtolica Notarius publicus &c. interfui, hoc eſt exhibitioni documentorum litterariorum, videlicet trium librorum Chronicalium; quartus variarum Conſtitutionum; quintus fuit Index Mortuorum; ſextus, & ſeptimus Vita Beati hujus Ladislai &c.; item variorum ſcriptorum, Litterarum, Teſtimoniorum digeſtorum literis, Imaginum, Tabularum, & cæterorum omnium oſtenſioni, & exhibitioni, & ſupraſcripta ex iiſdem libris, ac Tabulis pro, & quatenus ad declarandam famam, & opinionem Sanctitatis præfati Servi Dei inſerviebant extraxi, eaque iterum vidi, legi, proſpexi, & collationavi. Ideò ſuper his omnibus hoc præſens publicum inſtrumentum mea, & non aliena manu fideliter ſcriptum feci, ſignoque, & nomine meo ſolitis, quibus in talibus utor, obſignavi, & communivi. In fidem omnium præmiſſorum, & ſingulorum ad teſtimonium evidentium exhibendum rogatus, & requiſitus =.*

40 Inſubſiſtenter demum aſſeritur quod *Epitaphia* (hæc eſt ſeptima, & ultima Objectio) *cum eodem titulo Beati, cùm non habeant centenariam ante Conſtitutionem Vrbanam, ſed vix excedant* 60. (annos) *ante ejus editionem poterant omitti*. Nam fatemur quidem, quod d. Epitaphia utpote inciſa novo Sepulchro conſtructo *anno* 1572. occaſione Elevationis Sacri Corporis non habent centenariam ante dictam Conſtitutionem; attamen cùm appoſita fuerint decurrente ipſo centenario annorum numero ante eandem, plenam probationem conſtituunt quoad Cultum immemorabilem juxta doctrinam ſæpè laudati Sanctiſſimi Patris, qui loquendo de Hiſtoriis, affirmat, quod ſuffragantur illæ etiam, quę conſcriptæ ſunt ipſo centenario annorum numero decurrente, ut conſtat ex ipſius auctoritate ſupra allegata in hoc eodem §. *II. num.*13 Non omittimus hic innuere, quod vindicata probatione dictorum Epitaphiorum, dubitari non poteſt, quin titulus *Beati* in ipſis appoſitus Cultum publicum importet; non enim refer-

ri poteſt ad morum Sanctitatem , ſed ad ſolum perſonalem titulum, cum abſolutè , & ſimpliciter in iiſdem legitur = *Beatus Ladislaus* : & hęc eſt doctrina etiam ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri *in cit. lib.2. cap.12. num.3.*

§. III.

Fidelium concurſus ad Sepulchrum Beati ſtatim poſt obitum inceptus , publicum Cultum præſefert.

41 Altera Cultus publici ſpecies , quam nos deſumpſimus ex frequentiſſimo piorum Fidelium concurſu tum ad antiquum Sepulchrum Beati , tum ad aliud , in quod Sacra ipſius Oſſa translata fuerunt ; necnon ad Cappellam, & Altare in ejuſdem honorem erecta , ubi genuflexi orant, Candelas offerunt , atque alios publici Cultus , & venerationis actus exhibent , oppugnatur *in Animadverſionibus num.*4. ex defectu *probationis , & relevantiæ* . Ex defectu *probationis , quia Teſtes de ea teſtificantes plenam probationem non faciunt ſaltem per centum annos ante Decreta Vrbani , & manuſcriptum Patris Komorrovii utpote carens recognitione characteris , & legalitate Notarii &c. , à linea concludentis probationis penitus excluditur* . Ex defectu *Relevantiæ , quia ſimplex concurſus ad Sepulchrum Servi Dei de ſe non inducit publicum Cultum, ſed ſolum privatum* .

42 Aſſertus probationis defectus eliminatur *ex Facto*. Nam relatè ad noſtra tempora de viſu , & propria obſervatione deponunt *præſenti Summario num*.8. Teſtis I. *pag*.28. *& ſeqq*. §.1. *&* 2., Teſtis II. *pag*.30. §.7., Teſtis III. *d. pag*. §. 9. , Teſtis IV. *ead. pag*. §.11., Teſtis V. *pag*.31. §.14., Teſtis VI. *d. pag*. §.15., Teſtis VIII. *pag*.32. 16. *ad* 18. , Teſtis X. *d. pag*. §.2. . Relatè verò ad tempora decurrentia ante Conſtitutionem Vrbanam de viſu etiam , & propria obſervatione deponunt Teſtes examinati in Proceſſu Apoſtolico ſuper Sanctitate Vitæ , Virtutibus , & Miraculis Beati Ladislai conſtructo Varſaviæ *ab anno* 1632. *uſque ad annum* 1637. *Summario præcedentis Poſitionis ſuper Signatura commiſſionis Reaſſumptionis hujus Cauſæ* Teſtis I. *pag*.33. §.3. *&* 4. ibi = *Non tantum Incolæ Varſavienſis , ſed & ex aliis Oppidis , Villis , Civitatibus , Terris plurimi veniunt* [ad Sepulchrum Beati] *vota ſua ſolventes, aliqui Cereas , aliqui argenteas Tabellas Sepulchro affigentes , etiam Magnates , Senatores Regni , & Epiſcopi ut plurimum ſub tempus Generalium Comitiorum Regni in Civitate Varſavienſi celebrari ſolitorum, Miſſas ad Sepulchrum ejus celebrant* = , Teſtis VIII. *pag*.38. §.25. ibi = *Non ſolum Gielnovienſes , & Varſovienſes Populos , ſed & aliorum Civitatum, Oppidorum, Villarumque ventitare ad Sepulchrum ejus utriuſque Sexus , & varii ſtatus , quorum plerique cum exultatione redeunt in domus ſuas , hoc clariſſimum eſt omni die , & ſemper fuit ab initio obitus ſui hucuſque, ſicut Maiores noſtri narrabant nobis, devotionem ad hunc*

Ser-

Servum Dei commendantes &c. =, Teſtis XIII. *pag.* 39. § 30. ibi = *Gielnovienſis Populus quolibet die, incipiendo à ſummo mane uſque ad meridiem, cum fores Templi claudi debent, quaſi affixus Sepulchro adhæret, alii infirmos ſuos Infantes, alii Candelas, alii Ceram, alii alia ſigna deferunt, nec fruſtrantur ſpe, ſed obtentis beneficiis læti domos ſuas redeunt. Hoc eſt, erat, & fuit ſemper verum, publicum, notorium, ac manifeſtum &c.* =, Et Teſtis XLIX. *pag.* 41. §. 35. ibi = *Ipſa oculis meis quotidie ad Sepulchrum hujus Viri Sancti videbam multitudinem Populi conſiſtentis, Vota ſua offerentis, & de reportatis beneficiis lætanti* =. Cum hi omnes Teſtes ſint de viſu, & propria obſervatione, conſtituunt plenam probationem relatè ad ea tempora, ut notum eſt.

43 Remanet nunc videndum, an eadem concludens probatio habeatur de tempore antecedenti centenarium annorum numerum ante præfatam Conſtitutionem. Et ſanè de hoc quoque tempore præter Teſtes *præſentii Summ. num.* 8 ferè per totum, quos adminiculum tantum præſtare ultro fatemur, plenam probationem conſtituunt hiſtorica ſupra recenſita monumenta conſcripta centum annis ante Decreta Urbani ab Andrea Critio, Ioanne Komorrovio, & Anonymo quodam Religioſo Sene, necnon Chronica Provinciæ Majoris Poloniæ. Quod hæc monumenta conſcripta ſint centum annis ante laudata Decreta, jam oſtendimus in Informat. *cap.* 3. § III. *num.* 32. 33. 35. 36, & vindicavimus in hac Reſponſione *antecedenti* §. II. *num.* 14. Hæc autem habet Andreas Critius in Compendio Vitæ Beati *Summ. num.* 24. *pag.* 91. §. 3 ibi = *Puella in flumen delapſa, & vix poſt quatuor horas exanimis inventa, VOTO AD TUMULUM HUNC* (Beati Ladiſlai) *ALLATO, vitam recepit* =. Et clariùs Ioannes Komorrovius in ſuo Memoriali *ibidem pag.* 92. *& ſeqq.* § 8. 10. 11. *&* 13. ibi = *Soror præfata Margareta Palatinides maximis, & importunis afficiebatur tentationibus, VOTO &c. VISITARE EIUS SEPULCRUM FACTO, ET EXPLETO, liberata eſt ab eis &c. Si hic Puer revixerit meritis Beati Patris, SEPULCHRUM EIUS &c. VISITARE PROMITTIMUS &c. Voto ſatisfacientes ſuo BEATI PATRIS SEPULCHRUM ADIERANT &c. Eodem anno* 1514. *&c. Dominus Ioannes Pſ...ski &c. Beato Ladiſlao vovens SEPULCHRUM EIUS VISITARE &c. Et tandem ſatisfaciens Voto ſuo VENIT CUM UXORE, ET FILIO &c.* Eadem hæc leguntur in monumento hiſtorico Anonymi Religioſi Senis, & in dictis Chronicis, prout indicavimus *dicto num.* 24 *pag.* 99. §. 30., *& num.* 25. *pag.* 116. *ſub.* §. 3. Concordat Pater Vincentius Moravvski in Vita Beati ex antiquis monumentis conſcripta, & exhibita in manibus Celſiſſimi, & Eminentiſſimi Ducis Cardinalis Ponentis, *cap.* 7. *pag.* 119. *in princip.* ibi = *Ad locum Sepulturæ ejus* (ſtatim poſt obitum) *cum accenſis Candelis homines veniebant, genibus flexis orabant, Sepulchrum labiorum oſculis, & capitis profunda inclinatione tangebant, Candelas lumine coruſcantes offerebant, Imagines partim de cera confectas, partim de argento elaboratas, partim pictorum coloribus efformatas, voti perſolvendi gratia offerebant devotè, miraculis identidem coruſcantibus. Porrò plurimi erant, qui ad locum Sepulturæ accedentes in ſuis neceſſitatibus conſolationis beneficium delectati domum revertebantur* =. Ad id verò quod opponitur, nimirum, quod dictum Memoriale Ioannis Komorrovii careat recognitione Peritorum, & legalitate Notari, ſa-

tis ſuperque reſponſum eſt in *Iure*, & in *Facto in eod. antecedenti* §.II. *à num.* 31 *ad.* 39.

44 At *ſimplex* (est defectus *Relevantiæ* oppoſitus à Reverendiſſimo Promotore) *concurſus ad Sepulchrum Servi Dei de ſe non inducit publicum Cultum, ſed ſolum privatum*. Hanc objectionem nos præoccupantes, ſatis illi feciſſe videmur in Informatione *pag.* 22. *num.* 56., ubi oſtendimus, quod ante editionem Decretorum Generalum concurſus Fidelium ad Sepulchrum alicuius Servi Dei ob eximiam Sanctitatis opinionem, quam de eo fovebant, & ob inſignia miracula, quæ impetrabant, ad publicum Cultum referendus ſit ex eo juris principio, quod nimirum actus omnes cenſentur facti ad eum utiliorem finem, quem Agens poteſt intendere, quoties vel actus, vel finis nondum ſit vetitus, & prohibitus, juxta auctoritates *ibidem* allegatas; adeoque cum Cultus publicus nondum eſſet per dicta Decreta prohibitus, ſed licitus, vel ſaltem toleratus; hinc eſt, quod præfatus concurſus ob Sanctitatem Vitæ, & Miracula, quę ſunt ad Cultum præparativa, reputari debeat tamquam inducens, & præſeferens Cultum publicum, cùm hic ſit melior finis, quem Agens poterat intendere.

45 Præterea multò evidentiùs apparet concurſum Fidelium ad Sepulchrum Servi Dei eſſe argumentum publici Cultus, ſi non ſumatur ſeorſim, ſed unà ſimul cum actibus, quos præſtabant Fideles ad illud concurrentes. Nempe Vota, ac Tabellas offerebant, & Sepulchro affigebant; Candelas accenſas ante illud retinebant; Beati titulo ſuper Perſonam cadente condecorabant; Feſtivitatem in ejus honorem celebrabant; in Patronum ſuum elegerunt, aliaſque publicæ venerationis actus exhibebant, prout infra *in ſubſequentibus* §§. oſtendemus. Cùm verò dubitari non poſſit, quin huiuſmodi actus Cultum publicum inducant juxta auctoritatem Sanctiſſimi Domini Noſtri *cit. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 9., aſſerendum eſt, quod hunc ipſum præſeferat etiam concurſus, qui ab illis erat indiviſus, & indivulſus.

§. IV.

Elevatio Corporis Beati Ladiſlai ex humili in honorificentiorem locum facta anno 1572. juſſu Cardinalis Franciſci Commendoni Legati a latere, & Vincentii Portici Nuntii Apoſtolici, non ſolum Cultum de dicto anno præſefert, ſed Cultum etiam immemorabilem conſtituit.

46 Contra tertiam Cultus ſpeciem deſumptam ex ſolemni Sacri Corporis ex humili in ſublimiorem, & honorificentiorem l cum Elevatione peracta per Stanislaum *Karnk*ovvski Epiſcopum Vladiſlavienſem, juſſu, & auctoritate Cardinalis Franciſci Commendoni Legati à Latere S. Pii V., & Vincentii Portici apud Sigiſmundum Poloniæ Regem Nuntii Apoſtolici, proponit *in Animadverſionibus num.* 5. Reuerendiſſimus Oppoſitor duplicem circumſtantiam. Prima eſt, tum quod *de ea nullum affertur authenticum documentum, aut inſtrumentum, quod in ſimilibus actibus fieri indeſpenſabiliter ſolet*; tum quod *Scriptores de eadem Elevatione tractantes patiuntur ſupra relatas exceptiones*; tum quod *eorum antiquior ſcripſit ferè triginta annos poſt dictam Elevationem*. Altera verò eſt, quod hæc Elevatio *accidit de anno* 1572, *undè admiſſa etiam pro concludenter probata eadem Elevation Corporis, excluſa à toto genere remanet centenaria ante Conſtitutionem Urbanam, cum ab anno* 1572 *uſque ad annum* 1634. *editionis dictæ Conſtitutionis anni ſolummodo* 62. *effluxerunt*.

47 Quod attinet ad primam circumſtantiam, etiamſi ſubſiſteret in *Facto*, quod nullum de dicta Elcvatione afferatur authenticum documentum, aut inſtrumentum; adhuc tamen veritas dictę Elevationis in diſcrimen reuocari non poſſet; receptum ſiquidem *in Iure* eſt, quod in factis antiquis conjecturæ, atque indicia ad ſufficientem probationem admittuntur, ut decidit Textus *in cap. cum cauſam de Probat.*, & in *Cap. cum olim de cenſ.*; & latè firmat Maſcard. *de Probat. concluſ.* 103. *per tot.*, & *concluſ.* 107. *pariter per tot*; ita ut quando concurrunt adminicula, etiamſi emanaverint à perſonis ſuſpectis, probent. Achil. *deciſ.* 709. *nu.* 9. coram Buratt., *deciſ.* 105. *num.* 8. coram Coccin. Quinimmò ad probanda facta antiqua, quæ habent tempus immemorabile, ſatis eſt, ſi concurrat fama, etiamſi agatur de Privilegio Apoſtolico, ut communiter firmant Doctores, & præſertim Barboſ. *in Cap. cauſam num.* 4., ubi poſtquam aſſeruit ſufficere allegationem tituli ad ſuſtinendam præſcriptionem in jure prohibitam, hęc ſubjungit = *In quo tamen adverte, quod communiter requiritur ul-*

tra

tra tempus immemorabile, quod probetur fama Privilegii habiti à Romano Pontifice; Peregrin. *de Iure Fiſci lib. 6. tit. 8. num* 22. ibi = *Rurſus notandum eſt, quod probato curſu temporis immemorabilis, & prætcrea probata fama de conceſſione Privilegii à Summo Pontifice, is obtinere debeat* =; Carolus de Graſs. *tract. de effect. Cleric. Effect.* 1. *num.* 238. ibi = *Sed ſi ultra immemorabilem præſcriptionem, & conſuetudinem, allegaretur Privilegium, & extaret fama de eo, ex quibus poſſet præſumi, à principio Privilegium extitiſſe, & poſtea fuiſſe deperditum, tunc valeret conſuetudo* =. Quibus noviſſimè conſonat Cardinalis Petra *ad Conſtitut. Apoſtolic. pag.* 64. *num.* 28. *tom.* 3. ibi = *Et in antiquis per famam probari dictum Privilegium, itaut concurrente antiquitate temporis cum obſervantia, omninò præſumitur* =.

48 Quod ſi, ut modo oſtenſum eſt, facta antiqua per conjecturas, & famam plenè probantur, id multò magis locum habere debet in noſtro caſu, cum de ſupradictâ Elevatione non ſimplices dumtaxat conjecturæ, & fama; ſed concludentiſſimæ habeantur probationes. Nam in primis ultra famam, & communem traditionem, de qua deponunt Teſtes in Proceſſu Apoſtolico examinati, & præſertim *I.*, *II.*, *IV.*, *V.*, & *X. Summar. num.* 9. *pag.* 33. *& ſeqq.* §. 1. 2. 4. 5. 7. 9., habetur authenticum contemporaneum documentum, de quo infra verba faciemus; habetur etiam communis Hiſtoricorum, & Scriptorum aſſertio, qui ſunt nimirum

Auctor librorum, qui inſcribuntur = *Topographia ſpecialis Provinciæ Poloniæ*, = editorum anno 1597., hoc eſt anno vigeſimo quinto poſt factam Elevationem; ac proinde hic Auctor, ut infra demonſtrabimus, reputatur contemporaneus, *dicto Summario numer.* 25. *pag.* 117. §. 6. ibi = *Anno Domini* 1572. *Dominica in Albis &c. Dominus Stanislaus Karnkovvski &c. accedente ad id ſpeciali conſenſu, & permiſſione duorum Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatorum, videlicet Reverendiſſimorum Commendonis Cardinalis, & Vincentii Portici &c., Reliquias, ſive Oſſa ſupramemorati Beati Patris Ladislai levavit, & in alium locum aptiorem, ſeu decentiorem, nempe prope Altare majus &c. repoſuit, & tranſtulit* =,

Abrahamu Bzovius in Annalibus Eccleſiaſticis editis anno 1630. *ibidem num.* 24. *pag.* 100. §. 36. ibi = *Franciſcus Commendonus Cardinalis Legatus, & Vincentius Porticus Apoſtolicæ Sedis Nuntius ad Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ miſſi &c. anno Domini* 1572. *Dominica, quam in Albis vocant, cadaver illius* (Beati Ladislai) *exhumare, & marmoreo ſupra terram Sepulchro &c. ſeponi juſſerunt, præſentibus ad ſpectaculum plurimis Regni Principibus* =,

Lucas Vvaddingus in Annalibus Minorum editis anno 1654. *ibidem pag.* 101. § 412 ibi = *Auctoritate Cardinalis Commendoni &c. Stanislaus Karnekovius &c. Oſſa Sancti Viri è terra ſublevavit, & in alium locum decentiorem prope Altare majus reverenter collocavit* =,

Franciſcus Aroldus in Epitome Annalium Ordinis Minorum edeta anno 1692. *ibidem pag.* 109. §. 59. ibi = *Donec Stanislaus Karnkovvskius &c. conſentientibus &c. Apoſtolicæ Sedis Legatis &c., ipſa Dominica in Albis &c. Sacra Servi Dei Lipſana ex illo humili Sepulchro in decentiorem locum &c. tranſtuliſſet anno* 1572 =.

49 Hiſce inter alios accedit Vincentius Moravvski in Vita Beati compilata ex antiquis hiſtoricis monumentis *cap.* 7. *per tot.*, ut teſtari dignabitur

Cel-

Celſiſſimus, ac Eminentiſſimus Dux Cardinalis Ponens, in cujus manibus illam exhibuimus. Quoad hunc claſſicum Hiſtoricum juvat hic adnotare, quod Vita ab ipſo compilata, & exhibita in manibus dicti Celſiſſimi, ac Eminentiſſimi Ponentis, eſt tertiæ editionis. Cæterum hanc eamdem vitam primùm typis dedit *anno* 1612., ut teſtatur Lucas Vvaddingus in cit. Annalibus *tom.* 15. *ad annum Chriſti* 1505. *num.*30. ibi = *Illius* [Beati Ladislai] *vitam ſcripſit Vincentius Maxavvski Polonus &c. ex Proceſſibus auctoritate Ordinarii factis, ex confeſſionibus conteſtatis, aliiſque publicis monumentis, eamque edidit Cracoviæ anno* 1612. =. Cum autem ab Elevatione Sacri Corporis facta anno 1572. uſque ad aonum 1612. quo facta eſt prima dictæ Vitæ editio, non effluxerint niſi 40. anni, adeoque d. Auctor ſcripſerit intra quinquaginta annos, habetur, & reputatur contemporaneus, ut infra oſtendemus. Hanc porrò communem Hiſtoricorum opinionem plenum probationis gradum conſtituere affirmavit Franciſcus de Rubeis olìm Fidei Promotor in ſuo Diſcurſu apud Mattam *de Canonizat. Sanctor. part.*4. *cap.*24. *num.*32. ibi = *Si plures* (Chroniſtæ, & Hiſtorici) *idem conteſtantur, faciunt communem opinionem, ac notorium inducunt, adeout plenum probationis gradum conſtituunt* =.

50 Verùm enimverò non ſubſiſtit *in facto* vel quod *nullum aſſeritur authenticum documentum, aut inſtrumentum*; vel quod *Scriptores patiuntur ſupra relatas exceptiones*; vel demum quod *eorum antiquior ſcripſit ferè triginta annos poſt dictam Elevationem*.

51 Non primum, quia adduximus *in Summario* Epitaphium de tempore Elevationis inſcriptum in Tabula plumbea, in qua repoſita fuerunt Oſſa Beati Ladislai. Illud proſtat *pag.*118. *ante* §.7. *in princip.* ibi = *In Nomine Domini Amen. Ad laudem, & gloriam Dei Omnipotentis &c., necnon ad perpetuam rei memoriam Anno Domini* 1572. *Dominica in Albis facta eſt ſublevatio ſolemnis Sanctorum Oſſium Beati Patris Ladislai à Gielniovv per Reverendiſſimum Dominum Stanislaum Karnkovvski Dei gratia Epiſcopum Ladislavienſem, & Pomeraniæ de licentia Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Commendoni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Vincentii Portici pro tunc Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ad Sereniſſimum Regem Poloniarum Sigiſmundum Auguſtum à latere Nuntiorum &c.* =. Epitaphia autem authentica eſſe documenta, ac plenam probationem conſtituere affirmat Matt. *de Canonizat. Sanctor. part.*4. *cap.*23. *num.*12. ibi = *Quarta probationum ſpecies deducitur ex litteris in lapidibus, vel tabulis inciſis, aut pictis* =, & poſt relatos quamplurimos Doctores hæc immediatè ſubjungit = *Ubi quod in hujuſmodi caſibus reſultat plena probatio, quia non faciunt fidem, tamquam probationes, ſed tamquam quid notorium, cum publicè omnibus appareant* =. De veritate hujuſce Epitaphii ambigi non poteſt; refertur enim ab Auctore librorum editorum *anno* 1597. (ſeu vigeſimo quinto anno poſt factam Elevationem), ut conſtat ex data anni appoſita in eodem libro *d. Summario pag.*117. *ſub* §.5., qui proinde habetur pro contemporaneo, adeòque aptus eſt ad conſtituendam plenam probationem de iis, quæ acciderunt, & facta ſunt occaſione dictæ Elevationis, ut agendo de Hiſtoricis ad effectum probandi Virtutes Servorum Dei tradit Scacch. *ac Not.*, *& Sign. Sanct. ſect.*11. *cap.*6. *pag.*881. ibi = *Si Hiſtorici vixerint etiam quinquaginta annis à tempore, quo vixit Dei Servus, de quo agitur,*

me-

merentur attendi tamquam contemporanei =, & docuit etiam Sanctiſſimus Dominus Noſter in Animadverſionibus exaratis in Cauſa Beatæ, nunc Sanctæ Julianæ de Falconeriis ſuper dubio virtutum §. *Addendum*, ubi agens de Scriptoribus Vitæ Sanctæ Catharinæ de Bononia hæc habet = *Addendum eſt, quod ultra Beatam Illuminatam de Bembis, Arringhinus Meliorus, Savonarola, Subadinus, Paleottus Vitam Beatæ Catharinæ à Bononia compoſuerunt ante lapſum quinquaginta annorum ab ejuſdem Beatæ obitu &c., quo ſtante optimè dici poterat, quod omnes illi Auctores fuerint Beatæ Catharinæ contemporanei* =. Patet ergo, quod de dicta Elevatione exhibitum eſt authenticum documentum, Epitaphium nimirum appoſitum Sepulchro Servi Dei, quod, ut modo oſtenſum eſt, plenè, & concludenter probat veritatem ejuſdem Elevationis.

52 Cæterum Inſtrumentum actus ſublevationis exhibere nequivimus, cùm nulla alia acta antiquiora in Archivio Nuntiaturæ Apoſtolicæ adhuc extent, niſi ab anno 1579., cæteris actis hoc anno antiquioribus propter publicas Poloniæ calamitates, & præſertim invaſionem hoſtium, partim direptis, partim combuſtis; ut conſtat ex authentica Atteſtatione Cancellarii dictæ Nuntiaturæ exhibita in manibus Celſiſſimi, ac Eminentiſſimi Ducis Cardinalis Ponentis. Hæc autem in illa leguntur = *Omnibus, & ſingulis fidem facio, & verbo veritatis atteſtor ego infraſcriptus, quod ad requiſitionem intereſſe habentium, facta diligenti revolutione Actorum Sacræ Nunciaturæ Apoſtolicæ in Regno Poloniæ &c. nulla alia antiquiora Acta reperiri inveni, niſi ab anno 1579. de tempore Illuſtriſſimi Domini Andreæ Caligarii. Item ab anno 1582. de tempore Illuſtriſſimi Domini Alberti Bolognetti: item ab anno 1587. de tempore Illuſtriſſimi Domini Hieronymi Bovii pro tunc Nunciorum Apoſtolicorum reſpectivè, & infra; antiquiora autem Acta etiam Illuſtriſsimi Domini Vincentii Laurei, (de quo duntaxat mentiò extat in Actis Illuſtriſsimi Domini Caligarii ſupradicti, quod ejus immediatus Anteceſſor fuiſſet in Miniſterio legationis Apoſtolicæ:) teſtor non reperiri ex eo, quod eadem Acta de tempore calamitatum publicarum in hoc Poloniæ Regno olìm graſſantium, & ſignanter irruptionis, & hoſtilitatis Sueticæ circa annum 1650. ſive 1655. partim direpta, partim combuſta fuerint; prout id relatum habui à Patre meo jam defuncto, qui tum Pro-Cancellarii, tum ſucceſſivè Cancellarii munere in hac Sacra Nunciatura ab anno 1682., [uti Acta probant:] uſque ad Ianuarium anni 1737. fungebatur, & ipſe ex traditione ab aliis idipſum ſe habuiſſe aſſerebat. In cujus rei fidem præſens Teſtimonium manu mea propria ſcriptum, & extenſum ſubſcripſi. Varſoviæ in Cancellaria Nunciaturæ Apoſtolicæ, die decima menſis Martii anno Domini 1749. &c* =.

53 Non ſecundùm, quod nimirùm *Scriptores patiuntur ſupra relatas exceptiones*, defectus ſcilicèt recognitionis Peritorum, & legalitatis Notarii. Nàm ſupponit R̃mus Oppoſitor, quod monumenta Scriptorum hiſtoricorum à nobis adductorum, ſint manuſcripta, in quibus proindè neceſſaria eſſet Peritorum recognitio; ſed hæc ſuppoſitio corruit *ex Facto*, cùm conſtet *ex Summario num. 24. pag. 99., & ſeqq.*, quod omnia monumenta dictorum Hiſtoricorum ſint typis edita, quodque compulſatio eorundem monumentorum in Proceſſu Apoſtolico coram Judice Delegato non facta ſit ex manuſcriptis, ſed ex monumentis typis

pis

pis editis, in quibus nulla requiritur Peritorum recognitio, & legalitas Notarii, proùt notum eſt; & non dubitat dictus Rm̃us Pater, qui ideo opponit hos defectus, quia ſupponit monumenta dictorum Scriptorum fuiſſe Manuſcripta. Quod reverà dicta monumenta fuerint typis edita, conſtat *ex Summario num.24. pag.99. ante §.32. pag.101. ante §.41., pag.108. ante §.57., & num.25. pag.117. in princip.* Quod ſi dubitari velit, utrum unicus Auctor, qui ſcripſit *anno* 1597. monumentum ſuum hiſtoricum, ediderit manuſcriptum, an typis dederit, adhùc nihil officit dictus defectus recognitionis Peritorum, & legalitatis Notarii, tùm quia res eſt de antiqua ſcriptura excedente metam centum annorum; tùm quia hoc monumentum extractum fuit ex Archivo per Cuſtodem ſpecialem cuſtodito; tùm demùm quia recognitum fuit à Iudice, qui illud diligenter inſpexit, ac recognovit, nullumque vitium, aut ſuſpicionis notam in eodem adinvenit; & huic reviſioni ipſe etiam Notarius interfuit, ut hic atteſtatur *dicto Summario num.24. pag.117. §.4. & 5.* ibi = *Coram nobis, & publico Notario infraſcripto comparentes &c. Petrus Gluski &c., & Thomas Glatz &c., Provinciæ Minoris Poloniæ Secretarius, & Archiviſta juratus Libros duos compactos ex Archivio Conventus præfati &c. deſumptos, & deportatos exhibuerunt &c. viſis, & diligenter inſpectis, & accuratè perluſtratis binis voluminibus, eoſdem non viciatos, nec cancellatos, nec in ulla ſui parte ſuſpectos, & fidem indubitatam merentes adinvenimus, ex iiſdemque puncta &c. deſcribi mandavimus* =; & *pag.118. ante §.7.* ibi = *Ego Ioſephus Conſtantinus Zaglazdovvk publicus Sacræ Apoſtolicæ Notarius reviſioni ſupradictorum Librorum &c. præſens interfui* =; in quibus terminis præfatum monumentum plenam probationem conſtituit juxtà auctoritates allegatas *in §.2. num.31. ad 34.*

54 Non tandem tertium, quod ſcilicèt *antiquior* [Scriptor] *ſcripſit fere triginta annos poſt dictam Elevationem*. Nàm dictus Scriptor ſua monumenta hiſtorica edidit anno 1597., ut conſtat *ex Summario pag.117. ſub §.5.* citato *in Animadverſionibus dicto num.5.* ibi = *Topographia ſpecialis Provinciæ Polonæ anno Virginei Partus milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo* =. Subducto autem calculo arythmetico ab *anno* 1572. factæ Elevationis, uſque ad *annum* 1597. editionis dictorum monumentorum, inveniuntur ſolùm interceſſiſſe *anni* 25., adeòque antiquior Auctor non ſcripſit poſt triginta annos, ſed vigeſimò quinto anno poſt dictam Elevationem. Cæterùm ſive vigeſimo quinto, proùt reverà eſt, ſive trigeſimo anno poſt d. Elevationem ſcripſit præfatus Auctor, proùt aſſerit Rm̃us Oppoſitor, habendus eſt tamquam contemporaneus, juxtà auctoritates Scacchi, & Sanctiſſimi Domini Noſtri modo allegatas, adeòque pleniſſimam fidem, & probationem conſtituit de dicta Elevatione, attentà inſuper ea ſingulari circumſtantia, quod de eo tempore, quo memoratus Auctor dicta monumenta hiſtorica edidit, adhùc in vivis erat, & Archiepiſcopalem Eccleſiam Gneſnenſem regebat Staniſlaus Karnkovvski, qui prævio conſenſu Cardinalis Commendoni, & Vincentii Portici Corpus Beati Ladislai ex humili in decentiorem locum ſublevavit, ut inquit ipſemet Auctor *dicto pag.117. §.6.* ibi = *Anno Domini 1572. &c. Rm̃us in Chriſto Pater, & Dominus Staniſlaus Karnkovvski, tunc temporis Epiſcopus Vladiſlavienſis, & Pomeraniæ, nunc verò Archiepiſcopus Gneſnenſis &c., Reliquias, ſive Oſſa ſupramemorati Beati Patris Ladislai levavit &c.* =

55 Quoad alteram verò circumſtantiam contra nos allegatam *in Animadverſionibus dicto num.5.*,quod nimirùm *hæc Elevatio accidit de anno 1572.* utique hoc nos non abnuimus,ac vltrò fatemur; negamus verò,quod inde deducit Rmus Oppoſitor, nimirùm, quod *excluſa à toto genere remanet centenaria ante Conſtitutionem Urbanam*. Nàm licèt deficiant *anni* 38. ad complendam centenariam; attamen ſolemnis hæc Elevatio facta auctoritate, & juſſu Cardinalis Commendoni, ac Vincentii Portici, præſentibus Rege Poloniæ, ac innumeris Regni Proceribus deſervire debet pro demonſtrando Cultu publico præſtito Beato per dictos antecedentes 38. *annos*, & ampliùs, idque ex duplici ratione,quam latè excuſſimus in Informatione *pag.* 23., *& ſeqq. num.*60., & juvat hic breviter innuere. Prima ratio eſt, quia motivum, ſive cauſa, ob quam Legati Sedis Apoſtolicæ Cardinalis Commendonus, & Vincentius Portici decreverunt è loco humili in decentiorem ſupra terram ſolemni pompa ſublevare Corpus Beati Viri, ea fuit, quod nempè univerſus Populus pubblico Cultu illum proſequebatur, ac ſingulari devotione ad ejuſdem Sepulchrum confluebat, vt teſtatur graviſſimus Auctor Abraham Bzovius Polonus in Annalibus Eccleſiaſticis *Summario num.*24. *pag.* 100. §. 36. ibi = *Clariſſimus Franciſcus Commendonus Cardinalis Legatus, & Vincentius Porticus Apoſtolicæ Sedis Nuntius &c. VISA EX IIS ERGA LADISLAUM POPULI DEVOTIONE Anno Domini* 1572. *&c. Cadaver illius exhumare, & marmoreo ſuper terram Sepulchro, Imagine illius inſigne ſeponi juſſerunt* =. Et ob hanc eandem cauſam dictam Elevationem peregiſſe Epiſcopum Stanislaum Karnkovvski,fidem facit graviſſimus alter Auctor Lucas Vvaddingus in Annalibus Minorum *ibidem pag.* 101. § 42. ibi = *Auctoritate Cardinalis Commendoni &c. Stanislaus Karnkovvski tunc Epiſcopus Vladiſlavienſis &c.. DEVOTIONE CONFLUENTIS POPULI, ET MIRACULORUM MULTITUDINE COMMOTUS, Oſſa Sancti Viri è terra ſublevavit* =. Et pleniſſimè conſtat ex ſupracitato Auctore, & coævo factæ Elevationi, *eodem Summar. num.*23. *pag.*117. § 6. ibi = *Anno Domini* 1572. *&c. Stanislaus Karnkovvski &c. tum Divinæ Majeſtatis inſpiratione, tum POPOLARI AD SEPULCHRUM BEATI PATRIS LADISLAI DEVOTIONE SÆPENUMERO CONFLATI, & MIRACULORUM CORUSCATIONE MOTUS, accedente ad id ſpeciali conſenſu &c. duorum Legatorum &c., Reliquias, ſive Oſſa ſupramemorati Beati Patris Ladiſlai levavit, & in alium locum aptiorem, ſeù decentiorem &c. tranſtulit* =.

56 Altera ratio eſt, quod Elevatio Sacri Corporis, non privatà, ſed publica auctoritate, ſolemnitèr peracta non publicum dumtaxat Cultum, ſed formalem etiam Beatificationem, & Canonizationem de ſe juxta diſciplinam,& praxim illorum temporum importat ex auctoritatibus in dicta Informatione *cit. num.* 90. allegatis. Non eſt autem præſumibile, aut credibile, quod Cardinalis Commendonus Legatus à Latere, & Vincentius Portici Nuntius Apoſtolicus, ac Epiſcopus Ulad.ſlavienſis, deveoire voluerint ad hunc ſolemniſſimum, ac ſuum non Religionis actum ſine vllo præcedenti publico Cultu, attenta præſertim doctrina, ac zelo tùm dicti Cardinalis Commendoni, de quo hæc habet Alphonſus Ciaconius in Vitis, & rebus geſtis Pontificum Romanorum, & S. R.E. Cardinalium *tom.*3. *cap.*40. ibi = *Maximè aptum Commendonum ad Principes in Turcas commovendos Pius V. exiſtimabat, illique in*

 pri-

Google

primis confidebat; ad eximium enim conſilium, ac præſtans, & verſatile ingenium ad omnes res magnas tractandas aptum, & ſingularis eloquentiæ, ac neutiquam vulgaris doctrinæ, virtutiſque animi, plurimus, ac diuturnus rerum Germanicarum uſus accedebant =; tùm præfati Epiſcopi, de quo ita teſtatur ſupramemoratus Moravvski in Vita Beati cit. *cap.7. pag.120. in princip.* ibi = *Illmus, & Rmus Dominus Stanislaus Karnkovvski, de quo illud uſurpari poteſt Sacrarum Litterarum documentum: Ecce Sacerdos Magnus &c. Ille namque ſævientibus Hæreſeos procellis in Regno Poloniæ invictum robur animi oppoſuit, Verbo, Calamo, doctorum Virorum ad eum finem adhibito conſilio, peſti irruenti obviam ivit. In Comitiis Generalibus Regni per multos annos, confœderationem Hæreticis non minùs potenter, quàm audacter requirentibus, Iurium, & libertatum Catholicarum, in faciem reſtitit, murumque adamantium ſe ſemper opponebat. Et multum labenti Fidei Catholicæ ſuccurrit* =.

57 Sive ergò attendamus cauſam, ob quam Sacra Oſſa ſublevata fuerunt, ſive ipſum ſolemniſſimum actum Elevationis, rationabiliter ambigi nequit, quin hæc Elevatio ſuffragari debeat pro demonſtrando Cultu publico, non ſolùm de *anno* 1572., quo facta eſt, verùm de aliis antecedentibus 38. *annis*, qui deſunt ad complendam centenariam.

§. V.

Altare in honorem Beati in Eccleſia Oppidi Gielnovv erectum eſt vel ante, vel ſaltem immediate poſt Elevationem, proùt immediatè poſt ipſam aliud Altare erectum eſt in Eccleſia S. Annæ Civitatis Varſavien.

58 Quartam, & quintam Cultus ſpecies deſumptas ex Altaribus, & Cappella noſtro Beato dicatis, necnon ex votivis Tabellis, Cereis, aliiſque Anathematibus, & Donariis eidem oblatis, ac retentis in Sepulchro, & Altaribus, magis irrelevantes eſſe aſſerit Rmus Oppoſitor *in Animadverſionibus num.6., & 7., non ſolùm quia carent præſcripta centenaria ante Vrbanam Conſtitutionem, ſed eò fortiùs quia multo poſt Elevationem Corporis Servi Dei incœpiſſe dignoſcuntur*.

59 Et quidem relatè ad Altaria, & Cappellam Servi Dei ex Peritorum recognitione probatur *dicto num. 6., quod Altare in Eccleſia Gielnovienſi extructum fuerit de anno 1587., nempè 15. annis poſt dictam Elevatio-*

nem

nem : & Cappella in qua dicitur requieſcere Corpus Servi Dei , erecta exiſterit circa annum 1620. , *ſcilicet* 50. *circitèr annis poſt prædictam Elevationem* .

60 Relatè verò ad Vota, & Donaria *eorum antiquiùs in Altari Eccleſiæ Gielnovien. exiſtens confectum dicitur à Peritis de anno* 1638. , antiquiùs ex votis appenſis ad Altare Servi Dei Eccleſiæ Varſavien. confectum judicatur à I. Perito ab annis 40. &c., cum quo concordat alter Peritus, ut ponderatur *dicto n.*7. Ut hiſce Animadverſionibus clariùs , & uberiùs faciamus ſatis ; de quarta Cultus ſpecie *in præſenti* , de quinta verò *in ſubſequenti* §. agemus .

61 Loquendo itaque de quarta Cultus ſpecie, ſive de Altaribus noſtro Beato dicatis , tàm in Eccleſia Parochiali Sanctæ Crucis , & Sanctorum Petri & Pauli Oppidi Gielnovv , quàm in Eccleſia Sanctæ Annæ Civitatis Varſavienſis , necnon de Cappella in eiuſdem honorem erecta in hac Eccleſia , aliqua ſunt in facto præmittenda . Et ſanè , quod attinet ad Altare exiſtens in Eccleſia Gielnovienſi, conſtat, quod illud extructum ſit paulo ante, vel ſaltem immediatè poſt elevationem factam *de anno* 1572. , non verò 15. *annis* poſt ipſam , proùt ſupponit R̄mus Oppoſitor . Nam Peritus II. judicialiter examinatus *anno* 1747. iuxtà artis ſuæ peritiam judicavit illud eſſe extructum *ab annis* 180. *Summar. num.*23. *pag.*74. §.17. ibi = *Hoc vere fateri poſſum , & fateor , quod hoc Altare ſit factum ante annos circiter* 180. =. Ducto autem calculo ab Elevatione , manifeſtum ſit , quod idem Altare extructum ſit *anno* 1567. , adeoque quinque annis ante ipſam Elevationem. Nec refragatur I. Peritus , nam hic non abſolutè , & ſimplicitèr dixit , quod Altare extructum ſit *ab annis* 160. , proùt ſupponitur *in Animadverſionibus dicto num.*6. , ſed addit particulam illam limitativam = *ad minimum* =; ſic enim habet *dicto num.*23. *pag.*73. §.16. ibi = *Antiquitatem huius Altaris B. Ladislai &c. in Eccleſia Gielnovienſi tempero , & judico eſſe factum ab annis ad minimum* 160. =. Cum ergò I. Peritus affirmaverit , quod prædictum Altare extructum ſit *ab annis* 180. circiter , & II. Peritus exiſtimaverit illud eſſe factum *ab annis ad minimum* 160. , hinc ad conjungendas Peritorum recognitiones aſſerendum eſt vel quod extructio eiuſdem Altaris accidit paulo ante Elevationem; vel ſaltem immediatè poſt ipſam .

62 Quod verò attinet ad Eccleſiam Civitatis Varſavienſis diſtinguendum eſt inter Altare Beato dicatum , & Cappellam in eiuſdem honorem erectam . Cappella utique extructa eſt *poſt annum* 1617. , proùt teſtatur Joannes Kamienski in libro ex antiquis manuſcriptis compilato *Summario num.*24. *pag.*110. §. 64. ibi = *Illuſtriſſima Domina Sophia de Lubin &c. Illuſtriſſimi Domini Felicis à Drobrun Arzyſci conſors poſt mortem præfati Mariti, & ſpecialiſſimi Protectoris &c. anno* 1617. *è vivis ad ſuperos vocati inſignem Cappellam , quæ Beato Ladislao eſt dedicata &c. , propriis ſumptibus &c. fabricari fecit &c.* =. Et concordant Periti ; nàm I. judicavit illam ſtetiſſe iam *ab annis* 120. *d. Sum. n.*33. *pag.*36. ibi = *De hac Cappella hoc dico , quod ſteterit iam ab annis centum viginti* = : II. verò teſtatur extructam eſſe ſecundum uſum antiquum *ibidem* §. 37. ibi = *Principio , quod ſit extructa* (*Cappella*) *ſecundum proportionem , & uſum antiquum* = Altare vero nonniſi immediatè poſt Elevationem erectum eſſe aſſerendum eſt ; nàm ſi in Oppido Gielnovv , ut modo oſtenſum eſt , de eo tempore extructum fuit Altare in honorem Servi Dei , incongruum , & abſurdum eſt di-

cere

cere, quod non idem erectum ſit in Eccleſia Civitatis Varſavien. in qua peracta eſt Elevationis ſolemnitas. Et licet Periti iudicarint Altare Beati exiſtens in dicta Eccleſia Varſavien. factum eſſe *ab annis* 60., *vel ab annis* 66 circiter; attamen hi loquuntur de Altari modo exiſtenti, & recens extructo, non verò de antiquiori, quod in conflagratione Eccleſiæ combuſtum extitit *anno* 1657., ut conſtat ex litteris *anno* 1657. datis ad Palatinum Poſnanienſem relatis in ſupra aliàs memorato authentico manuſcripto *Summario n.*24. *pag.*105., *& ſeq.* §.51. *&* 52. ibi = *Certæ Perſonæ &c. irruentes turmatim ad Ædificia, & Templum Dei cum facibus incenſit, & ardentibus inſtrumentis, Altaria, Scamna, Cathedras in Eccleſia incendebant, atque ut majorem flammam excitarent, Imagines parietibus affixas manu impia abripiendo, foco imponebant, ac flammam, ac ardorem augebant, itaùs præ lagranti incendio omnia Altaria, ornamenta, Epitaphia Virorum Illuſtrium, chori, organa, flamma concepta, eamdem quoque tegumento, & trabibus &c. porrexerint, quo factum eſt, ut concidentibus in fornicem Templi trabibus, fornix ipſa conciderct &c., debacchati ſunt, quouſque hæc omnia &c. in Eccleſia contenta non adurerentur* =. Cæterum quod fuerit in dicta Eccleſia Altare in honorem Beati erectum ante combuſtionem adeoque antiquiùs Altari modo exiſtenti conſtat ex iudiciali viſitatione Sepulchri, & Altaris facta *anno* 1635. per Iudices Delegatos Apoſtolicos *Summario præcedentis Poſitionis ſuper Reaſſumptione huiuſce Cauſæ pag.*69. §.5. ibi = *Continua hic devotio, celebratiaque Miſſarum ad Altare Sepulchri* =; *& pag.*70. §.14. ibi = *Reliquæ* (*Tabellæ*) *in Altari eiuſdem Beati Servi Dei, quod ad latus Sepulchri ſiniſtrum collocatum eſt, appenſæ viſuntur* =.

63 His io facto præmiſſis fatemur quidem, quod prædicta Altaria, & Cappella carent præſcripta centenaria ante Vrbanam Conſtitutionem; ſed hæc utpote certa publici Cultus argumenta juxta auctoritates in Informatione allegatas *pag.*27. *ante n.*62., deſervire poſſuot ad oſtendendam publici Cultus contiouationem erga Beatum uſque ad hæc noſtra tempora. Præterea cum prædicta Altaria erecta ſint immediatè poſt factam Elevationem, ut modò demonſtravimus, hinc maximam ipſius Elevationis ſolemnitatem magis convincunt, ob quam factum eſt, ut nobiliſſimo publici Cultus ſpecies, qualis eſt Altarium erectio, quæ præcipuis Sanctis exhibetur, noſtro Beato exhiberetur, ac proinde magis exindè confirmatur, non eſſe præſumibile, vel credibile, quod Cardinalis Commendonus, Vincentius Portici, & Epiſcopus Uladiſlavienſis devenire voluerint ad hanc ſolemnem elevationem, ſeu quod idem eſt iuxta diſciplinam illorum temporum, ad ſolemnem Beatificationem, vel Canonizationem ſine ullo præcedenti publico Cultu, prout ſupra ponderavimus *in* §.*VI.*

Ve-

§. VI.

Votivæ Tabellæ, aliaque Anathemata Beato oblata, & retenta prope ipſius Sepulchrum in Eccleſia ſtatim poſt obitum.

64 Si ad probandam antiquitatem quintæ Cultus ſpeciei, conſiſtentis in votivis Tabellis, Cereis, aliiſque Anathematibus oblatis, & appenſis ad Sepulchrum Beati, inniteremur Tabellis, & Votis modo exiſtentibus, utique hæc Cultus ſpecies careret præſcripta centenaria ante Conſtitutionem Urbanam, nec ex illa Cultus immemorabilis, ſed ſolùm continuatio Cultus poſſet deduci; ultrò enim fatemur, quod Votum antiquius modo exiſtens in Altari Gielnovienſi confectum ſit *ab anno* 1638., antiquius verò modò extans in Eccleſia Varſauienſi confectum ſit *ab annis* 40., prout judicarunt Periti, & in hoc cum Rm̃o Contradictore non eſt nobis controuerſia.

65 Verùm enimverò probationem antiquitatis dictæ ſpeciei Cultus deſumimus primò ex innumeris antiquis Tabellis exiſtentibus *de anno* 1635, in Sepulchro, & Altari noſtri Beati, ut conſtat ex judiciali viſitatione, & deſcriptione earundem facta per Iudices Delegatos Apoſtolicos *ex Summario præcedentis Poſitionis ſuper Signatura Reaſſumptionis hujuſce Cauſæ*, ubi innumeræ antiquæ Tabellæ preſertim argenteæ, ac etiam aureæ, partim indicantur, partim deſcribuntur. Sic autem legitur in *dicto Summario pag.*70. §.11, *ad* 14. ibi = *Hæc Imago* (Serui Dei depicta in tabula lignea) *duobus oſtiolis æquiparatis tabulæ accommodatis ab utraque parte, ſera ferrea clauditur, tota plena Tabellis argenteis, Vota continentibus Fidelium ſexus utriuſque, in quibus beneficia à Domino Deo meritis Beati Servi Dei Ladislai Gielnovii abtenta repræſentantur &c. Sunt autem hujuſmodi ſigna votiva variarum figurarum ex argenteo, & interdum ex auro efformata. Aliquæ referunt figuram diverſorum membrorum humanorum, videlicèt capitis, oculorum, dentium, manuum, pedum; aliquæ verò integri hominis ſpeciem oſtendunt: aliquæ integrarum Civitatum, rerum item geſtarum. Præterea ſciendum, hujuſmodi Tabellas non vulgarium ſolummodo hominum vota teſtari, ſed & multorum Epiſcoporum, Palatinorum, & reliquorum Senatorum Regni, Officialium, Magnatum, Nobilium &c., & devotarum Matronarum, ex quibus nonnullæ notabilis quantitatis reperiuntur, aliquæ nimirum ad cubitalem menſuram accedunt, nulla tamen eandem excedit. Et quia præfata Tabula Imaginis capere nequit tantam multitudinem Tabellarum votivarum, ideò reliquæ in Altari ejuſdem Beati Servi Dei, quod ad latus Sepulchri ſiniſtrum collocatum eſt, appenſæ viſuntur. Omnium ſignorum votivorum de argento numerus eſt ducenteſimus quartus, præter Imagines, & Cerea, inſignia Miraculorum, ac beneficiorum perceptorum, humanas Effigies integras, membrorumque*

ſimu-

ſimulacra diverſorum præſeferentia. Et quia non omnes Tabellæ præfatæ beneficiorum reportatorum teſtimonia continent, aliquæ enim ſunt cum ſolis Imaginibus, aliquæ cum ſolis litteris abſolutis ſine ullis rerum ſignificationibus, plurimæ ſine utriuſque indiciis nudè ſolummodò grati animi notæ &c. = *& pag.* 73., *& ſeq.* §.22. ibi = *Ad latus utrumque Tabulæ* (Altaris) *loco columnarum, & inferius in ſuſtentamento affabrè; & ingenioſè armaria pinacotheca, tabellis aureis, argenteis, & rerum pretioſioris valoris accommodata ſunt cum ferramentis debitis*=. Et poſt deſcriptionem aliquarum Tabularum hæc ſubiungitur *ibidem pag.* 75. §.24. ibi = *ſunt & aliæ Tabellæ argenteæ in eodem Altari affixæ ad minus numero ſexaginta ſex, ſine aliquibus ſubſcriptionibus, aliquæ cum ſolis Stemmatibus, & nominibus, aliqua etiam ſunt fruſta, ſicuti pedes integri, manus, umbilicus, crura, corda tria. Ex his plures ſunt deauratæ pulcherrimè* =.

66 Huiuſmodi porrò innumeræ antiquæ Tabellæ infelici noſtro fato partim combuſtæ fuerunt in conflagratione Eccleſiæ, & Conuentus Varſauienſis, ut modò in *antecedenti* §.V. oſtenſum eſt; partim venditæ, & erogatæ fuerunt *anno* 1656. pro publicis Regni Poloniæ neceſſitatibus, ut conſtat ex atteſtatione Epiſcopi tunc temporis Poſnanienſis compulſata in ſupracitato libro Patris Ioannis Kamienski *Summ. nù.*24. *pag.*111. §.65. ibi= *Albertus Tholibovvski &c. Epiſcopus Poſnanienſis ſignificamus, quia nos vigore Brevis à S. Sede Apoſtolica &c. Vaſa, & Supellectilem in argento exiſtentem Eccleſiæ Conventualis Varſavienſis &c. pro neceſſitatibus Regni Poloniæ &c. recepimus &c. anno Domini* 1656.=; partim demum illæ reliquæ Tabellæ argenteæ, quæ à dicta combuſtione, & conflagratione fuerunt immunes, venditæ poſtea fuerunt pro fabricanda, & reſtauranda præfata Eccleſia Varſauienſi, ut teſtatur dictus Pater Joannes Kamienski *in cit. libro d. num.*24. *pag.*111. §.61. ibi= *Primum locum tenet Illmus D. Ioannes &c. Hic &c. acceperat ad manus fras de Conventu argenti fracti ſex libras &c.*, *idque EX TABULIS VOTIVIS AD SEPULCHRUM BEATI LADISLAI &c. pro fabrica, & reſtauratione Eccleſiæ noſtræ Varſavienſis* =. Hinc eſt quod in Proceſſu ſuper Cultu *anno* 1747. conſtructo Varſauiæ non potuit de iiſdem utpote non ampliùs exiſtentibus fieri per Peritos recognitio. Cæterùm præfatas Tabellas de *anno* 1635. exiſtentes antiquas fuiſſe conſtat ex eo, quod Iudices Delegati *de dicto anno* 1635. in actu iudicialis viſitationis, & deſcriptionis huiuſmodi Tabellarum judicarunt, quod Beatus Ladislaus non comprehendatur in Decretis Urbani VIII., quia ab immemorabili tempore cultus publicus eidem præſtitus fuerit; ut legere eſt *in ſupradicto Summario præcedentis Poſitionis pag.* 73. §.21. ibi = *Habetur* (in Bulla Urbani VIII.) *ubi omnis Cultus Beatorum nondum declaratorum prohibetur, quod ſupraſcriptis præjudicare non vult, nempe Summus Pontifex, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum &c. Atqui circa venerationem Servi Dei Venerabilis Patris Fratris Ladiſlai Gelnovii omnes iſtæ conditiones, & requiſita reperiuntur; tum quia ab immemorabili tempore pro Beato ab omnibus colitur ſine ulla unquam contradictione &c.* =

67 Deſumimus inſuper probationem antiquitatis centenariæ dictæ ſpeciei Cultus ex grauiſſimis, & coæuis Seruo Dei Hiſtoricis, Andrea nimirum Critio, Ioanne Komorrouio, Anonymo quodam Religioſo Sene, & ex antiquis Chronicis Prouinciæ Maioris Poloniæ, quorum antiqui-

tatem

tatem centenariam, & authenticitatem oſtendimus, tum in Informatione *cap.3.§.111. num.32.33.35. & 36.*, tum in hac Reſponſione §.1.1. *num.* 14. Hæc autem habet Andreas Critius *præſenti Summar. num.24. pag.91. §.3.* ibi = *Puella in flumen delapſa, & vix poſt quatuor horas exanimis inuenta, VOTO AD TVMVLVM HVNC* (Serui Dei) *ALLATO, vitam recepit* =. *Soror præfata* (inquit Ioannes Komorrouius *dicto num. 24. pag. 92. §. 8.*) *Margareta Palatinides maximis, & importunis afficiebatur tentationibus, VOTO CVM QVINQVE CANDELIS viſitare eius* (Beati Ladiſlai) *Sepulchrum deuotè FACTO, ET EXPLETO, liberata eſt ab eis* =, & *pag.93. §.10.* ibi = *Si hic Puer reuixerit meritis Beati Patris, SEPVLCHRVM EIVS VNA CVM OFFERTORIO VISITARE PROMITTIMVS; illicò cor Pueri trepidare cœpit &c.* =, & *ead. pag. §.13.* ibi = *Eodem anno 1514. &c. Dominus Ioannes Pſarski &c. recognouit, quia Sabbato Magno Stanislaus Filius ſuus &c. interfectus eſt, quem cum fletu Beato Patri Ladiſlao vouens, Sepulchrum eius viſitare &c., illicò Puer &c. ſanus reuixit, & tandem ſatisfaciens voto ſuo, VENIT cum Vxore ac filio CERAM PRO INSIGNIIS BAIVLANTES* =. Eadem hæc, quæ habet præfatus Auctor Komorrouius, iiſdem penè verbis leguntur in Compendio vitę exarato à dicto Anonymo Religioſo Sene, & in dictis Chronicis, vt indicatur *in d. num.24. pag.99. §.31., & num.25. pag.116. ſub §.3.*

68 Perpendens Rmus Oppoſitor pleniſſimam probationem, quę ex hiſce Hiſtoricis, & præſertim ex Ioanne Komorrouio deducitur, vltrà exceptiones defectus recognitionis characteris, & legalitatis Notarii proponit *in Animaduerſionibus num.7.* duas obiectiones, alteram *in Iure*, *in Facto* alteram. *In Iure* quidem, quia *ſimplex oblatio Votorum, & Anathematum ad Sepulchrum Seruorum Dei non inducit publicum Cultum, ſed ſolùm priuatum, niſi inſuper oſtendatur, quod illa fuerint ad dictum Sepulchrum appenſa, & retenta*. In *Facto* autem, quia non oſtenditur, quod Vota, & Anathemata, quæ oblata, & delata fuere ad Sepulchrum Serui Dei, fuerint etiam *ibidem* retenta.

69 Omiſſis dictis exceptionibus, quas penitus ſupra diſpulimus *in §.11. nu.31 ad 38.*, quod attinet ad obiectionem in *Iure* non contradicimus Reuerendiſſimo Promotori; cum ipſo enim conuenimus, quod ſimplex oblatio Votorum, & Anathematum non inducit publicum Cultum, ſed priuatum, niſi inſuper oſtendatur fuiſſe illa ad Sepulchra Seruorum Dei appenſa, & retenta; idque euidenter colligi quoque profitemur ex Decretis Generalibus, in quibus prohibetur quidem retentio Tabellarum, & Anathematum in dictis Sepulchris, permittitur tamen illas recipi, ſed in aliquo ſecreto loco reponi iubetur.

70 Quod verò ſpectat ad obiectionem *in Facto*, hanc omninò inſubſiſtentem eſſe apparet, ſi aduertamus ad morem vigentem in Chriſtiano Orbe ante Decreta Vrbani VIII.; nempe mos obtinebat, vt Vota, ac Anathemata, quæ ad Beatorum Sepulchrum deferebantur, *ibidem* affigerentur, ac retinerentur, prout modò fit in honorem Beatorum, & Sanctorum. Quod adeò verum eſt, vt quoniam abuſus irrepſit illa eadem appendendi, & affigendi ad Sepulchra Seruorum Dei non adhuc Beatificatorum, in Decretis Generalibus inter alios publici Cultus ſpecies prohibuerit præfatus Summus Pontifex etiam appenſionem, ac retentionem Votorum, ſeu Tabellarum. Cum ergo ſuprarelati

Hiſto-

Hiſtorici, qui ſua monumenta ediderunt longe ante d. Decreta, referant, ac teſtentur fuiſſe Vota, & Anathemata ad Sepulchrum Beati Ladiſlai delata, euidenter conuincunt fuiſſe illa prope idem in Eccleſia retenta. Accedit ad hoc comprobandum mos iouiolabiliter ſucceſſiuis temporibus obſeruatus erga noſtrum Beatum, vt nimirum Tabellæ, aliaque Anathemata, quæ offerebantur, ſtatim affigerentur, ac in Eccleſia retinerentur, prout conſtat ex ſuprarelata iudiciali Viſitatione facta *de anno* 1635., in qua de innumeris prope Tabellis *ibidem* exiſtentibus oculare teſtimonium exhibetur. Hinc quemadmodum de dicto anno mos erat illas retinendi in Eccleſia, non obſtantibus ipſis Vrbani VIII. Decretis, prout hiſce noſtris temporibus inuiolabiliter obſeruatur, ita euidenter conuincitur, quod pariter antiquioribus temporibus obſeruatum ſit, præſertim cùm generalis in toto Chriſtiano Orbe tunc mos obtineret, vt Tabellę, & Vota, quę in honorem Beatorum deferebantur, in Eccleſia retinerentur, prout paulò ante ponderatum, & oſtenſum eſt.

71 Hinc eſt, quod ſæpè laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter enumerans ſpecies Cultus, ex quibus ſperari poſſet approbatio Caſus excepti, recenſet ipſam *Tabellarum oblationem*; hoc ideò, quia eo ipſo, quod in monumentis antiquis mentio ſit de Tabellarum oblatione, conſequitur fuiſſe illas ad Sepulchra Beatorum affixas, & in Eccleſia retentas iuxta nimirum morem vigentem ante dicta Decreta. *Quamobrem ſi conſtet* (inquit *cit. lib. 2. cap. 23. numer. 9.*) *de Corporis Elatione facta authoritate Epiſcopali, SI DE TABELLARUM OBLATIONE, ſi de inuocatione in Litaniis &c.; omnes quidem hi actus ſunt publici Cultus; in quorum ſequelam ſperari poteſt approbatio Caſus excepti etiam ex tempore immemorabili*=.

§. VII.

Cerei, & Candelæ ſtatim poſt obitum uſque ad hæc noſtra tempora in honorem Beati accenſæ ſunt.

72 Contra ſextam Cultus ſpeciem promanantem ex retentione Lampadum accenſarum ante Tumulum, & Aram Beati ſtatim poſt obitum tres objectiones proponuntur *in dictis Animadverſionibus num. 8.*

73 Prima eſt quod *cum Altare in honorem Servi Dei extructum extiterit multò poſt ſecutam Elevationem ejus Corporis, denegari non poteſt, quod accenſio lampadum ante Aram Servi Dei inceperit à tempore erectionis Altaris.*

74 Altera, quod quamvis aliqui Teſtes deponant de accenſione Lampadum ad ejus Sepulchrum ſtatim poſt obitum; attamen ipſorum dicta nonniſi adminiculum præſtant; nec ullum affertur *publicum legale documentum concludentiſſimè comprobans prædictam accenſionem Lampa-*

dum à tempore obitus Servi Dei, earumque uſque in præſens continuationem.

75 Tertia demum, quod ex oblatione Cereorum facta Sepulchro Servi Dei paucis diebus poſt ejus mortem, de qua mentio habetur in coævis authenticis documentis, inferri non valet eorumdem *accenſio, & inpoſterum non interrupta continuatio accenſionis aliorum Cereorum; præſertim cum Corpus Servi Dei per 67. annos manſerit in Sepulchro communi Fratrum, atque ideo inveriſimile videtur, quod ibidem fuerint accenſi.*

76 Quod ſpectat ad primam objectionem, nulla nobis controverſia eſt cum Reverendiſſimo Contradictore circa Lampadum accenſionem ante Aram Servi Dei; non enim denegamus, quod accenſio iſthæc, ſi rſtrictè ſumatur prout nimirum fit ante Altare, incœperit ab eo tempore, quo illud erectum eſt. Unum hic addimus, quod dictum Altare in honorem Servi Dei non extructum fuit multo poſt ſecutam Elevationem ejus Corporis, prout hic ſupponit Reverendiſſimus Oppoſitor, ſed vel paulò ante, vel ſaltem immediatè poſt illam, prout ſupra oſtendimus in §.*V.*

77 Ad ſecundam objectionem reſpondemus, quod præter Teſtes deponentes cum requiſitis immemorabilis, accenſionem ad Sepulchrum noſtri Beati incœpiſſe ſtatim poſt ipſius obitum, habemus monumenta hiſtorica Joannis Komorrovii, Anonymi Religioſi, & Chronica Provinciæ majoris Poloniæ, conſcripta, ut oſtendimus in Informatione *cap.*2. §.III., & in hac Reſponſione *cap. primo* §.II., centum & amplius annis ante Conſtitutionem Urbanam. Hæc autem leguntur in monumento hiſtorico Joannis Komorrovii *Summario num.*24. *pag.*92. § 8. ibi = *Soror præfata Margbareta Palatinides maximis, & importunis afficiebatur tentationibus*, VOTO CUM QUINQUE CANDELIS *viſitare ejus Sepulchrum devote* FACTO, ET EXPLETO, *liberata eſt ab eis* =; & *pag.*93. §.19. ibi = *Eodem anno* 1514. *&c. Dominus Joannes Pſarſki &c. recognovit, quia Sabato Magno Stanislaus filius ſuus &c. interfectus eſt, quem cum ſe Beato Patri Ladislao vovens, Sepulchrum ejus viſitare &c. Puer &c. ſanus revixit, & tandem ſatisfaciens voto ſuo, venit cum uxore, ac filio* CERAM *pro inſigniis* BAJULANTES =; hæc eadem penè iiſdem verbis leguntur apud laudatum Anonymum Religioſum ſenem, & in dictis Chronicis, prout indicavimus *dicto Summario d. num* 24. *pag.*99. §.31., & *num.*25. *pag.*116. *ſub* §.3. Hujuſmodi porro monumenta hiſtorica apta eſſe ad conſtituendam plenam probationem ſolidè tradit; & firmat laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter *cit. lib.*2. *cap.*23. *num. primo*, & 7., ubi inter authentica documenta ad probandum Cultum immemorabilem recenſet primo loco Hiſtoricos conſcriptos à Viris fide dignis centum annis ante dictam Conſtitutionem, vel ſaltem decurrente centenario ipſo annorum numero ante ipſam. Hinc corruit ſuppoſitio Reverendiſſimi Contradictoris exiſtimantis neceſſarium eſſe afferri publicum documentum; nam juxta praxim hujuſce Sacræ Congregationis ad nituntur ad plenam, & concludentem probationem etiam documenta ex privato Archivo extracta, prout de hac pluribus relatis exemplis luculenter teſtatur idem Sanctiſſimus Pater, cujus verba ſupra exſcripſimus *in* §.II. *num.*13.

78 Quod ſi agatur de accenſione Candelarum, & Lampadum vel noſtris hiſce

hiſce temporibus, vel de anno 1635., proſtant etiam publica documenta, nempè duæ judiciales Viſitationes, altera facta *anno* 1747. *præſenti Summario num.*23. *pag.*78. §.4., altera vero facta *de dicto anno* 1635., ut conſtat ex *Summario præcedentis Poſitionis Reaſſumptionis hujuſce Cauſæ pag.*69. §.9. ibi = *Deinde vero hyperthyrum, ſeu coronix tabulæ præfatæ lapideæ* (collocatæ ſupra Sepulchrum Beati) *ſuperimpoſita cernitur hinc, & inde medii cubiti menſuram excedens, in qua ut plurimum Candelabra cum Candelis accenſis, & Lampades collocantur* =.

79 Remanet nunc diſcutienda tertia objectio, in qua dicitur, quod ex oblatione Cereorum facta Sepulchro Servi Dei paucis diebus poſt ejus mortem, de qua mentio habetur in ſupradictis authenticis documentis, inferri non valet eorumdem accenſio, & inpoſterum non interrupta continuatio accenſionis aliorum Cereorum. Jam de interrupta continuatione ad hæc uſque noſtra tempora conſtat ex duplici modo indicata judiciali Viſitatione, & deſcriptione, altera quidem peracta *anno* 1747., altera verò *anno* 1635., prout oſtenſum eſt in antecedenti *num.*78.. Quod vero ex oblatione Cereorum, & Candelarum inferri indubitanter debeat eorumdem accenſio, ex quadruplici potiſſimùm ratione probatur. Primò quidem quia finis oblationis Candelarum erat, ut accenderentur, adeoque aſſerendum, quod juxta hunc finem revera accenſæ fuerint, cum nulla lex id fieri tunc temporis prohiberet. Secundò quia aliter, ut ponderavimus in Informatione *pag.*29. *ante num.*73. inutilis eſſet oblatio juxta commune adagium = *Fruſtra calceus, cujus numquam eſt uſus* =. Tertiò quia Teſtes cum requiſitis immemorabilis deponentes affirmant cereos, & Candelas fuiſſe ſtatim poſt obitum Servi Dei ante ejus Sepulchrum accenſas *Summario num.*11. *per tot.*; hujuſmodi porro Teſtium dicta licet non faciant plenam probationem, attamen *adminiculi loco eſſe poterunt, & conferent ad corroboranda cætera monumenta*, verba ſunt Sanctiſſimi Domini Noſtri *in cit. lib.*2. *cap.*23. *num.*7. *circa med.* Quartò demùm quia ſupradictus Moravvski in Vita Beati ex antiquis monumentis conſcripta teſtatur, quod Fideles ſtatim poſt obitum Candelas accenſas ad Beati Sepulchrum afferebant = *Ad locum.* (inquit *cap.*7. *pag.*119. *in princip.* ibi =) *Sepulturæ ejus* (ſtatim poſt obitum) CUM ACCENSIS CANDELIS HOMINES VENIEBANT *&c.*; *Sepulchrum labiorum oſculis, & capitis profunda inclinatione tangebant*, CANDELAS LUMINE CORUSCANTES AFFEREBANT =.

80 Inveriſimilitudo verò oppoſita, quod nimirum *Corpus Servi Dei per* 67. *annos manſit in communi Sepulchro Fratrum, atque ideo inveriſimile videtur, quod ibidem fuerint* (Cerei) *accenſi*, evaneſcit ex triplici ponderatione. Primò quia mos in Poloniæ Regno obtinet, ut quoties celebrantur exequiæ alicujus Defuncti Candelæ accenſæ humi retineantur. Secundò quia nihil prohibet, quin in Altari Beatæ Virginis, aut aliorum Sanctorum accenſi Cerei reponerentur, dummodo tamen in honorem Servi Dei arderent, prout ita factum eſſe conſtat ex eo, quod in ejuſdem honorem illi offerebantur. Tertiò demum, quia, ut teſtatur laudatus Moravvski in ſupra excriptis verbis Fideles accenſas Candelas afferebant, & ante Sepulchrum Beati in ſuis manibus retinebant. Ex hiſce ponderationibus penitus evaneſcere patet oppoſitam inveriſimilitudinem.

81. Cùm ergo diſpulſis objectionibus conſtet, quod in honorem Beati Ladislai Candelæ accenſæ retinerentur in Eccleſia ſta jam poſt obitum, maximum exinde habetur publici immemorabilis Cultus argumentum juxta auctoritates allegatas in Informatione *pag. 29. num. 72.* & proinde Caſus exceptus a Decretis Vrbani VIII., ut docet Sanctiſſimus Doctor *locis cit., num. 9.*

§. VIII.

Imagines antiquiores Beati exiſtentes in Eccleſia Conventus Varſavien. combuſtæ fuerunt; de iis tamen habenda eſt ratio præſertim cum habeatur in Eccleſia Gielnovienſi Imago depicta ab anno 1567., adeoque, quinque annis ante Elevationem Sacri Corporis.

82 Adverſus ſeptimam Cultus ſpeciem erutam ex pluribus Servi Dei Imaginibus pictis & ſculptis cum radiis, diadematibus, & cum titulo *Beati*, ac *Sancti*, in Eccleſiis aliiſque locis Sacris tum publicè, tùm privatim retentis obiicitur *in Animadverſionibus num. 9.*, quod juxta Peritorum judicium antiquior Imago ſita in Eccleſia Gielnovien. metitur tempus 180. *annorum*, idemque numerat tantummodò *annos* 73. ante toties dictam conſtitutionem Vrbanam; Ceterarum verò Imaginum exiſtentium in Eccleſia S. Annæ Varſaviæ alia eſt *ab annis* 54., alia ab *annis* 84., alia demum ab *annis* 130.

83 Hic iterum deplorare cogimur miſerrimas noſtras jacturas, ob quas ſicuti factum eſt, ut antiquiſſimas & centenariam præſeferentes Tabellas exhibere nequivimus, ita accidit quoad Imagines adeout ſolum recentiores afferre valuerimus. Et ſane in Eccleſia Conventus Varſavien. in qua requieſcit Corpus Beati Viri, extitiſſe complures Imagines ſacras antiquiores hiſce recentioribus, quæ modo in ipſa proſtant, patet ex eo, quod impii homines in ſupra memorata dictæ Eccleſię Varſavienſis combuſtione, quæ accidit *anno* 1657. in ſacras Imagines præſertim ſævierunt, quas manu impia abripiebant, & igni tradebant, ut ſic majorem ignem, ac flammas excitarent, prout legitur in aliàs recenſito authentico manuſcripto *Summar. num. 24. pag. 105. & ſeq. §. 51. & 52.* ibi = *Furioſi irruentes turmatim ad Edificia, & Templum Dei cum facibus incenſis, & ardentibus inſtrumentis, Altaria, ſcamna, Cathedras in Eccleſia incendebant, atque ut majorem flammam excitarent, IMAGINES parietibus affixas manu impia abripiendo FOCO IMPONEBANT, ac flammam ac ardorem auge-*

bant

bant &c. Alii demum ſub hoc idem tempus clauſtro exurendo, & inundando malitioſè, & barbarè intenderunt &c. IMAGINES SANCTORUM per curritoria, & cellas exiſtentes &c. SUCCENDEBANT =. Quod autem aliquæ ex hiſce Imaginibus Beatum Ladislaum repræſentarent, patet tum ex eo, quod, ut infra oſtendemus, ipſe ſtatim poſt obitum electus fuit Patronus Regni Poloniæ; unde potiori jure aſſerendum eſt, quod in dicta Eccleſia inter Imagines aliorum Beatorum, & Sanctorum exiſterent illæ Beati Viri; tum ex eo, quod poſt dictam combuſtionem præcipuæ illius Imagines publicæ venerationi in eadem Eccleſia expoſitæ ſunt uſque adhuc; unde ita factum fuiſſe antiquioribus temporibus deducendum eſt; tum demum ex eo, quod inter alias rationes, ob quas impietas hoſtium præfatam Eccleſiam comburentium diris devovetur, eſt quod = *non ſacri Cineres Beati Ladislai ibi quieſcentis; non Reliquiæ tot Sanctorum ibi depoſitæ, non demum ipſa præſentia Dei Salvatoris &c. arcere a deſtinato malo potuit = d. pag. 105. §. 52.*; tum demum evidentiſſimè patet ex judiciali Viſitatione peracta *anno* 1635., in qua deſcribuntur Imagines Beati *Summar. præcedentis Poſitionis ſæpius citato pag. 69. §. 7.* ibi = *Tabula hæc exiſtens in Eccleſia Conventus Varſavien. longa quatuor cubitorum, lata verò duorum, craſſa excedens quartam partem cubiti, continet in ſua ſuperficie præfati ſervi Dei Patris Fratris Ladislai Gielnovii ſculptam Effigiem bene e tabula prominentem ſatis affabre, & expreſsè membra omnia hujus Beati Servi Dei referentem in habitu Religioſo Ordinis Fratrum Minorum &c., in cujus pedibus nudis effigiatæ ſunt ſoleæ ligneæ &c., caput verò denundatum, circulus per planum totus deauratus ſignum Sanctitatis Viri ambit =; & d. pag. & ſeq. §. 9.* ibi = *Tum & Imago* (in eadem Eccleſia exiſtens) *Servi Dei præfati &c. in tabula lignea depicta longa duorum & medii, lata duorum cubitorum umbilicotenus effigiata cum circulo, ſeu iride in capite, ſanctitatem Viri Dei denotant* =.

34 Quemadmodum verò nulla Poſtulatorum culpa hujuſmodi Imagines noſtri Beati deperierunt, ac proinde non potuerunt per Peritos recognoſci; ita æquitas ſuadet, quod de illis etiam habenda ſit ratio in præſentis dubii diſcuſſione, præſertim cum habeamus in Eccleſia Gielnovienſi Imaginem repræſentantem Beatum Ladislaum cum radiis circa caput, quæ juxta recognitionem Peritorum depicta eſt *ab annis* 180.; ſeu *per* 73. *annos* ante Conſtitutionem Urbanam, prout non dubitat etiam Reverendiſſimus Oppoſitor; Licet verò hæc Imago non habeat præſcriptum centenarium annorum numerum ante dictam Conſtitutionem; cum tamen deficiant ſolummodo *anni* 27., plurimi eſt facienda; cum præceſſerit per quinque annos Elevationem Sacri Corporis factam *de anno* 1572.

§. IX.

Miſſæ de Sanctiſſima Trinitate, & de die currenti in honorem Beati ab Eleuatione Sacri Corporis vſque adhuc celebratæ Cultum publicum conſtituunt.

85 Opponitur *in Animaduerſionibus num.* 10. contra octauam Cultus ſpeciem, repoſitam in celebratione Miſſarum in honorem Beati, tum quod iſthæc Miſſarum celebratio iuxta noſtram confeſſionem incœpit ab Eleuatione Sacri Corporis, tum quod nullum publicum Cultum, & Venerationem præſeferunt, *cùm iſtæ recitentur ritu currenti juxtà Rubricam, neque in eis vlla fit de Seruo Dei commemoratio.*

86 Quemadmodum iterum fateri non abnuimus, quod ſtatim ab Eleuatione Corporis Beati Ladislai incœpit celebratio Miſſarum in eiuſdem honorem, ita negamus, quod ex hac celebratione nullus eruatur publicus Cultus. Nempè fatemur, quod eleuatis Sacris Oſſibus in locum decentiorem ſupra terram prope Altare maius Eccleſię Conuentus Varſauien., ſtatim incœptæ ſunt celebrari Miſſæ in Beati Viri honorem; & hoc euidenter demonſtratur ex ijſdemmet authenticis documentis, quibus *in antecedenti* §. *V.* Altaria in eiuſdem honorem erecta fuiſſe ſtatim poſt dictam Eleuationem demonſtrauimus. Nam Altaria nullo alio fine eriguntur, niſi vt Miſſæ *ibidem* celebrentur, prout inter alios ponderat *Guyet. in Heortologia lib.* 1. *cap.* 16. *quæſt.* 3. ibi = *Et verò cùm nec Altare, nec Cappella eo fine erigantur, vt in ijs perſoluatur Diuinum Officium &c. ſed aliam ob cauſam, maximè verò vt Miſſa certis diebus pro maiori loci incolarum commoditate celebretur; certe ſicut Chori in ijs nullus eſt vſus, ita nec ratio vlla mutandi officij* =. Hinc cùm ex authenticis ſupra relatis documentis conſtet Altaria in honorem noſtri Beati fuiſſe erecta ſtatim poſt Eleuationem, aſſerendum eſt, quod ſtatim poſt ipſum celebrari Miſſæ incœperint, quodque ex ijſdem documentis huiuſmodi celebrationis probatio eruatur.

87 De continuatione celebrationis iſtarum Miſſarum concludentes quoque probationes habentur, ſiuè ſpectemus noſtra hæc tempora, ſiue tempus editionis Decretorum Generalium. Quod Miſſæ in honorem Beati celebrantur noſtris hiſce temporibus conſtat ex depoſitionibus Teſtium examinatorum in Proceſſu Apoſtolico conſtructo *anno* 1747., qui de viſu, & propriâ obſeruatione affirmant celebrari Miſſas in Altari Beati non ſolùm per Sacerdotes, ſed etiam per ipſoſmet Loci Ordinarios, alioſque Epiſcopos *Summar. præſent. num.* 13.

§. 1.

§. 1. 2. 5. *ad* 7., *&* 9. *ad* 12.. Quod verò celebratæ quoque fuerint de tempore editionis dictorum Decretorum, conſtat tùm ex Teſtibus I. & IV. examinatis in Proceſſu Apoſtolico ſuper Virtutibus, & Miraculis noſtri Beati compilato *de anno* 1632. *vſque ad* 1637., quorum depoſitiones proſtant in *Summar. præcedentis Poſitionis huiuſce Cauſæ ſuper Signaturæ*, vbi habet dictus Teſtis I. de viſu, & propriâ obſeruatione *pag.*33. §.2. ibi = *Quantum verò ad hanc Ciuitatem Varſauienſem attinet, dico in tanta reputatione hîc Dei Seruum eſſe, quò omni die plurimi homines conuenire ſolent, Miſſas procurantes ad Sepulchrum eius dici* =, *& ſub* §. 4 ibi = *Epiſcopi, et plurimum ſub tempus Generalium Comitiorum Regni in Ciuitate Varſauienſi celebrâri ſolitorum, Miſſas ad Sepulchrum eius celebrant* =; & *ibidem* de facto proprio deponit Teſtis IV. *pag.*35., *& ſeq. ſub* §.15. ibi = *Ego tum ab eadem Infirma &c. rogatus fui, vt Sacroſancto Miſſæ Officio Infirmam vouerem ad Sepulchrum Beati Ladislai, quod cùm feciſſem, ceſſauit dolor; & ſic ſana facta eſt* =; tum ex iudiciali Viſitatione Sepulchri Serui *Dei* facti *anno* 1635. per Iudices *Delegatos* Apoſtolicos in dicto Proceſſu, *eodem Summar. præcedentis Poſitionis pag* 69. *poſt* §. 5. ibi = *Vnde & continua hîc deuotio, celebratioque Miſſarum ad Altare Sepulchri, non tantum per Fratres illius Conuentus, aliorumque Religioſorum Sacerdotes, ſed plurimi etiam Epiſcopi, Vota ſua depromentes. Miſſas celebrant, Varſauiam ad Ædes Eccleſiæ dictorum Patrum venientes* =, & *pag.* 73. §. 19. ibi = *Ad quod* (Altare Beati) *non ſolummodò per Fratres Conuentus, & Forenſes, ſed per variorum Ordinum Religioſos, Seculares, Presbyteros, etiam Epiſcopos, & per alios in dignitatibus varijs Eccleſiaſticis conſtitutos, maximè ſub tempus Comitiorum Generalium Regni Varſauiæ celebrari ſolitorum, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium partim ex voto, partim ex deuotione, partim verò in gratiarum actionem celebrari quotidie ſolet* =.

88 Suppoſita hac noſtra confeſſione de celebratione Miſſarum in honorem Beati ſtatim poſt Eleuatione inchoata, & continuata vſque adhuc, quam legitimis, & authenticis documentis innixam eſſe demonſtrauimus, videndum modò eſt, an ſubſiſtat, quod hæc Miſſarum in honorem Beati celebratio de die currenti nullum publicum Cultum præſeferat, prout affirmat Reuerendiſſimus Oppoſitor, & nos negare profeſſi ſumus. Porrò præmittimus, quod in honorem noſtri Beati non ſolùm celebrantur Miſſæ de die currenti, ſed etiam de Sanctiſſima Trinitate, vt ex propria obſeruatione, & facto proprio reſpectiuè deponunt inter alios *Summar. præſen. num.* 13. Teſtis III. *pag.*45. §. 5. ibi = *Non tantum egometipſe celebraui Miſſas in Altari Serui Dei Ladislai hîc Varſauiæ in Cappella eius, ſed etiam ab alijs Presbyteris celebrari obſeruaui; & quando cantatæ Miſſæ peragi ſolent, tunc fiunt Votiuæ de Sanctiſſima Trinitate diebus Dominicis, in die autem obitus dicti Beati Ladislai fiunt ſolemniter cum cantu, & muſica; Miſſæ verò lectæ de die occurrentes iuxta Rubricam fieri ſolent, quæ, & præſertim lectæ continuò abſoluuntur, quia & egometipſe tot vicibus cantaui, & lectas recitaui* =; & *num.* 19. Teſtis I. *pag.* 56. §. 2. ibi = *In tali verò Feſto fit Miſſa in primis Votiua de Sanctiſſima Trinitate in Cappella vbi quieſcunt Oſſa dicti Serui Dei Ladislai &c.; demum ſumma ſcilicet Miſſa pariter cantata* =.

89 Hæc præmiſſa facti circumſtatia, non hic multùm ſubſiſtimus in demonſtrando, quod celebratio Miſſarum de Sanctiſſima Trinitate, & de die currenti in honorem noſtri Beati Cultum publicum præſeferat, cum id ſolidiſſimis rationibus firmet ſæpe laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter, cujus proindè verba ſatis eſt hic exeribere. Quæſtionem itaque ipſe proponens *in cit. lib.2. cap.20.*, utrum Indultum celebrandi Miſſam de Sanctiſſima Trinitate, aut de Æterna ſapientia, vel de omnibus Sanctis, vel de die currenti, ad publicum Cultum ſit referendum, ideoque utrum ſuper illud firmari poſſit Caſus ab Vrbani VIII. Decretis exceptus, necne, & poſt relatas *num.*16. aliquorum Doctorum Sententias, hæc ſubjungit *num.*17. ibi = *Verùm enim verò, his, & ſi quæ ſint, hujuſmodi aliis nihil obſtantibus, adhuc exiſtimarem, Apoſtolicam Conceſſionem celebrandi Miſſam de Sanctiſſima Trinitate, aut de Æter- ſapientia, vel de die currenti ad publicum Cultum eſſe referendam, & ideo ſuper eam Caſum exceptum ex Indultis fundari poſſe. Nam primò, cum ex cirtumſtantiis optimè deprehendatur illiuſmodi Miſſam minimè efferri pro Anima ejus Servi Dei, in cujus anniverſaria die celebratur, ſed ſubſtitui in locum Miſſæ de Requie, eo quia piè creditur, eamdem Animam ſuffragiis noſtris non indigere; illa fiducia quìdem per Miſſæ Sacrificium expreſſa Cultum publicum importat, licèt minorem eo, qui per Miſſam ſignificatur celebratam ipſius Servi Dei nomen in Collectis exprimendo. Deinde, dum anno 1440. Eugenio Papà IV. Florentiæ commorante, Florentini maximopere vexarentur à Philippo Mediolanenſi Duce, atque à Nicolao Piccinino Militiæ Principe, cùm cuidam Iuveni nuntiatum cœlitus eſſet à Beato Andrea Corſino, ut adversùs Aggreſſores Caſtra moverentur die Feſto Sancti Petri non ſine ſpe victoriæ, cumque ipſa die pugnatum eſſet, hoſte debellato; authoritate prædicti Summi Pontificis ſolemnis ſupplicatio facta eſt ad ejuſdem Beati Tumulum, necnon ipſius Pontificis voluntate cantata eſt ſolemnis Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, teſte Petro Andrea de Caſtaneis in vita Beati inter Mſ. Bibliothecæ Vaticanæ, & ut refert Bollandus tom.2. Januarii pag.1070. Poſtremo, cum, conſtructo Proceſſu ſuper Caſu excepto à Cardinali Macchiavello Epiſcopo Ferrariæ in Cauſa Beatæ Luciæ de Narnia, conſuetudo quædam irrepſiſſet canendi die ejus Feſto Miſſam de Sanctiſſima Trinitate; claræ autem memoriæ Cardinalis Del Verme ante dictæ Civitatis item Epiſcopus nonnullas excitaverit ſuper eodem Cultu difficultates, quin immò abſtinuerit a conceſſione, quæ quotannis petebatur, atque adeò fiebat, Miſſam ipſam de Sanctiſſima Trinitate celebrandi: ſubinde verò ad ſubmovendas difficultates Poſtulatores pro Caſus ab Vrbani VIII. Decretis excepti approbatione inſtiterint, & eam quidem obtinuerint anno 1710., ut infra etiam videbimus, necnon laudatus Cardinalis Del Verme Cultum conſuetum reſtituerit; anno ſequenti editum eſt à Sacrorum Rituum Congregatione hoc Decretum.* (Refert Decretum, quo conceſſa fuit facultas celebrandi Miſſam de Sanctiſſima Trinitate in honorem dictæ Beatæ, & poſtea ita concludit *ibidem circa fin.* = *Scilicet cum fruſtrà imploretur precibus, quod jure conceditur, ſignum evidentiſſimum inde eſt, quod, ſi petita fuit, & conceſſa facultas celebrandi Miſſam de Sanctiſſima Trinitate, hæc ſanè effecta ſunt ex poſitione, vel, ut ajunt, ex ſuppoſito, quod ipſa celebratio fieri non poterat ſine Sedis Apoſtolicæ permiſſione, ideoque quod eadem Cultum publicum importabat; ſiquidem ex alibi dictis privatus Cultus jure prorſus ſuo exhiberi valet Dei Servis, licèt non Beatificatis, neque Canonizatis* =

Pre-

§. X.

Præter modo extantes recentiores Orationes exhibetur alia Oratio conſcripta centum & ultra annis ante Decreta Generalia, quæ proinde Cultum immemorabilem probat.

90 Parvipendendas eſſe contendit Reverendiſſimus Oppoſitor *in Animadverſionibus num.* 11. tam nonam Cultus ſpeciem promanantem ex Orationibus proprlis ante Sepulcrum Servi Dei recitari ſolitis, quàm decimam ex annua Feſtivitate in ejuſdem honorem quotannis celebrari ſolita elicitam. Nonam quidem quia Orationes juxta Peritorum judicium confectæ ſunt *ab annis* 100., *vel* 90.: decimam verò, quia ex *Teſtium dictis valde diſcordantibus reſultat initium habuiſſe vel ab Elevatione Corporis, ut ait Teſtis I., vel ab erectione Cappellæ de anno* 1620., *ſicuti recenſent Teſtis V. & X.*

91 Magnificiendam verò eſſe utramque nos mordicùs ſuſtinemus, & evidenter demonſtramus, agendo *in hoc* §. de Orationibus, in alio *ſubſequenti* §. de Feſtivitate.

92 Ex Orationibus proprijs cum denominatione Beati recitari ſolitis ante Sepulchrum Servi Dei à cujuſcumque conditionis hominibus tam Eccleſiaſticis, & Regularibus, quàm Laicis, & Secularibus, publicum Cultum deduci jam oſtendimus in Informatione *pag.* 32. *ante num.* 81., allegatis *ibidem* Theologorum, & Canoniſtarum auctoritatibus, & de hoc non dubitat Reverendiſſimus Oppoſitor. Sola, quæ ipſum remoratur difficultas eſt, quod dictæ Orationes juxta Peritorum judicium confectæ ſint *ab annis* 100., *vel* 90. Hinc licèt publicus Cultus ex ipſis deducatur; non tamen probatur Cultus centenarius ante ſupra memoratam Conſtitutionem Urbanam.

63 Ad hanc removendam difficultatem adducimus hic aliam conſimilem; ſed antiquiſſimam Orationem, quæ exhibita fuit in Proceſſu Apoſtolico ſuper Virtutibus, & Miraculis noſtri Beati Varſaviæ conſtructo *ab anno* 1632. *ad* 1637., quæque proſtat *in Summ. præcedentis Poſitionis huiuſce Cauſæ pag.* 65., *& ſeq. lit.* K. ibi = *Deinde etiam ſæpenominatus Reverendus Pater &c. Moravuski Procurator coram eiſdem Admodum Rev. Dominis Commiſſariis monſtravit in Tabula lignea ſimiliter pergameno ſuperinduta Orationem antiquis elegantibus literis conſcriptam, quam ad Sepulchrum eiuſdem Beati Ladiſlai, ipſius ſingulari apud Deum Omnipotentem patrocinio ſeſe commendant, tam plurimi omnium Secularium, quàm etiam omnes ferme Patres, & Fratres &c. frequentare ſolent, tituli, & tenoris talis. Oratio ad Beatum Patrem Ladiſlaum, Patronum Varſavien.. O Felix Pater Ladiſlae Pater amabilis, O Decus Eccleſiæ Catholicæ ferventiſſime Cultor, & Zelator lau-*

dis Diuinæ, caſtarum animarum Protector, & Director, ſingularis Dei bellator, malarum tentationum, poſt Chriſtum, & Angelos eius Rector, & Patronus fidelis Varſouiæ. Eia me, & omnia mea negotia, Regnum, & vniuerſos eius Ordines, Diœceſim, & Ciuitatem iſtam in tuam tutelam, & directionem ſpecialem ſuſcipe, in tentationibus, pijs tuis orationibus nos protege, hoſtes viſibiles, atque inviſibiles omnes reprime, & expugna, in tribulationibus nos conſolare, & conforta, aerem ſalubrem, ac fertilem, necnon amicis, & inimicis noſtris charitatem, & concordiam impetra, Patriam iſtam cum omnibus in ea habitantibus ab omni peſte, fame, & bello, inimicorum potentia, & feritate illæſam conſerua &c.

94 Hæc quidem Oratio antiquiſſima recognoſci non potuit per Peritos in noſtro Proceſſu ſuper Cultu fabricato *anno* 1747., cùm non ampliùs extaret, combuſta vtique in conflagratione Eccleſiæ Varſauienſis. Attamen de eius antiquitate longè excedente metam centum annorum ante dictam Vrbanam Conſtitutionem conſtat ex eo, quod in ſupradicto Proceſſu conſtructo *ab anno* 1632. *ad* 1637. dicitur, quod eadem Oratio de eo tempore erat conſcripta antiquo charactere, ſeù *antiquis elegantibus litteris*.

95 Ex hac itaque Oratione antiquiſſima euidentiſſimè comprobatus apparet Cultus immemorabilis, ſeù Cultus centenarius ante præfatam Conſtitutionem. Quod verò pertinet ad alias recentiores Orationes exhibitas in noſtro nouo Proceſſu, quas Periti iudicarunt eſſe conſcriptas *ab annis* 100., *vel* 90.; probatur ex his continuatio Cultus; ac proindè ſiuè ſpectemus tempus præcedens centenarium prædictum annorum numerum, ſiuè tempus ipſum ſubſequens; magnificandæ ſunt Orationes à Fidelibus recitari ſolitæ ante Beati Sepulchrum,

§. XI.

Feſtiuitas in honorem Beati ſtatim poſt ipſius obitum vſque adhuc celebrata eſt, minor quidem ante Eleuationem, maior poſt illam, ſolemnior verò poſt erectionem Cappellæ.

96 Magnifacienda quoque eſt decima Cultus ſpecies deſumpta ex feſtiua Solemnitate quotannis celebrari ſolita *die* 4. *Maij* in honorem Beati Ladislai tum in Oppido Gielniouij, & Skepæ, & in alijs Poloniæ locis, tum potiſſimùm in Ciuitate Varſauiæ. Nam in primis quod hæc feſtiuitas celebrari incœperit per centum & vltra annos ante Conſtitutionem Vrbanam, patet ex eo quod de eo tempore electus ipſe fuit in Patronum Varſauiæ, vt infra oſtendemus *in* §. *XIII.* Si ergò longè ante centum annos præcedentes dictam Conſtitutionem electus eſt in Patronum, conſequens eſt, quod ab eo tempore celebrari incœperit dicta Feſtiuitas, cum concipi non poſſit non fuiſſe celebratam Feſtiuitatem

tem in honorem Patroni, quod eſt omnino abſurdum, & alienum ab antiquiſſima Populi Chriſtiani conſuetudine; ac proindè ex ijſdemmet documentis, ex quibus probatur qualitas Patronatus noſtri Beati de eo tempore, eruitur etiam probatio feſtiuæ Celebritatis de eo tempore incœptæ.

97 Prætereà quod eadem feſtiua Celebritas tam ante Decreta Vrbani, quàm poſt illa continuata fuerit vſque ad hæc noſtra tempora conſtat ex ijſdemmet documentis, quibus infra *in d.* §. *XIII.* oſtendemus per hæc tempora Beatum Ladislaum habitum ſemper fuiſſe tamquam Patronum, adeòque facit mox expoſita ponderatio, quod ſcilicet ſicuti attenta laudabili, & antiquiſſima Populi Chriſtiani conſuetudine percipi non poteſt in honorem Patronorum non fuiſſe celebratam annuam Feſtiuitatem; ita ex qualitate Patronatus noſtri Beati euidenter colligitur fuiſſe illa celebrata.

98 Nec refragatur, quod Teſtis I. affirmet feſtiuam Solemnitatem incœpiſſe ab Eleuatione Corporis; Teſtes verò V., & X. aſſerant illam incœpiſſe ab erectione Cappellæ, prout opponitur *in Animaduerſionibus n.* 1 t.. Nam diſtinguendæ ſunt pluresFeſtiuitatum ſpecies, alia nimirum minor, alia maior, alia verò ſolemnior. Minor quidem Feſtiuitas fuit illa, quæ celebratur ante Eleuationem: maior verò poſt illam; ſolemnior verò poſt erectionem Cappellæ. Quod verò diſtinguendæ ſint huiuſmodi Feſtiuitatum ſpecies in noſtro caſu ſuadet ipſa ratio; cum enim per Eleuationem Sacri Corporis iuxta diſciplinam illorum temporum formalis Beatificatio, ſeù Canonizatio Venerabilis Viri facta ſit, maior proindè debuit exindè ſingulis annis celebrari Feſtiuitas, prout ſolemnior poſtea inſtitui debuit, cum inſignis Cappella in eiuſdem honorem erecta eſt. Cum ergo Teſtis I. affirmat, quod annua ſolemnitas incœperit ab Eleuatione Sacri Corporis, ipſe loquitur de maiori annua Feſtiuitate celebrari incœpta ab eo tempore; alij verò Teſtes, qui aſſerunt incœpiſſe illam ab erectione Cappellæ, loquuntur de illa ſolemniori Feſtiuitate cum ſpecialiſſimis circumſtantijs quas referunt. Hinc etiam patet, quod præfati Teſtes non ſunt diſcordantes inter ſe, prout opponit Reuerendiſſimus Promotor, cum vt modo oſtenſum eſt, loquantur de diuerſis Feſtiuitatum ſpeciebus; & ſanè in hoc ſenſu explicandos eſſe dictos Teſtes, ne periurij nota inurantur edicit Textus *in cap. cum tu de Teſtibus* ibi = *Nos dicta Teſtium benignè interpretari volentes, ne periurij reatu notentur, quia vtrumque eſſe potuit &c* =

99 Cùm ergo conſtet, quod hæc feſtiua Solemnitas celebrata ſit per centum & vltra annos ante Conſtitutionem præfatam, & continuata ſemper fuerit ad hæc vſque noſtra tempora; hinc eſt, quod magni illa facienda ſit: ex illa enim non ſolùm eruitur continuatio Cultus, verùm etiam Cultus immemorabilis, ſiuè centenarius ante Decreta Vrbana, ac proinde Caſum exceptum conſtituit juxta doctrinam laudati Sanctiſſimi Domini Noſtri *cit. cap.* 23. *num.* 9.

§. XII.

Reliquiæ Beati ſtatim ab Eleuatione Sacri Corporis collocatæ, & retentæ in Altari, Cultus continuationem probant.

100 Vndecima hæc Cultus ſpecies impugnatur tum ex defectu *probationis*, tum ex defectu *centenariæ*. Ex defectu *probationis*, quia *nullum affertur legale documentum, ex quo erui valeat certi temporis initium ſupradictæ venerationis, ac expoſitionis*; præterea *Teſtes ſunt inter ſe valdè diſcordes*, cum Teſtis I., & IV. Reliquiarum venerationem, & expoſitionem ab Eleuatione, Teſtis verò X. ab erectione Cappellæ incœpiſſe narrent. Ex defectu *centenariæ*, quia Eleuatio facta fuit *anno* 1572., Cappella verò erecta eſt *anno* 1620.

101 Jam certum eſt, quod ſi loquamur de expoſitione, & veneratione præſtita Reliquijs Beati de noſtris hiſce temporibus, ac per anteriores ſexaginta & amplius annos, habetur legitimum documentum, publicum ſcilicet Inſtrumentum judicialis viſitationis, & deſcriptionis Altaris Beati, & habetur recognitio Peritorum judicantium Thecam Reliquiarum confectam eſſe *ab annis* 60. *circiter*, *vel ab annis* 58., *& plus Summar, num.* 23. *pag.* 79. *ante* §. 5., *& pag.* 88. §. 32., *&* 34. His accedunt Teſtes, qui cùm de hoc tempore ſint de viſu, & propria obſeruatione, plenam fidem faciunt, *ibidem nu.* 20. §. 1. 3. 4. 6. 7. 9.; nec quoad hoc tempus dubitare videtur Reuerendiſſimus Oppoſitor, cum defectum legalis documenti reſtringat ad initium venerationis, ac expoſitionis earumdem Reliquiarum.

102 Quod verò ad hoc initium attinet, non abnuimus legale documentum deſiderari, ſed id accidit, quia *anno* 1657. combuſta fuit tum Eccleſia Conuentus Varſauien., in qua requieſcit Corpus Serui Dei; tum Bibliotheca dicti Conuentus. Cæterum de hoc initio allatæ ſunt Depoſitiones Teſtium, qui affirmant, quod ſtatim ab Eleuatione Sacri Corporis Reliquiæ Beati venerationi expoſitę fuerant *dicto numer.* 20. §. 2. 5. 8. De hac autem Reliquiarum expoſitione, & veneratione ſtatim ab Eleuatione, licèt non afferatur aliquod legale documentum; attamen non videtur dubitandum: cùm enim conſtet, quod Sacra Oſſa tempore dictæ Eleuationis eruta ſint è communi Sepulchro, hac occaſione, & non aliàs extrahi potuerunt Sacræ Reliquiæ; ac proinde ab eodem Eleuationis tempore incœpiſſe earumdem venerationem credendum eſt præſertim cum iſta affirment Teſtes *locis citatis*.

103 Nec verò ſubſiſtit, quod Teſtes I., & IV., ac X. ſint valde diſcordes, prout opponit Reuerendiſſimus Promotor; nam primi duo aſſerunt expoſitionem, ac venerationem Reliquiarum incœpiſſe ab Eleuatione; Teſtis verò X. affirmat, quod Reliquiæ ſtatim poſtquam fuit extructa Cappella, fuerunt ibi depoſitę; quæ aſſertio non eſt vllo modo contraria depoſitionibus cęterorum Teſtium, cùm hic non dixerit expoſitio-

nem,

nem, & venerationem Reliquiarum incœpiſſe ab erectione Cappellę, non ab Eleuatione; ſed ſolùm aſſeruit, quod Reliquiæ ſtatim ac ipſa extructa fuit, ibi fuerunt depoſitę: quod optimè ſtare poteſt cum dictis aliorum Teſtium; illæ ſiquidem vſque ab Eleuatione Corporis in antiquiori Altari expoſitæ, & retentę fuerunt, donec extructa fuit Cappella, qua vtique extructa, ſtatim in eadem fuerunt illæ depoſitæ, vt ex verbis ipſorum Teſtium, qui allegantur, manifeſtè colligi poteſt. Hęc enim habet Teſtis I. *Sum. p* 60. §. 2. ibi = *Audiui à Patribus Bernardinis quod d. expoſitio Reliquiarum, & veneratio ſumpſerat initium ab Eleuatione Corporis prædicti Beati Ladislai, & ad hodie continuatur interruptè* = ; concordat Teſtis IV. *ibidem pag.* 61. §. 5. ibi = *Audiui a Majoribus meis, quod veneratio ipſarum Reliquiarum à Subleuatione Corporis prædicti Beati Ladislai incœperit, & continuabatur &c. & de præſenti iſta veneratio continuatur, & perſeuerat* =. Teſtis verò X. ita deponit *ibidem pag.* 62. §. 10. ibi = *Hæ Reliquiæ ſtatim poſtquam fuerit extructa Cappella in honorem Beati Ladislai, ibi fuerunt depoſitæ, & vſque ad hodiernum diem ſunt* =.

104 Quod verò attinet ad oppoſitum defectum centenarię pręſcriptæ in Decretis Vrbani, vltro fatemur hanc non verificari in hac ſpecie Cultus. Cęterum eadem hęc licet non ſuffragetur ad oſtendendum Cultum immemorabilem; euincit tamen continuationem Cultus, de qua habenda quoque ratio eſt in pręſentis dubii diſcuſſione, cùm vt accuratè ponderat Sanctiſſimus Dominus Noſter *cit. lib.* 2. *cap.* 23. *numer.* 10. abſurdum ſit, Cultum approbarę non amplius extantem, nec perſeuerantem!

§. XIII.

Beatus Ladislaus per centum & vltra annos ante Conſtitutionem Vrbanam electus eſt in Patronum Varſauiæ, & totius Regni Poloniæ, ac vti Patronus vſque ad præſens ſemper eſt habitus.

105 Poſt expoſitas, & comprobatas vndecim Cultus ſpecies in Informatione, adduximus *ibidem pag.* 33., *& ſeq. num.* 3. complures alias, de quibus nullum verbum habet Reuerendiſſimus Oppoſitor *in ſuis Animaduerſionibus*, forſan quia ad illas comprobandas ſolę Teſtium depoſitiones *ibidem* afferuntur. Quoniam verò inter illas recenſetur antiquiſſima non minùs quàm nobiliſſima Cultus ſpecies repoſita in aſſumptione Beati in Patronum Regni Polonię, Varſauiæ, & Gielouii, de qua præter Teſtes deponentes cum requiſitis immemorabilis, habentur etiam hiſtorica monumenta; hinc noſtro muneri deeſſe exiſtimauimus, ſi miſſam illam feciſſemus.

106 Profectò quod Beatus Ladislaus, Patronus apud Deum electus ſit ante ſæpedicta Decreta Vrbani VIII., luculentiſſimum exhibet teſtimonium Sanctiſſimus Dominus Noſter in ſupracitato aureo Opere *lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 14. *n.* 3. ibi = *Ante Decretum Summi Pontificis Vrbani VIII. infra referendum non modo Sancti, ſed etiam Beati paſſim ſeu Beatificatione formali, ſeù Beatificatione æquipollenti Beatificati in Patronos eligebantur; à Carnotenſibus etenim Beatus Hugolinus &c. A' CIVITATE VARSAVIÆ BEATVS LADISLAVS &c. IN PATRONOS ELECTI SVNT* =. Tanti Magiſtri auctoritate, quæ plurimi apud Eminentiſſimos Patres valet, contenti nos eſſe poſſemus. Sed quoniam præter Sanctiſſimi Doctoris auctoritatem aliæ nobis ſuppetunt concludentiſſimæ probationes ad oſtendendam qualitatem Patronatus noſtri Beati, ſiue per tempus præcedens centenarium annorum numerum ante Conſtitutionem Vrbanam, ſiue per tempus in ipſo centenario numero decurrens, ſiue demum per illud poſt dictam Conſtitutionem ſubſequens operæ pretium ducimus hic illas afferre.

107 Et ſanè quod attinet ad tempus præcedens centenarium annorum numerum ante præfatam Conſtitutionem, plenam fidem facit Anonymus Religioſus Senex, qui in ſuo monumento hiſtorico retexens catalogum omnium Patronorum Regni Poloniæ, recenſet inter illos Beatum Ladislaum hiſce verbis = *Beatus Ladislaus de Oppido Gielniovv miraculis inſignis Varſauiæ, qui obijt anno Domini* 1505. *Maij quarta die* = *præſenti Summario num.* 24. *pag.* 97. §. 11. Quod verò dictus Auctor monumentum hoc ediderit centum & vltra annis ante Decreta Vrbani, jam oſtendimus ſupra in hoc *cap.* 1 §. *II. num.* 14. *circa med.*. Eandem Patronatus qualitatem de eodem tempore comprobat tabula lignea antiquiſſima, quæ exhibita fuit in Proceſſu Apoſtolico ſuper Virtutibus, & Miraculis Beati constructo *ab anno* 1632. *ad* 1637. in qua conſcripta erat Oratio cum hac Epigraphe = *Oratio ad Beatum Patrem Ladislaum* PATRONVM VARSAVIENSEM =, vt conſtat *ex Summario præcedentis Poſitionis pag.* 65. *litt. K.* ibi = *Deinde etiam ſupramemoratus Reuerendus Pater &c. Moravvskl &c. monſtrauit in tabula lignea ſimilitèr pergameno ſuperinduta Orationem antiquis elegantibus litteris conſcriptam &c. tituli, & tenoris talis* = ORATIO AD BEATVM PATREM LADISLAVM, PATRONVM VARSAVIENSEM =. Antiquitatem huiuſce Orationis longè excludentem metam centum annorum ante ſupradictam Conſtitutionem oſtendimus ſupra *in* §. *X. num.* 94.

108 De eadem Patronatus qualitate quoad tempus in ipſo centenario numero decurrens conſtat tum ex Catalogo Beatorum Patronorum Regni Poloniæ typis edito Cracouiæ *anno* 1607., in quo inter cæteros Regni Poloniæ Patronos recenſetur noſter Beatus, vt patet ex *dicto Summario præcedentis Poſitionis pag.* 66. *litt. M.* ibi = *Demonſtrauit idem Reuerendus Pater Vincentius Moravvski eiſdem Admodum Reuerendis Dominis Commiſſarijs Catalogum Beatorum Patrum, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia* REGNI POLONIÆ PATRONORVM *in Prouincia Poloniæ quieſcentium &c., ex probatis Auctoribus, videlicèt Martino Cromero Epiſcopo Varmienſi, Matthia Miechouzio Canonico Cracouienſi, Martino Bielſcio Equite Polono Annalium Regni Poloniæ, ſeù Chronicorum Scriptoribus, atque Reueren-*

diſſimo Patre Gonzaga Franciſco Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia Miniſtro Generali in ſuis Chronicis &c. per Matthiam Vbkſſevvski Diœceſis Poſnanienſis Clericum collectum, & conſcriptum, & à Fratribus Minorum Ordinis &c. reuiſum, & examinatum, ac per Reuerendiſſimum Patrem Andream Shottienſem Sacræ Theologiæ &c. Doctorem, Vniuerſitatis Cracouienſis Generalis Studij Rectorem approbatum, & cum facultate ſua à Baſilio &c. Typographo Cracouiæ anno Domini 1607. *impreſſum &c., Epiſcopo Præmilienſi &c. dicatum, vbi inter cæteros Beatos numeratur, & ſcribitur his verbis* = BEATVS LADISLAVS DE VILLA GIELNOVV, MIRACVLIS INSIGNIS, VARSAVIÆ ANNO 1505. QVARTA MAIJ; tum ex duabus Epiſtolis, quarum vnam conſcripſit Palatinus Vilnenſis ad ſan. mem. Vrbanum VIIJ. *anno* 1627. *d. Summario præcedentis Poſitionis pag.* 49. *in fin.* ibi = *Inter quos* (Regni Patronos) *veluti candidiſſimum promicat iubar Beatus Ladiſlaus Gielniouius Minoritanæ Familiæ decus* =; alteram verò ad eundem Summum Pontificem conſcripſit *anno* 1628 Epiſcopus Præmilienſis *d. pag.* 49. *in princip.* ibi *Quoniam verò Varſauienſis Ciuitas Regni huius inclyti* (*Poloniæ*) TVTELARIS ET INDIGETIS PATRONI SVI BEATI LADISLAI *Ordinis eorundem Fratrum felicem memoriam, multis præclaris miraculis in noſtris oris illuſtratam, toti Eccleſiæ patefacere, & æternitati conſecrare conatur; non miretur Sanctitas Veſtra, quod ego ſupplices meas preces in negotio hoc interponam* =; tum demum ex ſupra relata Vita Beati conſcripta per Vincentium Moravuski, qui hæc habet *Cap.* 6. *pag.* 117. *in fin.* ibi = *Boni nominis Matrona &c. prædicabat accepiſſe ſe à Maioribus ſuis Beatum Ladiſlaum &c. ab omnibus, & Sanctum cultum fuiſſe, & à Senioribus iuuentuti, eius memoriam, cultum, & deuotionem commendatam eo animo fuiſſe, ut illis in viam vniuerſæ carnis abeuntibus, aliis, atque aliis in ſuum locum ſuccedentibus, inter alia iure hæreditatis obuentura bona, memoriam quoque* SANCTI VIRI ET PATRONI REGNI POLONIÆ *perpetuò retinendam commendarent* =; *& cap.* 9 *pag.* 217. *circa med.* ibi = *Ipſum quoque Oppidum alio tempore ſingularem protectionem huius* SANCTI PATRONI SVI *expertum eſt. Etenim Anno Domini* 1626. *cum Epidemica lues in illud irrepſiſſet, ſæuireque cœpiſſet in natale ſolum Beati Ladiſlai, iamque triginta homines euocaſſet Oppidanos, incolæ Oppidi inſtituerunt deuotionem, in qua interceſſionem, & protectionem* SANCTI SVI PATRONI *inuocantes, ipſi ſe deuouerunt. Quo facto mox peſtis graſſare ceſſauit, nec amplius vllum veſtigium contagionis eius in infirmitate, aut morte alicuius apparuit. Quod animaduertentes incolæ ijdem, in memoriam gratiæ acceptæ, eum* IN PATRONVM OPPIDI MODO SINGVLARI DE NOVO ELEGERVNT. *Inſigni etenim Oppidi ſui, quo ex antiquo vtebantur, abiecto; Imaginem Beati Ladiſlai Religioſè veſtitam, in manu ſiniſtra columnam cum alligato Chriſto, & in dextra flagellum tenentem, pro inſigni Stemmateque aſſumpſerunt, vtunturque tanquam proprio* =.

199 Quod tandem attinet ad tempus decurrens poſt dictam Conſtitutionem uſque ad præſens, qualitatem hunc Patronatus præter Teſtes paſſim *in præſenti Summario* comprobat Oratio conſcripta juxta Periti recognitionem ab annis 90., quæ ita inſcribitur = *Oratio ad Beatum Ladiſlaum de Gielniovv, SINGVLAREM GELNOVIENSEM, VARSAVIESEM, ET REGNI POLONIÆ PATRONVM* =

præ

præſenti Summar. num. 25. *pag.* 122. §. 16.; & atteſtantur Franciſcus Aroldus in Epitome Annalium Ordinis Minorum *ibidem num.* 24. *pag.* 108. §. 58. ibi = *POLONI PORRO' LADISLAUM IN TOTIUS REGNI, AC SPECIALEM CIVITATIS VARSAVIENSIS PATRONUM ELEGERUNT* = , Auctor Chronicorum , ſeu Annalium trium Ordinum *ibidem pag.* 110. §. 63. ibi = *Civitas Varſavienſis diem Sancti ejus obitus ſingulari celebrat devotione tamquam PATRONI SUI à peſte* =. His accedunt tum litteræ Civium Varſavienſium datæ *anno* 1705. *ibidem pag* 112. §.68. ibi = *UNANIMI CONSENSU ELIGIMUS ELECTOS DOMINI IN PRÆSIDIARIOS , PROTECTORES CIVITATIS VARSAVIÆ SANCTOS PATRONOS à peſta graſſante , fame , & bello , & diverſis plagis Domini pro diverſis peccatis , Primariò &c. Beatam Virginem Mariam &c.*; *ſecundariò S. Rochum &c.*; *tertiò Beatum Stanislaum Koſtka &c.*; *quarto BEATUM LADISLAUM Ordinis Minorum S. Franciſci Obſervantiæ AB ANTIQUO EJUSDEM CIVITATIS SPECIALEM PATRONUM* =; tum Edictum Vicarij Generalis Varſavien. editum *anno* 1708. *ibidem pag.* 114. §. 74. ibi = *De obitu glorioſi Servi Dei BEATI LADISLAI, PATRONI CIVITATIS VARSAVIESIS &c. Gratias agemus Domino Deo per HUNC SANCTM PATRONUM* = .

110 Ex modò allatis hiſtoricis monumentis , alijſque authenticis documentis manifeſtè patet , quod Beatus Ladislaus per centum & ultra annos electus ſit in Patronum Varſaviæ , ac totius Regni Poloniæ ; quodque tamquam Patronus ſemper ſit habitus uſque ad præſens tempus tam Varſaviæ , quàm in Oppido Gielnovij , ac in toto Poloniæ Regno. Hinc eſt, quod in publicis præfati Regni ingruentibus calamitatibus ſolemnis inſtituitur Supplicatio , & Proceſſio peragitur cum delatione Imaginis dicti Beati , utpote qui tanquam præcipuus Patronus habetur , prout tum aliàs , tum præſertim *anno* 1705. ; & 1708. invaleſcente peſte , prævio conſenſu Vicarij Generalis Varſavien. ſolemnis Proceſſio cum delatione dictæ Imaginis peracta fuit , ut conſtat *ex dicto Summar. pag.* 122. , *& ſeq.* § 67. 69. 70. , Quemadmodum verò electio alicujus Beati in Patronum nobiliſſimum præ cæteris publicum Cultum præfert , ita Caſum à Decretis Urbanis exceptum conſtituit juxta praxim hujus Sacræ Congregationis , ut teſtatur Sanctiſſimus Pater *cit. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 9. *in fin.*

§. XIV.

§. XIV.

Recenſentur plures circumſtantiæ, quæ ſingulas Cultus ſpecies, ſeu Cultum immemorabilem Beato præſtitum, legitimum eſſe perſuadent.

111 Quemadmodum ante diſcuſſionem ſingulorum ſpecierum Cultus ab immemorabili tempore noſtro Beato præſtiti precati ſumus Emos Patres præ oculis habere miſerrimas noſtras jacturas antiquiſſimorum monumentorum, aliorumque documentorum; ita hic poſtquam illas ab Animadverſionibus vindicavimus, eoſdem precamur benignè ponderare plures urgentiſſimas circumſtantias, quæ Cultum hunc immemorabilem apprimè legitimum eſſe conuincunt.

112 Prima circumſtantia eſt, quod ipſimet Epiſcopi, & Loci Ordinarii, non ſolùm hiſce temporibus, prout conſtat *ex præſenti Summario*: verùm etiam ipſo tempore editionis Decretorum Generalium Urbani VIII. publicum Cultum etiam per Miſſæ celebrationem Beato Ladislao exhibebant, ut conſtat ex Inſtrumento judicialis Viſitationis Sepulchri Servi Dei factæ *anno* 1635. *Summar. præcedentis Poſitionis ſuper Signatura Reaſſumptionis Cauſæ pag.* 69. §. 5. ibi = *Plurimi beneficia referunt à Deo per ipſum, ſicut ſigna aurea, & argentea ad hunc Sarcophacum affixa teſtantur; unde & continua hic devotio, celebratioque Miſſarum ad Altare Sepulchri, non tantum per Fratres illius Conventus, aliorumque Religioſorum Sacerdotes, ſed plurimi etiam Epiſcopi, Vota ſua depromentes, Miſſas celebrant, Varſuviam ad Ædes Eccleſiæ dictorum Patrum venientes* =; & *pag.* 73. §. 21. *in fin.* ibi = *Hic Servus Dei ab ipſis etiam Loci Ordinariiſ ſemper ſine ulla contradictione in ſumma veneratione habebatur, ita per celebrationem Sacroſancti Miſſæ Sacrificii ad Altare Sepulchri ejus, ſicut per varias alias devotiones* =. Quanti verò facienda ſit hæc circumſtantia pro legitimatione Cultus ab immemorabili tempore Beato Viro præſtiti, ex eo patet, quod Decretorum Generalium exemplaria miſſa fuerant de eo tempore ad Epiſcopos, ut propriis in Dicceſibus eadem promulgari curarent, ut refert laudatus Sanctiſſimus Doctor *cit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3.. Quare cùm ipſi optimè perſpecta haberent hæc Decreta, & promulgatio eorumdem ipſis commiſſa eſſet; cùmque his non obſtantibus non ſolùm permiſerint Cultum publicum à Fidelibus Beato exhibitum, verùm etiam foverint, ac iidemmet nobiliſſimas quaſque Cultus publici ſpecies erga illum præſtitiſſent, inferendum eſt, quod plenè iiſdem conſtiterit de legitimitate dicti Cultus immemorabilis, ni dicere velimus, quod libentes ac volentes impiiſſimè peccarint contra ſeveriſſima Decreta in Congregatione Sanctiſſima

ctiſſimæ Inquiſitionis edita, quod ſanè vel ſuſpicari de Epiſcopis nefas eſt.

113 Altera eſt, quod Judices Delegati Apoſtolici pro conſtructione Proceſſus ſuper Virtutibus, & Miraculis in ſpecie Beati Ladislai, in actu judicialis Viſitationis de *anno* 1635. pronunciarunt concurrere in Cauſa dicti Beati omnia requiſita, ſeu conditiones præſcriptas ab Urbano VIII. in ſuis Decretis pro concludendo Cultu immemorabili, & Caſu excepto, ut conſtat ex *dicto Summar. præcedentis Poſitionis pag.* 73. §.20., *& ſeq.* ibi = *In ipſa tabula Altaris* (Beati Ladislai) *eſt Effigies huius Servi Dei Venerabilis Patris Fratris Ladislai Gielnovij, annuente Loci Ordinario, ſuiſque Vicarijs in Spiritualibus, ſecundum Bullam Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani VIII. Papæ feliciter moderni, de licentia Illuſtriſſimi Nuntij Apoſtolici Ioannis Baptiſtæ Lancellotti Epiſcopi Nolani* =; *&* §.21. ibi = *Ibi enim habetur ubi omnis Cultus Beatorum nondum declaratorum prohibetur, quod ſupraſcriptis præiudicare non vult nempe Summus Pontifex, neque intendit ijs, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij coluntur &c. Atqui circa venerationem Servi Dei Venerabilis Patris Fratris Ladislai Gielnovij omnes iſtæ conditiones, & requiſita reperiuntur* =.

114 Tertia eſt, quod ſan. mem. Urbanus VIII. in Bulla incipiente = *Militantis Eccleſiæ regimini* = edita *anno* 1635. approbavit Synodum Provincialem Cracovien.; in qua *cap.* 19. hæc appoſita fuerant = *Supplicat Synodus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ut negotium Canonizationis Beatorum Stanislai Koſtka Societatis Jeſu, Cunegundis, & Ladislai Ordinis Sancti Franciſci &c. commendatum habeat*, ut conſtat ex *præſenti Summario numer.* 25. *pag.* 125. §.22., & refert etiam Sanctiſſimus Dominus Noſter *cit. lib.* 2. *cap.* 24. §.19. *num.* 62. *circa fin.*. Si ergo approbando præfatam Synodum, approbavit tanquam legitimum titulum *Beati*, qui Servo Dei attribuebatur; conſequens eſt, quod ipſi planè conſtiterit de Cultu publico ab immemorabili tempore eidem præſtito; aliter enim juſſiſſet, ut dictus titulus abraderetur juxta legem ſuorum Decretorum antè editorum, in quibus prohibitum fuit, ne Elogia *Beati*, *& Sancti*, quæ cadunt ſupra Perſonam in Vitis Servorum Dei admitterentur, ut conſtat ex libello eorumdem Decretorum *pag.* 18.; prout dubitari non poterat, quin titulus *Beati*, quo Famulus Dei condecoratus fuit, caderet ſupra ipſius Perſonam, ut ex recitatis verbis evidenter apparet.

115 Quarta demum circumſtantia eſt, quod per invocationem Servi Dei cum univerſali, ac abſoluta denominatione *Beati*, *& Sancti*, per oblationem, & affixionem Tabellarum votivarum, & accenſionem Luminum ad ejus Sepulchrum, per celebrationem Miſſæ, recitationem Orationis propriæ in ejus honorem, & per quoſcumque alios publicæ venerationis, & Cultus actus erga eundem exhibitos, innumera ferè, & nobiliſſima patrata ſunt, & in dies paſſim patrantur Miracula, inter quæ plures numerantur reſuſcitationes Mortuorum, ut ſparſim legere eſt *in toto præſenti Summario*, & præſertim *pag.* 91., § 3., *&* 4., *pag.* 93., *& ſeq.* §.10. *ad* 14., *pag.* 100., *& ſeq.* §.37. *ad* 39., *pag.* 109. §.60. De innumeris prope miraculis ſelecta ſunt centum, ſuper quibus receptæ ſunt formales Teſtium depoſitiones in aliàs relato Proceſſu Apoſtolico ſuper Virtutibus, & Miraculis in ſpecie, & indi-

can-

cantur *in Summario præcedentis Poſitionis Reaſſumptionis huiuſce Cauſæ à pag.75. ad 84.*. Jam verò ſi Cultus dicto Beato exhibitus, legitimus non fuiſſet, profecto Deus eum non approbaſſet tot miraculis, & prodigijs, per quæ fraus, & mendacium confirmatum fuiſſet, prout ſolidè, & doctè argumentatur Suarez *in 3.part. Divi Thomæ tom.2. diſp.31. ſect.2.pag.303.*, ibi = *Pertinet ad Divinam Providentiam, ut non permittat aliquod falſum ſub ſuo nomine, & auctoritate proponi, aut exterius confirmari, ut ſecundum rectam rationem cogantur homines ad credendum, illud eſſe dictum à Deo, & aſſentiendum eà certitudine, quæ omnem dubitationem expellat, quia ſi Deus hoc permitteret, & cooperaretur ad omnia ſigna, & opera, quibus mendacium confirmatur, quamvis revera propriè non mentiretur, quodammodo tamen abuteretur ſupremâ ſuâ poteſtate in præjudicium ſuæ auctoritatis, quâ fide dignus exiſtit; nam ſi concurrentibus tot ſignis, & Divinis operibus exterius factis in confirmationem veritatis, adhuc poſſet ſubeſſe falſitas, nulla ſupereſſet via ad credendum Deo loquenti per homines, vel per ſigna, quod eſt contra Divinam Veritatem, quam ipſum oportet habere in dicendo* =. Et firmant etiam Cornelius à Lapide *in cap.7. Matth.verſic.22.*; Bellarminus *tom.2. controverſ. lib.4. de Not. Eccleſ. cap.4. col.188.*, Thomas Bozius *de ſign. Eccleſ. lib.5. cap.1. pag.153. in fine tom.1.*, & *tom.2. lib.15. cap.1. pag.98 in fin.*, Scacch. *de Not., & Sign. Sanctitat. ſect.8. cap.1., pag.576. § Sed obſtare*, & Pignatell. *tom.4. conſult.103. num.15* Cum ergo ad confirmationem Cultus publici exhibiti noſtro Beato ediderit Deus tam ſtupenda, & frequentia miracula, ambigi omninò non poteſt, quin idem Cultus ſit perquam legitimus.

116 Hujuſmodi porrò circumſtantiæ, quæ tanti ponderis, ac momenti ſunt, ut etiamſi dubiæ eſſent probationes de Cultu immemorabili, adhuc tamen iſtius approbationem ſuaderent; multo potiori jure id perſuadere debent in caſu noſtro, in quo non dubiæ, ſed concludentes, & perfectæ probationes habentur, conſiſtentes in hiſtoricis monumentis à Viris fide digniſſimis conſcriptis, alijſque tam publicis, quam privatis documentis, ſive ſpectemus tempus præcedens centenarium annorum numerum antea Conſtitutionem Urbanam, ſive tempus decurrens in ipſo centenario annorum numero, ſive demum illud poſt dictam Conſtitutionem ſubſequens, itaut plenissimè comprobatum ſit, quod Beato Ladislao exhibitus fuerit publicus Cultus per tempus excedens metam centum annorum ante Decreta Urbani, quodque idem Cultus inviolabiliter continuatus, & auctus mirificè fuerit ad hæc uſque tempora, quæ ſunt duo præcipua ad approbationem Caſus excepti ex Cultu immemorabili requiſita juxta praxim, & diſciplinam hujuſce Sacrorum Rituum Congregationis, prout de hac ſedulo teſtatur ſæpelaudatus Sanctiſſimus Magiſter Noſter *in cit. lib.2. cap.23. num.8., & 9.*

CAPUT SECUNDUM.

De Cultu ex Indulto Apoſtolico.

117 Hactenus vindicavimus ſingulas Cultùs ſpecies Beato Ladislao exhibitas, ex iiſque evidenter erui oſtendimus Cultum immemorabilem, ſive per centum annos ante Decreta Urbani VIII., ejuſque continuationem ad hæc uſque noſtra tempora. Reliquum modò eſt, ut vindicemus ab Animadverſionibus Cultum per Sedem Apoſtolicam, ſeu ex Indulto Pontificio conceſſum, & præſtitum noſtro Beato, quem Cultum deſumpſimus in noſtra Informatione *num.*87., *&* 88. tum ex Elevatione Sacri Corporis facta *anno* 1572. juſſu Cardinalis Commendoni, tam ex Bulla Sixti V.

118 In fine itaque *ſuarum Animadverſionum num.*15., *&* 16. opponit Reverendiſſimus Promotor, quòd Cultus ex Indulto Apoſtolico nec ex Bulla Sixti V., nec ex dicta Elevatione facta juſſu, & auctoritate Cardinalis Commendoni deſumi poſſit, Non ex Bulla quia *hæc expedita apparet ad alium finem*, & enunciativè tantùm appellat Servum Dei cum titulo *Beati*. Nec ex dicta Elevatione, quia *nulla concludenti probatione conſtat Elevationem factam fuiſſe juſſu, & auctoritate dicti Cardinalis*.

119 Porrò quod attinet ad Bullam Sixti V., ſuſpicimus, ac veneramur vnà ſimul cum Reuerendiſſimo Contradictore doctrinam traditam à Sanctiſſimo Domino Noſtro; quod ſcilicet vbi Bulla, ſeù Breue Apoſtolicum enunciatiuè ſolummodo appellat aliquem Seruum Dei cum titulo *Beati*, præſertim ſi illud ad alium finem ſit exaratum, nullum ex Indulto Apoſtolico Cultum inducit juxta auctoritatem ejuſdem Sanctiſſimi Doctoris allegatam *in dictis Animaduerſionibus num.* 15.; nobis tamen blandiebamur, (vt videre eſt in noſtra Informatione *numer.*88.), quod ex hac eadem doctrina conuinci poſſet in præſenti Cauſa Caſus exceptus ex Indulto Pontificio; ſi enim verum eſt, quod quando enunciatiuè aliquis Dei Seruus in Breui Apoſtolico *Beati* titulo condecoratur, non inducitur Cultus Apoſtolicus; à contrario ſenſu verùm eſſe apparet, quod dictus Cultus inducitur quando aſſertiuè in eodem Breui *Beati* titulus alicui Dei Seruo tribuatur, prout non enunciatiuè, ſed aſſertiuè Venerabilem Ladislaum fuiſſe *Beatum* appellatum à Sixto V. in ſua Bulla conati ſumus oſtendere in dicta Informatione *eod. num.*88. ex verbis ejuſdem Bullæ *Summar. num.*25. *pag.*8. §.7. ibi = *Cùm Oppidum Varſauiæ Poſnanienſis Diœceſis, in quo Generalia Comitia totius Regni Poloniæ haberi ſolent, VENERANDUMQUE CORPUS BEATI LADISLAI in Eccleſia Domus ejuſdem Sanctæ Annæ ipſius Oppidi dicti Ordinis RECONDITUM EST, CELEBERRIMUM SIT, ET INSIGNE* = Hìc vt apparet Summus Pontifex non solùm titulo *Beati* condecorat Seruum Dei; ſed inſuper Ciuitatem Varſauiæ commendandam aſſumit à depoſito illic Beati Ladislai Corpore; hinc deduci poſſe videtur, quod aſſertiuè ipſum denominauit Beatum. Nec verò dicta Bulla ad alium omnino

nino

nino diſparatum finem exarata dicenda eſt, cùm expedita ſit pro erigenda Confraternitate in eadem Eccleſia, in qua Corpus Beati Viri requieſcit *Summar. n. 25. pag. 119. §. 8. in princip.*

120 Cæterum quidquid ſit de hoc, innegabilis profectò eſt Caſus exceptus ex Indulto Apoſtolico, ſi attendamus Eleuationem Corporis Beati Ladislai ex humili in decentiorem locum factam *anno* 1572. ; ex vna ſiquidem parte conſtat, quod hæc facta fuit iuſſu, & auctoritate Cardinalis Franciſci Commendoni, vt ad euidentiam vſque demonſtratum eſt in Informatione *pag. 22. & ſeqq. num. 5.*, & in hac Reſponſione *cap. 1. §. IV. à num* 48. *ad* 54., ac proinde corruit vnica Reuerendiſſimi Promotoris objectio, quod nimirum *nulla concludente probatione conſtat Eleuationem factam fuiſſe juſſu, & auctoritate d. Cardinalis*; ex alia verò parte conſtat, quod præfatus Cardinalis temporis factæ Eleuationis erat Legatus à Latere Sancti Pij V., vt pariter *ibdem* oſtenſum eſt, quodque in hoc ſuo legationis munere ampliſſimam facultatem omnia etiam *Sedis Apoſtolicæ* nomine gerendi obtinuerit, cum munus Legati à Latere obiret pro Concilij Tridentini Decretis, Fidei propagatione, hæreſumque extirpatione, vt ex Monumentis Vaticanis luculentiſſimè teſtatur Alfonſus Ciaconius *ſupracit. cap.* 40. ibi = *In eadem tamen Prouincia* (Poloniæ) *remanſit, & poſt annum à Pio V. ſucceſſore in eodem legationis munere confirmatus, è Polonia Auguſtam Vindelicorum, vt Imperialibus à Maximiliano II. Electo Romanorum Rege Comitiis pro Concilij Tridentini Decretis, Fidei propagatione, hæreſumque extirpatione, SEDIS APOSTOLICÆ NOMINE intereſſet, dirigitur* =; & plenam fidem facit Stanislaus Hoſius Cardinalis Varmienſis, qui in Polonia degens de eo tempore, quo Cardinalis Commendonus in illa Legationis munus obibat, hæc, de eodem habet in *ſua Epiſtola* 10. ad Sigiſmundum Auguſtum Poloniarum Regem *circa med.* ibi = *CVM ETIAM HÆC IPSA SAC. CONCILII* (Tridentini) *DECRETA Pareiouiæ in frequenti Senatu ILLVSTRISSIMVM DOMINVM CARDINALEM COMMENDONEM, TVNC LEGATVM APOSTOLICVM MAJESTATIS VESTRÆ FVERINT OBLATA, ſimul ut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate fuerant approbata, & cu Majeſtas Veſtra tanquam obſequens Eccleſiæ Filius magna eum reverentia receperit. Quæſo Majeſtatem Veſtram, ut ipſa ſecum expendat quale ſit eorum Conſilium, qui novam illi fidiculam obtrudunt, & etiam judicio Majeſtatis Veſtræ comprobari volunt, ne quid Epiſcoporum, ſed hæreticorum judicio tribuat omnia* =; *in Epiſtola* 24. ad Stanislaum Karncovium Epiſcopum Uladislavien. *in princip.* ibi = *Cum proficiſceretur in Poloniam Illuſtris, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Commendonus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ de Latere Legatus, officii mei eſſe putavi, literarum mearum comitatu iſthuc euntem proſequi, ac illum, non quod ita res poſtulet, ſed quod ita mos ferat R. D. Veſtræ commendare &c.. Quo nomine majorem in ſpem erigor, futurum, quod HÆC ILLIVS IN PATRIAM NOSTRAM PROFECTIO tum ipſi Regno, tum TOTI REIPVBLICÆ CHRISTIANÆ FVTVRA SIT SALVTARIS. Quam ſpem meam, ut rebus impletam videre poſſimus, opus habet eorum ſtudiis, qui cum poteſtate verſantur in Patria noſtra. Inter quos cùm non poſtremum locum R. D. Veſtra obtineat, majorem in modum ab illa peto, ut ILLVSTRISSIMVM DOMINVM LEGATVM, REM TOTIVS Reipublicæ Chriſtianæ agentem ſtudio ſuo benevo-*

Digitized by Google

= voluntatique adjuvet, conatuſque ipſius omni ſua ope, operaque favere, promovereque velit. Neque enim dubito, quin is magnum aliquod operæ pretium facturus ſit in Patria noſtra, ſi conſentientes conatibus ſuis eorum voluntates habuerit, qui Conſiliariorum in ea munere funguntur, & Chriſtianæ Religionis ſunt tenaciſſimi. Quam quo majore vi, conatuque contendunt extirpatam hæretici, hoc ardentiore ſtudio in eam defendendam debent incumbere Catholici. Quod mihi de R.D. Veſtra planè perſuadeo, quòd nullo loco Catholici Senatoris muneri, & officio ſit defutura =. Iſtæ Epiſtolæ inter alias Illuſtrium Virorum, opera dicti Epiſcopi Uladiſlavienſis typis datæ ſunt Cracoviæ *anno* 1578.; & modò extant in Hiſtoria Polonica Joannis Dlugoſſi, ſeù Longini *in fin. tom.2. lib.*13. Lipſiæ impreſſi *anno* 1712.

121 Si ergo præfata Elevatio facta eſt juſſu, & auctoritate Cardinalis Commendoni Legati à Latere ampliſſima condecorati auctoritate, & facultate omnia etiam Sedis Apoſtolicæ nomine gerendi, ambigi omnino non poteſt, quin eadem illa, quæ ex Apoſtolica auctoritate, ac facultate peracta fuit, Cultum Apoſtolicum, ac proinde Caſum exceptum ex Indulto Pontificio conſtituat, prout loquendo de Elevatione Corporis alicujus Servi Dei ex humili in decentiorem locum facta juſſu Summorum Pontificum firmat ſæpè laudatus Sanctiſſimus Dominus Noſter, cujus verba exſcripſimus in dicta Informatione *num.*87., & juvat hìc repetere = *Quod Summi Pontifices* (inquit *cit. lib.*2. *cap.*20. *num.*9.) *pro inducendo, vel augendo publico alicujus Dei Servi Cultu, hujus Corpus transferri mandant è loco humili in honorificentiorem, Indultum hoc quoque ad ſtabiliendum Caſum exceptum accommodatum eſſe videtur* =.

Epilogus.

122 VIndicato ab Animadverſionibus tam Cultu immemorabili, ſeù ſingulis ſpeciebus Cultus ab immemorabili tempore uſque ad præſens Beato Ladislao præſtiti, quàm Cultu ex Indulto Apoſtolico, liberè ſe prodit *Relevantia*, ſeù *Iuſtitia* Sententiæ Reverendiſſimi Judicis Delegati Apoſtolici, quam utpote non minus juſtam, quam validam Eminentiſſimos Patres confirmaturos eſſe tutò confidimus, prout enixis votis iterum ſupplicamus.

Quarè &c.

Liborius Marra Advocatus.
Joſeph Luna.

R E V I S A.

Ioannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.

ANT 1311.291

Digitized by Google

Google

Digitized by Google